

D

• 1991

Ayuntamiento de Madrid

Ayuntamiento de Madrid

Dicitur  
CASSII NICOLAEI

ROMANAЕ HISTORIAE

LIBRI (TOT ENIM HODIE  
EXTANT) XXV. NIMIRVM  
A<sup>U</sup> XXXVI. AD LXI.

A  
1991

Quibus exponuntur res geste à bello Cretico & quae ad  
mortem Claudiij Cesaris, que est historia an-  
norum circiter CXX.

GVLIELMO XYLANDRO, auctor et sum-  
nato. Augustano interprete. VERTU VERO PERMISSA.  
Ab iacyntho eiusdem librationes sic quievantur.  
In libra quam placita sunt ratione eorum.  
Prædicti et spicantur ricas loca, auctor et amator.  
Additum est LIBERUS LIBERUS ET LIBERUS LIBERUS  
Compendium, Guli Blanco Albentu interprete:  
ab eudero Xylandri diligenter colligatum.

IN VIRTUTE,



YNTALIO

R. u. 5757

LVGDVN*i*,

APVD GVLIELMVVM ROVILLI:  
SVR SCVTO VENETO.

Ex bibliotheca D. Ildefonsi Santos de San Pedro. Ordens. Colleg.  
Ayuntamiento de Madrid

~~D~~ CASSII N. CAEI,

ROMANAЕ HISTORIAE

LIBRI (TOT ENIM HODIE  
EXTANT) XXV. NIMIRVM  
A' XXXVI. AD LXI.

A  
1991

*Quibus exponuntur res gestæ à bello Creticò usque ad  
mortem Claudiј Casaris, que est historia an-  
norum circiter CXX.*

• GVLIELMO XYLANDR O. auctor et sum-  
pato. Augustano interprete. VENITIENI permissa.  
Ab his successore eiusdem libri continet sic quibusdam.  
In libro quaque continet utrumque eorum.  
Per alterum habeat auctor et sumpator.  
Additum est volumen de curia sive palacio et Dio-  
sa Compendium. Guli Blanco Albinus tradidit:  
ab auctoritate Xylandri diligenter colligatum.

I N V I R T U T E,



MUNICIPI  
ANALIA

1. u. 5. 7. 57

LUGDVNI,

APVD GVLIELMVM ROVILLI:  
SVR SCVTO VENETO.

Ex biblioteca D. Ildefonsi Santis de San Pedro Cretens. Coll.

Ayuntamiento de Madrid

Este libro estuvo expuesto con  
me al catalogo del Santo Oficio  
en Salamanca demas de 100 años

Jedrfern  
y regalado por el dho



Este libro está expuesto con  
me al catalogo del Sans officiu  
en salant artz demaz de 103 anys

Fernando  
y arquitecto del dho



# FRAGMENTVM LI.

BRI XXXV. ROMANAЕ HI-  
storиæ Dionis, Guilielmo Xy-  
landro Augustano  
interprete.

¶ quia fortuna in utraq; partem ualida usus erat,  
concessit. Cum enim s̄pē numero uictus fuisset, s̄pē  
etiam ipse uicisset, non modò non fractus, uerū etiam  
rei militaris peritior euasisse existimabatur. Itaq; tan-  
quam tum primum bellum gerere inciperent, s̄pē para-  
uerunt, missis ad uicinos legatis, Arsacēq; in prūs  
Parthum, cum quo de regione quadam controuersia  
iam antè ipsis erat, qua tum ei cedentes, Romanos apud  
eum traduxere, eos si uictoriam obtinuissent contra se  
ab aliis destitutos, in ipsum quoq; arma statim uersuros,  
dicentes: Ita enim ferre naturam, ut omnis uictor inex-  
tiabili rerum secundarum desiderio efferratur, neq; si  
nem ullum cupiditati statuat: atq; Romanos quidem, qui  
iam multis mortalibus imperarent, ab ipsisibi non tem-  
peraturos. Hęc tum Armenij agebant. Lucullus interea  
Tigranem non insequebatur, sed ei euadendi om-  
ociuri concedebat, unde non ab aliis tantum, sed à suis  
quoq; ciuibis reprehensus est, quod debellare noluisset,  
quod diutius cum imperio esset. Itaq; tum Romanj impe-  
rium in Asia prætoribus assignauerunt: atq; deinde cum  
iterun: eodem modo se gesisse Lucullum censorent, Con-  
f. Iema

solum istius anni, successorem ei misserunt. Ceterum Tis  
 granocrita urbem Lucullus cepit. Eam inhabitabant pe-  
 regnini quidam, quorum pars maior Cilices erant, ab  
 Armeniis olim adsciti: hi orta inter ipsos & Armenios  
 seditione, Romanos noctu in oppidum introduxerunt: o-  
 mnibus preter ea que Cilicum erant, direptis, multas  
 optimatum coniuges captas Lucullus ab omni iniuria  
 custodivit: eo facto maritos eorum sibi coniunxit, re-  
 gémque Commagene regionis (hoc nomen est Syriae  
 ad Euphratem fluuium & Taurum montem sitae) An-  
 tiochum: preterea regulum quendam Arabie, Alchau-  
 donium nomine, aliisque nonnullos per legatos secum pa-  
 cientes in fidem recepit. Per hos certior factus de lega-  
 tionibus Tigranis ac Mithridatis ad Arsacem missis,  
 ipse quoque nonnullos ex sociis ad eundem allegavit,  
 minas ei, si illos auxilio iuuare, promissiones autem, si  
 Romanorum rebus studere statuisset, proponentes. Ar-  
 saces, quod co tempore Tigrani etiamnum irasciebatur,  
 nullamque de Romanis adhuc sinistram opinionem a-  
 nimò conceperat, missis ad Lucullum suis etiam lega-  
 tis, amicitiam cum co societatēque coniunxit. Verum  
 postea temporis cum Scelius ad eum ueniret, sufficatus  
 hominem bello clarum non tam paci nuper initi causa,  
 quam ut regionem copiasque suas exploraret, missum,  
 Romanis auxilia nulla suppeditauit: ita tamen, ut ne  
 contra illos quicquam etiam moliretur, sed in medio se-  
 se partium contineret, quod (ut uerbaud absimile est)  
~~ne ut etiam angri uolebat: sed si bellum u-~~  
 trinque equis viribus gereretur, summae sibi id secu-  
 ritati futurum arbitrabatur. Hacco Anno Lucullus e-  
 git, multis Armeniæ partibus sibi adiunctis. Inse-  
 quenti anno Q. Marcius Consulatum solus gesit. Nam  
 eius

eius collega L. Metellus initio anni diem suum obierat: eoque qui in eius locum subrogatus fuerat, antequam iniret magistratum, uita functo, nullus alias substitutus est. Eo anno Lucullus, media iam estate ( prius enim propter frigus in hostium fines inuadere nequam potuerat) cum exercitu profectus, aliquam regio-  
 nis partem uastauit, ut barbaros ad eam defenden-  
 dam, pugnāque eliceret: cūmque nihil illi mouerent,  
 ad ipsos contendit. Equites barbarorum Romanis ex  
 quibus eo tempore robore præstabant, omnem cum  
 peditib. pugnam detrectabant: statimque ubi Lucul-  
 lus scutatis suis equitatui sucurrebat, terga ostende-  
 bant: neque tamen cladem ullam accipiebant, sed sa-  
 gittis in sequentes à tergo emissis, multos interime-  
 bant, multos uulnrabant. Ea uulnra grauia, diffi-  
 ciliaque sanatu erant: nam due erant sagittis cuspi-  
 des, exque ita affixa, ut semper altera in corpore  
 remanceret, siue sagitta extraheretur, siue fixa mane-  
 ret, quod nulla fibula eam arundini annectebat: itaque  
 præsens malum corporibus asserebant. Lucullus cum  
 multis auiciarentur, atque partim ex uulnribus more-  
 rentur, partim membris mutilarentur, ac iam penuria  
 quoque annone tentaretur, casis inde motis ad Nisibim  
 profectus est. Vrbs ea in Mesopotamia ( ita autem omnis  
 que Tigrin et Euphratem fluuios interiacet regio ap-  
 pellatur) condita erat, atq; hoc tempore nostræ est ditio-  
 nis, coloniaque nostra habetur: ea uero tēpest: ite Parthis  
 cum Tigranes ademisset, thesauros in ea suos, cete-  
 riq; multa reponuerat, custodi: i fratri suo mandata. Eam  
 urbem quamcum haud segniter oppugnabat Lucullus,  
 tamen per totam estatem frustra tentauit; et enī: du-  
 plic

plici muro, cōq; latericio cincta, magnæ craſſicie, foſſāq;  
 magna altitudinis circundabatur, ut neq; concuti mu-  
 rus, neq; ſubrui poſſet, atq; ideo neq; auxilio iſpis Tigrā-  
 nes ueniebat. Initio autem hyemis, cum barbari uiciffe-  
 ſe, Romanosq; iamiam deceſſuros exiſtimantes, ſecurūs  
 nonnihil ſeſe gererent, noctem Lucullus naclus, in qua  
 neque luna fulgebat, et imber ingens cum tonitribus co-  
 ortus erat, ut neque cernere barbari, neque audire  
 quicquam poſſent, atq; ob id exteriorem murū, foſſām q;  
 in medio actam, paucis ibi relictis deſererent, ab omni  
 parte murum aggressus eſt. cūm q; per aggeres in eum  
 haud diſſiculter euafſiſet, obtruncatis nullo negocio cuſto-  
 dibus, qui ibi pauci relicti fuerant, partem feſſe aliquam  
 (antē enim barbari pontes deiecerant) ingeſta terra  
 equauit, cum ab hostibus neq; ſagittis, neq; igne ob uim  
 pluuiarum lædi poſſet. foſſa ſuperata, urbem iſpam ſta-  
 tim cepit: neq; enim erant interiora mœnia admodum ua-  
 lida, quod exterioribus fidebant. eos autem qui in ar-  
 tem confugerant, cum quibus Tigranis quoq; frater erat,  
 fide data acceptaque recepit, multāq; pecunia accepta,  
 ibi hyberna habuit. Dumeo modo Nisibim Lucullus occu-  
 pat, multa Armeniæ, earūmq; que circa Pontum ſunt  
 regionum loca amifit. Tigranes enim ad Nisibim, quam  
 nexpugnabilem eſſe exiſtimabat, defendendam ſe non  
 conuertens, in prædictas regiones proſclus eſt, ſi qua  
 Lucullo Nisibi intento recipere poſſet. Igitur Mithri-  
 late domum miſſo, ipſe in Armeniam ſuam contendit. ibi  
 L. Fannium reſiſtentem ſibi obſedit tantisper, dum J. A.  
 ullus re cognita auxilio illi proficiſceretur. Intercalo-  
 ti Mithridates alteram Armeniam ceterāsq; regiones  
 inueniens, multos Romanorum in iis regionibus uagan-  
 tes ex improuifo abortus interficit, nonnullos prælio  
 uiſcios

uictos cædit, pleraque loca magna celeritate recipit. Benevolentia enim illi homines erga Mithridatem affecti erant, cum quod sue esset getis, tum ob paternum eius regnum: ijdemque Romanos odio habebat, partim quod pergrini essent, partim quod a præfectis eorum male traharentur: itaque Mithridati lubentes accesserunt. Idem haud multo post M. Fabium Romanorum in ijs locis præfectum uicerunt. magnopere usi auxilio Thracum, qui cum antea sub Mithridate stipendia fecissent, tum cum Fabio militabant, itemque seruorum qui in castris Romanorum erant. Primum Thraces à Fabio speculatum missi, cum nihil sani renunciassent, isque incautius progressus, cum in Mithridatē inopinatō incidisset, Thraces quoque Romanos adorti sunt, libertatemq; ipsis Mithridate deferente, ipsum in prælio iuuerunt.

Thracum  
perfidia in  
Romanos.

haud dubiè omnes perijssent, ni Mithridates dum inter hostes uersatur (natus enim plus quam septuaginta annos, tamen pugnabat) lapide ictus, metum barbaris ne periret incusisset: quibus pugnam idcirco inhibentibus, Fabio cum suis in tutum locum per fugiendi spacium concessum est. Idem Fabius deinde in Cabiris obsecitus, oppugnat usque, à Triario seruatus est. Is Triarius cum ex Asia et ad Lucullum iter faciens rengestam accepisset, coacta ex ijs qui aderant quam maxima poterat manu, Mithridatem totum exercitum Romanum aduersum se uenire putantem terruit, ut is ante quam in conspectum eius ueniret, retrocederet: Triarius audacior factus, usque in Comagenos fugientem insecurus, ibi uicit. Castra habebat Mithridates ex altera eius fluij parte qua Romani accedebant: eos ut ex itinere festos aggredieretur, iste occurrit: reliquos inter prælium per alium pontem subsidio, ubi uenire iussit. Cum diu æquo marte certatum esset, pons

Fabius in  
Cabiris ob-  
secitus à Tri-  
ario libera-  
tur.  
Triarius Mi-  
thridatem fu-  
git, & uin-  
cit.

abruptus, cum multi confertim per eum transire contenerent, Mithridatem subsidijs despoliauit, perturbauitq; Ab hoc conflictu utrique (hyems enim iam appetierat)

**Comana.** se in castella sua receperunt. \* Cæterum Comana in ea quæ nunc uocatur Cappadocia, sunt: creditumque est semper in hunc usque diç ibi simulacrum Diane Tau-

Dianæ Tau- ricæ simula- crum.

euenerint, ibiue manserint, inter tot opiniones dicere non habeo: id quod exploratum mihi est, dicam. Due urbes sunt Cappadociae, non procul inter se distantes, communi-

aque omnia habentes: nam cum reliqua omnia similia utrinque fabulantur ostentantque, tum utraque urbs gla-

Iphigeniae gladius.

dium habet, quem uerum Iphigeniae esse autumāt. Atque hec haclenus. Anno proximo, M. Acilio, & C. Pisone Consulibus, Mithridates ad Gaziursa Triario oppositis

V.C.687. Mithrida- tes Triariū vicit.]

castris, prouocare hominem ad prælium, atque irritare intendit cum alijs rebus, tum in conspeclu Romanorum

milites suos seq; in armis exercendo: ut cum eo congres-

sus ante Luculli aduentum superiorque facius, quod se- rabat, reliquam etiam regni partem recuperaret. Cum

Triarium non eliceret, al castellum cui Dadasa nomen-

erat, oppugnandum suorum aliquos mittit, in quo impe-

dimenta Romanorum asseruabantur, ut Romanos ei op-

tulaturos in manus suas perduceret. Neque id eum fe-

sellit. Cum enim eatenus Triarius Mithridatis multitu-

dinem reformidans, Lucullumque, quem accersierat, ope-

riens se continuisset, postquam Dadasa oppugnari acce-

pit, militesque rebus suis metuentes tumultuantes, mina-

ti sunt se iniussu eius, nisi ipsos educeret, ad defenden-

dum ituros, inuitus castris exceſſit. Barbari iam castello

appropinquantes adorti, circunfusijs ob multitudinem

suam, partim ceciderunt: partim in campum compul-

sos, in

sos, in quem Romani fluuium excurrere ignorabant, circumuersi obtruncauerunt. Ac nisi quidam ex Romanis se unum ex Mithridatis cōmilitonibus (nam, quem admodum antē dixi, eius generis secum is haud paucos habebat) simulans, propè congressus, tanquam dicere quippiam cupiens, regi uulnus intulisset, occidione deleti omnes fuisse: nunc ille huius facinoris autor deprehensus, cæsus est. Barbaris uero ea de re perturbatis, Romani multi effugerunt. Mithridates curato uulnere, suspicatus alios quoque præterea in suo exercitu hostes esse, militum delectum quasi aliis rei causa instituit: iussisque singulis consecuti in sua tabernacula se recipere, Romanos solos deprehensos occidit. interim Lucullus aduenit. et quanquam eam de se opinionem præbebat, facile ipsum hic quoque superaturum, amissaque omnia non magno labore recepturum, nihil tum consecit. Nam & Mithridates ad Talaura loco edito confederat, neque ad pugnandam educebat: & Medus Mithridates, alter Tigranis gener, Romanos palantes repente adortus, magna clade afficerat. præterea ipse Tigranes adictare sercbatur. Super hæc omnia in exercitu quoque Luculli seditio erat. Nam Valeriani milites, qui militia liberati prius, iterum stipendia faciebāt, iam antē ad Nisibin tumultuati fuerant, uictoris, quieteque, & rerum copia luxuriantes, adhæc absenti Lucullo (quippe is plerunque peregrè ibat) degentes, præcipue uero commoti à P. quodam Clodio, (quem alij Claudium nominant) horinc innata quadam nostrarum rerum cupiditate in seculo, quanquam ciui sororem Lucullus in matrimonio habebat: tum uero turba inter eos existebant, cùm alijs de causis, tum quid auditum Acilium Consalem, qui ob eas quas memorauit causas

Mithridates vulneratur.

Mithridates omnes Romanos trans fugis cedit.

Mithridates Medus Tigranis gener.

Valeriani milites à Lucullo deficiunt.

P. Clodius legionibus Valerianis ad Nisibin defectionis à Lucullo autor.

Lucullo successor missus erat, appropinquare, faciebat ut Lucullum quasi priuatum iam contemptui habarent. Quibus motus Lucullus, ac præterea quòd cum à Marcio (qui ante Acilium Consul fuerat) in Ciliciam sibi mandatam adueniente subsidium petijisset, id non impetraverat, in magnam sollicitudinem deuenit. Nam et nudatus militibus decedere metuebat, et periculosem uidebatur ibi locorum permanere. Itaque in Tigranē proficisci decreuit; sperans fore, ut eum inopinantem simul ac itinere fatigatum fundens, aliquo modo seditiones militum componeret, quorum neutrum ipsi successit. Etenim milites aliquandiu secuti, cum in Cappadociam iter flectendum esset, omnes unanimiter ne uerbo quidem ullo facto, se se conuerterunt. Valeriani autem cum sibi militiæ missonem factam à magistratibus Romæ audirent, omnino à signis dilapsi sunt. Enim uero mirum uideri nemini debet, Lucullum, cum imperatorice artis peritisimus fuerit, priusque Romanorum cum exercitu belli gerendi causa Taurum transuerit, duos reges, haud illos imbellies, decicerit (quos, si celeriter patrare bellum uoluisset, capere potuisset) ne quiuisse ita suis militibus præesse, quin et semper tumultarentur, et ipsum tandem descererent. Multa enim ipsis iniungere solebat, difficilis erat in congregib; operū exactior perquam attetus, in penis irrogandis inexorabilis, ita neq; sermone, neque equitate sibi eos deuincire, neq; honorum, pecuniæ ue muneribus conciliare nouerat: quæ profectio cum omnis multitudo, tum præsertim militaris requirit. Ita factum est, ut quādiu ex sententia omnia succederent, prædisque laboribus parcs adipiscerentur milites, Lucullo dicto audientes essent: postea quādiu aduersas res experti, pro se metum proposuit sibi uiderunt, cuius autoritatem defugerunt. Cuius rei

Cur Lucullus à militibus suis destitutus fuerit.

rei certum est signum, quod cum eodem Pompeius accessisset (is enim Valerianos milites iterum conscripsit) circa omnem seditionem ipsis usus est: adeo vir viro praestat. Hec agentibus militibus, propè totum regnum suum Mithridates recepit, Capadociaeque multum detrimenti intulit, neque Lucullo obstante, quod Acilium propè esse prætenderet, neque ipso Acilio defendente. Is enim cū prius <sup>Acilius ignavia.</sup> festinasset, ut victoriam Lucullo præriperet, ubi tum quæ acta essent resciuit, ne ad exercitum quidem uenit, sed in Bithynia tempus traxit. Marcius uero Lucullo auxilium non tulit, causatus milites se nolle sequi. In Ciliciam autem cum uenisset, Menemachum quendam, qui à Tigrane defeccerat, in suam fidem accepit: Puerò Clodium (cuius sororem ipse quoque coniugem habebat) qui metu perpetratorum apud Nisibin, à Lucullo desciuerat, reinaudeatur. <sup>Marcius proconsul Luculli nō adiuuat.</sup>

Atque is Clodius à maritimis prædonibus captus, ab ijsque Pompeium reformidantibus dimissus, Antiochiam Syrie se contulit, ut eos cum Arabijs disceptantes auxilio iuuaret. Ibi cum simili modo nonnullos ad seditionem concitaret, parum absuit qui periret. \* \*

Huius libri trigesimiquinti finis, initiumque sequentis trigesimi-sexti, intercederunt.

c 3.



DIONIS ROMANAЕ  
HISTORIAE LIBER TRICE-  
simus & sextus, Gulielmo Xylandro  
Augustano interprete.

\* \* \*

Q. Metelli res in Creta gestz.  
Octauius.  
Cornel. Sisenna.

parcit: dominandique cupiditate impulsus, Creten-  
ses, quibus cum certis conditionibus pacius erat inuasit,  
nulla habitu fœderis, si quando id ei obtendebatur, ratio-  
ne: adeò antequam Pompeius adueniret, damnum eis da-  
re properabat. Nam Octauius quidem, qui sine exercitu  
aderat ( et erat eò non tanquam ad bellum obeundum,  
sed ad accipiendas in fidem populi Romani urbes missus)  
nihil interpellabat. At uero Cornelius Sisenna Grecie  
ea tempestate praefectus, comperta re in Cretam uenit,  
Metellumque, ut populis parceret monuit: quem ubi ab  
instituto deducere non potuit, nihil quicquam ad eum  
coerceendum egit. Itaque Metellus multis afflictis, Eleu-  
theræ urbi per proditionem accepte ( eius proditionis  
autores turrim latericiam magne nolis, expugnatique  
longè omnium difficillimam, aliquot noctibus continen-  
ter ita aceto madefecerant, ut perfungi posset ) stipen-  
di im imperauit: deinde Lappari ui cepit, nihil mora-  
tus Octauium, qui cā tum temporis tenebat: et ab Octa-  
uiu quidem uim omnem abstinuit, Cilices autem quos is  
secum habebat, interemit. Id uero indignum ratus Octa-  
uius, non iam ut ante quietem egit: sed primum acce-  
pto

L I D C V I I

52

pto exercitu Sisenne, qui tam forte morbo absemptus erat, oppresis opitulatus est: ijs restitutis ad Aristionem sc in urbem Hierapydnam contulit, ibique communione consilio bellum gesserūt. Is Aristion tum Cydonia excesserat: et deuidio L. Basso qui se ei opposuerat, Hierapydnam occupauerat. Aliquandiu cum perseuerassent, postquam aduersum se ire Metellum percepérunt, muris relictis uela in altū dederunt; ibi tum tēpestate uexati, et in terrā multis suorum amissis, ciecli sunt. Metellus totam exinde insulam subegit. Eo modo Cretensibus, qui ante id tēpus in perpetua libertate uixerāt, neq; unquam alienigenē domino paruerant, seruitutis iugum impositum est, cognomentūque Cretici Metello dederunt. Is tamen neque Panarem, neque Laſhenem (nam et hunc ceperat) in triumpho ut duceret obtinuit, quos Pompeius auxilio cuiusdam Tribunip̄ebis ad hoc persuasi Metello eripuit, quod sibi ex pacto eos, non Metello, accessisse diceret. Et Pompeij quidem res gestas iam nunc exponam. Semper quidem nauigantibus maritimis prædones infecti fuerunt, quomodo et terram habi-  
Creta subi-  
acta.  
Belli pirati-  
ci origo.

et in conspectu populorum incidebant, et ipsum damnum citius sentiebatur, præterea compræhendi autores facile poterant: contrà maritima subinde ad summum ingrauescebant. Occupato enim populo Romano in debellandis hostibus, uchementer increuerant piratæ: et multis locis circumnauigatis, sui omnes similes sibi adiunxerant, ita ut uonnulli aliis frequentes admodum ad suppetias tanquam ex fœdere ferendas irent. Hoc modo quo egerint, iam antè dictum est. Postquam ea fœdera soluta sunt, iam non quiescere prædones, uerùm ipsi per se singulatim plurima ac grauia damna Romanis, eorumque sociis dare: neque iam uelut antè, paucis nauigiis, sed magnis clasibus nauigare, imperatoribus ad id delectis, ita eorum quoque nomen iam notum fieri. Principiò in nauigantes præsertim uis facta, quibus ne hyeme quidem tutis esse concedebant: adeò audacia sua, usu, atque successu elati, etiam tunc temporis securi mare usurpabant: postmodò et eos qui in portibus essent, aggressi sunt. Qui ad nauale prælium aduersus eos tentandum exire ausi sunt, plerique uicti pericrunt. Neque si quis superior factus fuit, eorum quempiam potuit comprehendere, tantum uelocitate nauigandi aliis præstabant: itaque tanquam uicissent, paulò post reuersi, non uillas tantum et agros, sed ipsas etiam urbes uastabant, uel incendebant: nonnullas etiam sui iuris efficiebant, ac in his tanquam apud amicos sua hybernacula ædificabant, iisque tamquam receptaculis ad bellum utebantur. Cum ex animis sententia hæc succederent, egredi in continentem terram, ibique eos etiā quibus in mari nihil erat negotijs, non Romanorum modò so ciös extra Italiam habitantes, uerùm ipsius quoq; Italie incolas multis modis afflixerunt. Rati enim fore ut si ab hac

ab hac quoque regione se non abstinuissent, et quæstus ubiores ex ea adipiscerentur, et eo maiorem aëliis populis terrorem incuterent: cum ad alias Italie urbes appulerunt, tum ipsa etiam Ostia classe intrauerunt. ibi nauibus combustis, direptis omnibus, tandem, cum impunè omnia ferrent, in terra diutius comorati, de mancipiis manubiisque haud minori cum securitate, quam si domi suæ essent, rationes inierunt. Alij autem aliis in locis prædas exercebant (neque enim simul omnes partes maris iidem poterant infestare) tanta amicitia inter se iuncti, ut ignotis etiam non aliter quam quibus cum familiarissimè uixissent, pecuniam et auxilia mitterent: quæ res ad potentiam ipsis tantam obtinendum haud parum attulit. Nam et si qui erant, quorum in aliquos prædonum studium extaret, eos uniuersi in honore habebant, et si qui sui corporis ab aliis læsi essent, eorum res ipsi omnes frerebāt, agebantque. Ad tantam tum molem prædonum res accreuerant, ut bellum iam et magnum, et continens, præter et opinionem omnium, et fidem, gererent. Peruenierat iam tunc fama horum ad Romanos, quin et uidebant aliquā partem, cum neque eorum quæ nauibus aduehi solebant, quicquam ad eos perueniret, et frumenti commeatus omnino interclusi essent: sed non magnam eius rei curam gesserant, quo tempore id ex usu cumprimis esse poterat, tantum ut ad singulorum annunciationem animo commouebantur, ita naues et imperatores miserant: nihil autem profectum erat, nisi quod adhuc magis socij ab his ipsis uexabantur. Tandem cum in summo discrimine uersarentur, concione conuocata multos dies delibera-tum est, quidnam agendum esset: parum, ac ferè nihil sibi erat, posse rem bene ac feliciter geri, cogitantibus cum

quot continenter laboribus ac periculis essent attriti: tum quod id bellum contra prædones graue ac multiplex esset futurum, quo nec omnes simul occupari, neque singulos inuadi posse eos reputabant, qui et mutuis sese auxilijs sustentarent, et haudquaquam proclue futurum erat undiquaque eos eodem temporis spacio coerceri.

Gabinij ro-  
gatio. Hæc anxiè dispergitibus, A. quidam Gabinius Tribunus plebis, incertum summissusne in hoc ipsum à Pompeio, an studio gracie ab eo incunde adductus, utique non eo animo, quod Republicæ cōsultū uellet, uir ipse perfidus, sententiam tulit, ut ex his qui Consulatum gesissent, unus quispiam deligeretur imperator contra prædones omnes cum plena potestate, imperiumque ei esset trienne, et uteretur copijs amplissimis, ac multis legatis. Ipsum quidem Pompeium nominatim non dixit: atqui manifestum erat, ubi primum huius rei mentionem plebs perceperisset, ipsum electuros. neque secus accogitauit, res cecidit. Nam et rogationem eam plebs approbauit, et prætersenatum omnes confessim ad Pompeium declinaverunt. Scnatus potius quam ei tantum imperium mandaret, quacunque à piratis mala ferenda iudicabat: proinde ipsum Gabiniū parum absuit quin in consilio permanerent. Quo ex eorum manib; claps, cum patrum sententia plebi innotuisset, tantus est coortus tumultus, ut ad eos adhuc consultantes opprimendos ierint: haud dubiè occisi, nisi curia illi ante plebis impetum exiissent. Dilapsis reliquis, et sese abdentibus, unus C. Piso, qui tum collega Acilio Consulatum gerebat, comprehensus, cum iam uel reliquorum nomine ad mortem raperetur, Gabino deprecante dimissus est. Ab hoc facto potentiores quietuerunt, uite usura sibi concessa contenti: nouem autem Tribunos plebis eò adduxerunt, ut se Gabino opponerent.

An. 687. v.  
C.

nerent. Cum cæteri plebem timentes non intercederent, ibi L. quidam Trebellius, ac L. Roscius ausi contradicere, neque eloqui que receperat patrib. se dicturos, neque perficere re potuere. Nam cum præstituta dies appetiisset, qua id decretum erat confirmandum, ita res acta est. Pompeium magna cupiditas huius imperij potiundi incesserat, cum iam partim ob insitam ambitionem, partim ob studium populi non tam eam rem honori, quam si non potiretur, ignominie sibi duceret: interim quod aduersari sibi potentes animaduerteret, simulandum sibi statuit, inuitum se ad hanc rem adigi. Solitum alias nequaquam palam ferre si quid cuperet: tunc præterea due cause ad simulandum impellebant: una, quod inuidia gravi laboraturum se uidebat, si ultro imperium ambiret: altera, quod magna sibi gloria esse futurum cogitabat, si nec uolenti sibi id imperium, nimirū ante alios omnes dignissimo imponeretur. Igitur ad hoc iam ante compositus, tum in concionem progressus: Gaudco, inquit, Quirites, honorem mihi à uobis haberí: quippe & suapte natura homines ciuium suorum beneficiis ornati, sc̄e in his ostentant: & ego sapientiam à uobis honoribus afflus, nullam tantum possum pre me ferre letitiam, quæ dignitatem præsentis rei exæquet. Enim uero ego sic excellimo, neque uestrum esse, ut tam in expletili mei ornamenti studio tencamini: & in rem meam non essem, semper me esse cum imperio. nā & ipse à puerō multos labores tuli, & uos par est etiam aliorum habere rationem. Numnam excidit uobis memoria earum exumnarum, quas in bello contra Cinnam, paruo ipse admodum natu, exhausti? Quibus negotijs defatigatus sim in Sicilia & Africa, nondum uerè inter ephchos numeratus? quæ pericula in Hispania obierim, antequam in senatum essem leclus? propter

Pompeij ad  
populum oratio.

pter quæ omnia ut uos ingratitudinis incussem, longè id quidem à me abest. quì enim posim? Nam ut cætera præteram, quæ in me exornando posuistis commissum mihi aduersus Sertorium imperium, quo tempore id nemo neque uolebat suscipere, neque poterat obire, tum triumphus præter instituta ciuitatis concessus, summum mihi splendorem attulerunt. At enim tot mihi curis confebro, tot laboribus exhausto, et corporis uires attenuatae, et animus defatigatus est. neque est quòd me iuuensem adhuc esse putetis, aut corpus meum ponderetis, anno rûmne numerum meorum incatis: nam si quot obiui imperia, quot pericula subiui numeretis, maiorem eorū sum mam reperietis, quam sit annorum meorum: idque maiorem fidem uobis faciet, iam deinceps me neque laboribus, neque curis perferendas esse parcm. Iam si quis aduersum hæc perdurare queat, tamen conspicuum nobis est, quantum hæc res inuidia atque odij gerentias conflent, que ut uos reclè quidem nullo in discrimine ponitis, ita mihi tamen eadem molestissima sint futura, fateorque nullum in rebus bellicis tantum esse periculum, quod magis me quim dictæ res terrere, maiorive molestia afficer possit. Quis enim sanæ mentis homo gratam sibi uitæ iudicet apud homines emulos? aut publicæ rei sibi administrationem expectat, ubi uel re male gesta iudicium, uel bene gesta inuidia sit subeunda? Quapropter mihi cum ob has, tum alias ob causas concedite ut quiete fruar, ac res meas agam, familieq; tandem mæ curandæ rationes incam, neue tot laboribus consumptus peream. Contra prædones autē alium ducem constituite: magnus est enim eorum numerus apud natu maiores minorisque qui et uelint et possint rei nauali præesse, ut ex tanta copia haud difficile uobis sit unum aliquem deligere. Neque enim

Inuidia o-  
nus.

enim ego solus uos diligo, neque solus peritiam rerum bellicarum habeo, sed et is, et iste, quorum nomina taceo, ne eorum bonam gratiam quæfuisse uidear. In hæc uerbalocutum, Gabinius ita excepit:

Gabinij c&  
cio.

Rem suis consentaneam moribus, Quirites, fecit Pompeius, neque expetens imperium, neque oblatū obuijs ulnis excipiens. Nemo enim bonus uir imperij cupiditate tenetur, sibiue grauum negotiorum curam exoptat: et in huiusmodi re expedit munus impositū cōsideratē subire, ut tutò idipsum licet exequi. Multoties etenim temeritas in se aliquid recipiētis præpropera in rebus agēdis damnū affert: contrā accurata cōsideratio ab initio adhibita, in actionibus perdurat, omnibusque emolumēto cedit. Vos autem æquum est non id quod Pompeio gratum sit, statuere, sed quod ciuitati conducat. idoneos enim conuenit rebus gerendis præficere, non eos qui magistratus ambient: quos permultos quidem, idoneum uero præter hunc neminem reperietis. Meministis quæ et quanta in bello contra Scotorium pertulerimus, Imperatoris egentes, atq; ut eotēpore nemirē neque iuniorū neq; seniorum ei parem irū uenerimus, extra hunc Pompeium, quem cum etas eius nondum id ferret, necdum in senatu esset adscriptus, pro utroque Cōsule emisimus. Evididem uelim magnam nobis præstantiū uirorū esse copiam: idque, si ita factō opus sit, optuerim. at quando res hæc non uotis conficitur, neque forte fortuna hi obtingunt, sed ut ad hoc natus quispiam, ita exercititus sit, et in omnibus rebus prosperam fortunam expertus, (hec uero uniuero omnia rariissimè contingunt) necesse est: si quis talis uir repertus fuerit, cum opus est à uobis omnibus unanimi fauore ad dignitatem istam euchi, estque uobis eo uel inuito utendū. que uis et ei qui infert, et ei qui

» qui patitur est honestissima, dum alter per eam seruatur,  
 » alter hoc modo suos ciues asserit, in quos bonus ac ciui-  
 » tatis amas vir corpus uitamque suam promptissime im-  
 » penderit. An existimatistis Pompeium, qui adolescentulus  
 ad militiam, ducendos exercitus, augendum nostras, socio-  
 rum res tutandas, et aduersariorum nostre ditioni ad-  
 iungendas ualuit, cum nunc adultū, et in ea aetate confi-  
 tutū, in qua unusquisque se plurimū præstat, præterea  
 quam maxima rerum bellicarum peritia auctum, non lō-  
 gè commodissimum uobis futurum? An cui adolescenti  
 imperium obtulisti, cum uirili aetate rei cietis? Et cui  
 equiti adhuc existenti tanta bella credidisti, ei senato-  
 ri hoc imperium non committetis? Et quem nullus sui editio-  
 ne specimine unicum ad incumbentia negotia desiderauis-  
 stis eum satis superque spectatum iam rebus praesentis-  
 bus haud minus, quam iste tum urgebant, prementibus,  
 non præficietis? Et quem ob aetatem imperio gerendo  
 nondum habilem aduersus Sertorium delegisti, hunc  
 Consularem iam nunc contra prædones non alegabitis?  
 Sed enim neque uobis aliter agendum est, tisque o Pompei,  
 mihi, patriæq; concede, cui et natus es, et educatus,  
 t:q; eius commodis inseruire oportet, eorum causa nul-  
 los labores, nulla pericula subterfugere: sed etiam si  
 res ita firat, ut moriendum pro ea tibi sit, quo quis mortis  
 genere fatum anteuertere. Ridiculus nimirum sum, qui  
 haec te adhortor, qui fortitudinem, atque in patriā ani-  
 mū tuū in tot tantisque bellis demonstraueris. Ergo meis,  
 horumq; uocibus fleclere, neque certoruū hominum inui-  
 dia terrere, quin tu potius ad maioris partis amicitia re-  
 spicis publicumque bonum, emulos tuos contenc: quibus  
 ut a grę facias, hanc ipsum ob causam imperium suscipe,  
 ut contra eorum sententiam et imperium te obtinente,

C 30

et gloriā reportante, molestia illi afficiantur. Hoc pā-  
cio et te dignum tuis prioribus actis finē imposueris, et  
nos multis magnisque malis liberaueris. Hec Gabinio  
differente, contradicere conatus est Trebellius, sed nemis <sup>Trebellius.</sup>  
ne animū aduertēte obstitit, ne hac de re tribus in suffra-  
gia mitterentur. Id indignè ferens Gabinius rogationem  
de Pompeio distulit, aliam uero de ipso Trebellio intro-  
duxit. A septem et decem tribubus, quæ priores sentē-  
tiam dixerant, iudicatus est iniquè agere, Tribunatuque  
mouendus esse: idem suffragium iam etiam decima octua  
datura, uix tandem Trebellius loquendi finem fecit. Hoc  
uiso Roscius, cum loqui non auderet, manu prolatu, duos <sup>Roscius.</sup>  
esse deligendos ostendit, ut uel hoc modo potentia. Pem-  
pej accideret. Hec eo gesticulatione manus significante,  
ita ingens atque minax à turba sublatus est clamor, ut  
coruus quidam, qui tunc forte supra uolabat, consterna-  
tus perinde ac si fulmine esset ictus, occiderit: secundum  
hoc factum Roscius non linguam modò, sed et manus  
tenuit. Catulus interea silentium seruauerat: rogatus  
autem à Gabinio ut sententiam et ipse diceret (erat e-  
cum Catulus princeps senatus: uidebanturque eius au-  
toritatem secuti etiam reliqui astipulaturi: s̄p̄s autem  
erat cum tribunorum periculo permotum, huic senten-  
tie accessurum) cum dicturo populus animū aduerteret,  
quippe quem et omnes reverenter haberent, et quod  
semper ipsis optima quæq; consuluisse egissetque, sus-  
picerent, in hæc uerba concionē habuit: Summē me, Qui= Catuli ad  
populum  
oratio.  
rites, studiosum multitudinis uestræ fuisse, constat omni-  
bus uobis. quod cum itz sit, necesse est ut ipse quidem sim-  
pliciter que prodesse Republicæ cognosco, libero ore  
eloquar: uos autem decet hæc placide audire, ac deinde  
consiliū capere. Si quid enim in rem uestrā proponi uo-  
bis

bis potest, id tumultuantes nequaquam percipietis: si  
attentè audieritis, haud dubiè aliquid inuenietur, quod  
certò uobis conducat. Proinde primum hoc & prae-  
puum dico, non debere uni alicui uiro tot imperia unum  
ex alio cōmitti, quod & leges hoc prohibent, & expe-  
rientialia deprehensum est, rem eam esse periculosisimam.

Marius & Neque enim Mario alia causa fuit, cur talem sese gere-  
Sylla qua ra ret, quām quōd breui admodum tēporis spacio tot bello-  
rānidē per- rum administratio ei credita, Cōsulatus sexies intra pau-  
uenerint.

cīssimos annos mandatus est: neq; Syllæ, quām quōd po-  
ste aquām multis annis absq; ulla intercapidine exerci-  
tib. p̄fuisset, Dictator postea, ac deinde Consul creatus  
, fuit. Ea quippe est natura animorū humanorū: ut non iu-  
" uenes modo, uerū etate etiam proiectiores, postquam  
" multum temporis in potestate transegerint, patrijs mo-  
" ribus haudquaquam sibi uiuendam ducant. Quod ego

Potestate non Pompeij culpādi causa commemoro, sed quoniam  
mores im- mutari.

rem hanc & uobis nullo modo conducibilem existimо,  
neque leges eam permittunt. Etenim si quem hoc impe-  
rio dignabimur: id ei honoris est futurum: eius uero par-  
est omnes hoc, ad quos honoris pertinet, potiri: hoc enim  
popularis reipublicæ status requirit. si laborem afferet,  
huius quoque omnes participes fieri conuenit: nam id  
& equalitas exigit. Præterea hoc quidē paclo fiet, ut mul-  
ti reperiantur, qui sese in rebus gerendis exerceant, quo-  
rum uirtus deinde spectati facilem nobis curam deligen-  
di ex his aliquē qui negotijs instantibus præficiatur, præ-  
beat. Isto autem modo fieri non potest, quin paucos ad-  
modum sitis habituri, qui conuenientibus studijs sese ita  
parauerint, ut res eis tò committi queant. Ad bellum  
contra Sertorium dux uobis defuit, haud equidem alia  
magis de causa, quām quōd prioriōis temporibus diutius  
ijsdem

ijſdem hominibus uſi eratis: quo fit, ut ſi iam Pompeius contra piratas omnino deligendus fit, tamen quia id & contra legum ſententiam fit futurum, & ipſe uſus uerum hoc iſtitutum improbet, ne quaquam uel uobis, uel ipſi id admittendum fit. Hoc primo loco præcipue commemo- randum duxi: uenio iam ad alterum. Cum nostri homines ordine à legibus p̄ſcripto & magistratus & imperia accipient, itaque nos & duces habeamus, & qui eorum in locum ſubeant, iam hoc quoque parum & honestatis & utilitatis fit habiturum, ſi hiſ proiectis, nouum quod- dam magistratus genus introducamus. Quid enim cauſe eſt, cur annui à uobis magistratus eligantur, ubi corū nul- lo in id genus negocijs utendum uideatur? An eò crea- tur, ut in p̄textis purpura obambulent uestibus, ſolo ma- gistratus nomine inſignes, effectu ſpoliat: iure proſecto & horum & aliorum, quicunque rem aliquam publicam ſibi capereſſendam proposuerunt, in odium incurretis, ſi patrijs magistratibus circumscriptis, nulla re gerenda hiſ qui legitime magistratum obtinuerunt mandata, priuato homini imperium, quale nullum unquam fuit, dederitis. Quòd ſi enim preter annuos magistratus nouus aliquis eſt conſtituendus, habemus & huius rei exemplum à maioriſbus ad nos deduclum: Dictat̄ram inquam. Sed & Dictatorem, quantus quantus ille fit, maiores nostri neq; cuiuſuis rei cauſa dixerunt, & imperium ci non ultra ſextum mensem fuit. Itaque ſi omnino talis quipſiam uo- bis opus eſt, licet uobis ſalua legum maiestate, idque haud neglectim de Republica cōſultantibus uel Pompeium, uel aliquem alium unum Dictatorem creare, modò is ne ultra p̄ſtitutum tempus, n̄cū extra Italiam fit cum imperio: non enim uos fugit, ſtudioſe id patres nostros cauiffe, ut inuenire non fit ullum unquam Dictatorem aliter confi- d

Dictatura  
qualis ma-  
gistratus.

tutum fuisse, unico eo excepto qui in Siciliam nullam quidem rem gerens profectus est. Enim uero neque Italia tali impreſentiarum indiget: & uos tantum abest ut imperium Dictatoris admissuros credam, ut ne nomen quidem eius toleraturos putem. cuius argumentum est indignatio contra Syllam uestra. Quo minus rectum est imperium uos iam, idque triennalem in omnes non Italie tantum, sed & externarum regionum res potestate habitum, constituere. Notum est enim uobis ex & quo omnibus, quae iam ante ex hac re in ciuitates nusserie exundarint: quot extiterint, qui ob illegitimam imperandi cupiditatem, & plebem nostram seditionibus agitarint, & innumerorum nobis malorum cause fuerint. Itaque de his dicendi finem faciam. Ecquis enim est, qui nesciat absque his etiam, neque honestum esse, neque commodum ut ad unum aliquem summa rerum defratur, unique in omnes nostras res dominium assignetur, quantumuis opti-

Honores  
mutant mo  
mo illi? Magni enim honores, in modic & q; potestates etiā  
huiusmodi hominum animos ad fastum extollunt atque  
corrumptunt. Hoc uos dispicere iam nunc uelim, unum ui-  
rum nequaquam totius maris potiri posse, aut solum re-  
cte hoc bellum administrare. Nam si quod factio opus est,  
agere uolueritis, undique prædonibus bellum est facien-  
dum, ne uel inter se coire, uel hi quibus bellum sit, ad eos  
qui à bello sunt exempti, subterfugere possint, ut com-  
præhendii nequeat. Hæc unus homo nullo modo solus im-  
perans perficit. qui enim possit eodem die in Italia &  
Cilicia, in Aegypto & Syria, in Græcia & Hispania, in  
Ionio & insulis bellum gerere? Ergo ut oper. & preium  
faciamus, multos non milites tantum, sed & duces huic  
negocio destinatis. Ac si quis dicat, si uni alicui totius  
belli summa credatur, habiturum cum omnibus in locis  
multos

multos nauium præfectos, multos legatos; longè cùm ius-  
tiorē, tum utiliorem meum sermonem existimem, si di-  
xerim: Quid ergo obstat, cur non illi ipsi qui sub auspi-  
cijs unius istius imperatoris sint cum imperio futuri, à no-  
bis ad id deligantur, plenūmque à nobis in:perium acci-  
piant? Eo enim pacto futurū est, ut et curam belli atten-  
tius gerant, cuius singulis certæ partes sint commissæ, ne-  
que habituri sint in quem suæ negligentie culpam refun-  
dant: quin et maiori inter se contentione atque emula-  
tione operam nauabunt, nimurum et merum imperium  
obtinentes, et sibi gloriam rerum gestarum, non alij, pa-  
raturi. Contrà si priori rationi stetur, quid horum simile  
res habebit? aut quis rem ullam seriò sibi sumet gerēdam,  
cuius perfectæ gloria alij sit cessura? Verùm ab uno hoc  
bellum confici non posse, ipse etiam Gabinius fassus est,  
multos delecto imperatori adiutores decerni petes. Re-  
liqua est cōsideratio, imperatoresne illi, an legati, itemq;  
ducēsne, et cum iusto imperio, an ut administrī illius uni-  
ci imperatoris sint emittendi. Meam sententiam magis  
cum legibus congruere, cùm aliás, tum aduersus prædo-  
nes belligeraturis, nemo uestrūm, nisi fallor, diffitebitur.  
Dempto tamen hoc, uidetis præterea quid re sit, sub præ-  
textu piratici belli, omnes uelle magistratus alios abro-  
gare, ut nullus eo tempore sit neque in Italia, neq; in sub-  
ditis nobis regionibus.

\* \* \* \* \*

Desunt finis huius orationis, & initium  
decreti, quo Pompeio impe-  
rium est commissum.

Et in Italia pro Consule, decreuerunt ei etiam lega-  
tos quindecim, omnes item naues, et ut pecuniae quātum  
ueillet, itemq; quot uellet legiones acciperet. Hæc Sena-  
tus etiā rata esse iussit, quāquam inuitus, itemq; alia, que

ad hoc negocium conducere intelligebant: idque eò magis  
 fecerunt, quòd cum Piso in Gallia Narbonensi sua prouincia  
 legatis Pompeij delectuum habendorum potestatem  
 denegasset, uehementer eius rei ergò indignatus erat po-  
 pulus: consiliumque cum magistratu deieciisset, nisi Pompeius  
 ut peccatus pro eo obtinuisse. Pompeius cum se ut  
 bellum p-  
 raticū con-  
 fecerit.  
 Pompeio-  
 polis.  
 Lex de am-  
 bitu lata.

Pompeius deprecatus pro eo obtinuisse. Pompeius cum se ut  
 res ipsa, utque sui spiritus exposcebant, comparasset,  
 uniuersum uno tempore mare in quo pirate græstabam-  
 tur, partim ipse præsens, partim per suos legatos circum-  
 nauigauit, maiorique id ex parte spacio unius anni pacauit. Ad eam rem cum multo nautico, armatorumque mi-  
 litum apparatu usus est, ita ut neque in terra, neq; in ma-  
 ri esset qui resistere posset, tum uero magna erga deden-  
 tes se ei humanitate, q; plurimos sibi cōciliauit. Vi enim  
 superati postquam eius bonitatem senserunt, promptissi-  
 mè se unusquisq; eius fidei peritus. It se cùm ceteris in re-  
 bus eis prospexit, tum ne denuò paupertas eos ad flagitia  
 impelleret, agros eis, quos desertos uidebat, colēdos, habi-  
 tandasque urbes colonis indigentes tradidit: itaque et  
 aliae urbes habitari cōpte sunt, et quam Pompeiopolim  
 nominant, Solis prius dicta, sita in Cilicie ora, quam Ti-  
 granes antè uastauerat. Hec ita gesta sunt, Acilio et Pi-  
 sone Coſ. Lex præterea ab ipsis Consulibus promulgata  
 est de ambitu, ut qui eius coniuci essent, iis neque magi-  
 stratum gerere, neque senatoribus esse licet, sed pecu-  
 niaria insuper eis mulcta irrogaretur. Postea enim quā  
 Tribunis suum antiquum ius restitutum est, cum multis cen-  
 satoria dignitate antè à Censoribus moticam recuperare  
 conarentur, de omnibus magistratibus frequentes  
 omnino coitiones conſpirationis que fiebant. Eam legem  
 consules tulcrunt, non quèd ambitum odissent (nam et  
 ipsi ad consulatum contentissima fauoris uenatione per-  
 uenerant,

uenerant, dīsque dictus ob eam rem fuerat Pisoni, isque unius atque alterius cuiusdam intercessione ne causam diceret efficerat ) sed coacti à senatu, idque hac de causa. Qui ambitus rei essent, ijs acerbissimas penas statuerunt C. Cornelius Tribunus plebis intenderat, approbante id ipsum populo. Senatus immo<sup>d</sup>ica supplicia denunciando uidebat quidem terrorē hominibus iniici, quod tamen ea extrema essent, neq; accusatores reorum;

C. Cornelius  
Tribunus.  
Modus sup-  
pliciorū se-  
tuendus.

neque qui eos condemnarent, facile reperiri posse. Vbi uero mediocres pene propositi essent, ibi et frequentes accusationes fieri, neque à damnando reo iudices deterri. His causis induci Patres, rogationem eam emendare, de cāque legem Consules ferre iusserunt. Vbi dies comitiorum aduenit, quæ antequām fierent, nulla lex sanciri poterat, cum interim hoc libero tempore qui dignitates ambiebant, multi scinora perpetrassent, et ne à cædibus quidem temperatum esset, decreuerunt, ut contra hos etiam lex promulgaretur, et Consulibus satellitium daretur. Eo commotus Cornelius, sententiam tulit, ne senatoribus licet aut magistratum alicui qui non legitime peteret, confirre, aut ullam alias rem quæ ad populu pertineret, sciscere. ( Id multis antē seculis lege sanctum erat, re ipsa non obseruatum. ) Cum cares tumultum excitaret in gentem, reclamantibus cum alijs Patribus frequentibus, cum Pisonem Consule, eius fūces turba perfregit, et ad ipsum quoque dilaniandum iam ibat, cum ai-

Contentio  
de lege am-  
bitus.

Cornelius plebis conatus cernens, antequām latis suffragijs quicquam statueretur, concionem dimisit. Postea legi adiecit, debere omnino eius legis Patres autores fieri, populumque eorum autoritatem secutum, ratam eam utique habere. Ita et hanc legem Cornelius perficit, et alteram huiusmodi. Praetores solebant iura ea secundum quæ

Pisonis fa-  
scis consta-

Lex de iudi-  
cij pazio-  
nib.

essent iudicaturi, scripta edere. Neque enim praetores id ius, quod ad contractus dirigendos positum erat, obserua bant, neque id unquam fecerant, neque scripto iuri susterant, sed saepe numerò ea uariauerant, crebrōque per gratiam & odium certorum hominum, ueluti fieri assulet, multa gercebantur. Igitur rogationem tulit, ut et statim à principio Praetores predicarent, quo iure essent usuri, et deinde nequaquam ab eo deflecterent. Denique tanta cura tum temporis cauerūt, ne quis largitionibus se corrumpi fineret, ut prater poenas quas eius rei manifes tis infligebant, accusatoribus etiam honores haberent. Et M. quidem Cotta cum Questorem suum P. Oppium, quem donorum acceptorum, & insidiarum suspectum habebat, repudiasset, ipse autem magnam uim pecunie ex Bithynia corrasisset, & C. Carbone accusatus est, isque Carbo, et si prater tribunatum plebis honorem alium nullum gesserat, ob id Consularibus honoribus exornatus est. Atque ipse deinde cum Bithyniam prouinciam obtineret, et quam Cotta moderatiorem se non gereret, ab eius filio uice uersa in iudicium tractus, reusque peractus est. Longè enim proclivius est alios reprehendere, quam siti ipsi moderari; facilimèque fit, ut quarum rerum causa homines poena dignos alios iudicant, has ipsi easdem admittant: ut argumento non sit propter quæ alios accusant, has ipsos odisse. L. autem Lucullus urbana quidem praetura defunctus est: sed cum postea in Sardinia Praetor ut icer forte obtinuisset, detrectauit, negotiumq; auer satus est hac de causa, quod plerique in prouincijs per-  
comis  
 Luculli per am omnia agerent. ipse quidem suam æquitatem sa-  
 zquanimi-  
 tis supérque demonstrauerat. Cum enim Acilius sellam eius, de qua ius dabat, constringi iuberet, quod se prete-  
 reuntem aliquando cernēs non assurrexisset, nihil animo

commotus ille, stans deinde, & propter eū collegae etiam, de iure responderunt. Tulit et Roscius legem, & aliam C. Manilius Tribunus p̄ebis; ille quidem, quod de gradibus equitum in theatris accurate ab alijs separatis lex eius esset, laudatus est: Manilio autem parum absuit quin causa dicenda fuisset. Extrema enim anni die, cum iam uesper appeteret, paratis quibusdam ex libertorum gente, qui inter aliam plebem et ipsi sua suffragia hirrent, eos patronis suis adequauit. Quod ubi mox postridie ijs ipsis Calendis, quibus L. Tullius & Aemilius Lepidus Consulatum inierunt, senatus comperit, legem eius anti quauit; ipse autem territus uehementi plebis indignatione, primum autores huius sue legis Crassum, aliosque quosdam iactauit. Cum autem nemini fidem ficeret, Pompeium etiam nolentem adulatus est, praecepit quod Gabinium apud eum plurimum posse intelligeret. Is ita que Manilius Pompeio bellum contra Tigranem ac Mithridatem, tum Bithyniae & Cilicie administrationem decreuit. Erat tum quoque potentiorum indignatio, disceptatioque cum alijs de causis, tum quod Marcius, & Acilius antequam magistratus sui tempus exiret, eo se abdicare iubebantur. Populus, quamquam paulo ante ablegauerat, qui captum ditionem componerent, propterea quod Lucullus per literas debellatum esse inueniat, tamen adducius praesertim a Cæsare, Mar- coque Cicerone, legem Maniliam confirmauit. Neuter eò quod id optimo publico futurum arbitraretur, aut quod Pompeij gratiam sibi conciliare uellet, populi tunc partes fuit, sed in ea re, quam nihilominus uidebant effectuari, Cæsar simul populum sibi demerendum statuebat, quem longe potentiorcm Patribus conspiciebat: si uulnus ad hoc se parabat, ut aliquando

Lex Roscia;  
de equitum  
sedibus in  
theatro.  
Lex Manilius.  
An. 688.  
V.C.

Cæsar & Ci-  
cero cur le-  
gem Manili-  
am defen-  
derint.

pro se quoque simile decretum fieret. Ad hęc Pompeium ex his quae ei confirebantur ornamenta, et maiori inuidie, expositum, et eò magis molestum populo efficere studebat, ut illius tanto maturius factas cum caperet. Cicero Rem publicam regere affectans tam nobilitati quam plebi ostendebat utrīque parti adiunxit, ei incrementum se additurum. Igitur utrisque se applicabat, modò huius, modò alterius partis res fōuendo, et utriusque fauorem sibi concilians. Eo uero tempore Aedilem se, quām Tribunum plebis fieri malebat, quod optimos iam antē ad honores alios delectos diceret, atque hac de causa turbae accesserat. Etiam post hec, cū Manilio iudicium à Senatu esset intentatum, isque ei moram iniūcere cuperet, Cicero et aliis Senatui repugnauit: et quia tum prætorian, principatusque in iudicijs gerebat, multo labore obtinuit, ut res in sequentem dicim extraheretur, quusatus in extremo iam anni r̄sse. Interim plebe Manilius casum indignè firente, in concessionem Cicero progressus, coactus, ut putatur à Tribunis, Senatum uerbis perstrinxit, Manilioq; se patrocinaturum promisit. Cū alijs ob id op̄ probrijs impeditus est, tum transfuga quoque audijt: quo sedicio eo- nūnus autem iudicium rei fieret, coortus constim tumul runi, qui legibus ambi tus impedijt. P. Paetus, et Cornelius Sylla, magni illius ius interro- Sylla fratri filius, Coss. designati, largitionis erat coniugati penas dederant. Hi L. Cottæ, ac Lucio Torquato, à quibus accusati erant, uite periculum per insidias creabat: idque hoc magis, quod hi in suum locum essent elati. Ad id facinus accinxerant se et alij quidam, et Cn. etiam Piso, Laciūsq; Catilina, homo audacissimus, iratus ob repulsam, quam in petitione Consulatus passus erat. Frustrati tamen sunt incepto, quod et maturius palam facta erant insidie, et à Senatu Cotte Torquatōque additum præsidium, idque contra

contra insidiatores fore edictum erat, nisi quis Tribunus plebis intercessisset. Postquam nihil de fructu Pisonem Piso. remittere senatus uidit, ueritus ne tumultum concitaret, eum sub titulo imperij in Hispaniam ablegauit, atque is ibi ob iniuriam quandam ab incolis trucidatus periret. Pompeius autem primum se ad naualem in Cretam et aduersus Metellum expeditionem parabat: ubi que acta essent, accepit, a grise eam rem ferre simulauit, quemadmodum et ante fecerat, et de aduersariis questus est,

Pompeius ad bellum Mithridaticum proficisci tur.

qui cum subinde negotijs obtruderent, sperantes fore ut aliquando ijs succumberet: ipse uero gratissimam eam rem habuit, neque ulla deinceps Cretae, uel aliorum maritumorum negotiorum, si qua restabant nondum confecta, ratione habita, in barbarico bello adornando erat. interea ad tentandum Mithridatis animum, Matrophanem, qui cum eo de amicitia incunda communicaret, misit. Mithridates Pompeium parui ad modum eo tempore pendebat, quod recens uita defuncto Arsace Parthorum rege, cuius se successorem Phraaten familiaritate sisbi deuinclitum sperabat. Quem ubi Pompeij amicitia eiusdem rei ergo preoccupatum, eiusdemque impulsu Armeniam Tigrani subditam inuidere percepit, animo collapsus legatos exemplò ad Pompeium misit, qui de conditionibus pacis agerent. Pompeius, ut arma deponeret, perfugásque redderet, iubebat: Mithridati non integrum erat, consilium capere. Nam ubi id primum in exercitu eius auditum, transfuge, quorum magnus erat numerus, ne tradarentur ueriti, atque barbari, ne destituti auxilio horum bellare cogerentur, tumultuabantur: iniecissentque ipsi penè regi manus, qui eos a grise admodum inhibuit, non pacis petende causa à se missos esse legatos pretendens, sed ut Romanorum apparatum

d 5


Luculli cū specularentur. Pompeius ubi bellum gerendum esse co-  
 Pompeio congressus, gnouit, inter alia quæ ad id moliendum parabat, Valeria  
 & iurgium. nas etiam legiones sibi adsciuit. Cum iam in Galatiam  
 uenisset, L. ei Lucullus obuiam factus est, debellatum om-  
 nino esse affirmans, neque expeditione quicquam opus  
 esse militari, hac eadem de causa etiam uiros à Sena-  
 tu ad res componendas ablegatos, iam adesse: Pom-  
 peio cum, ut retrocederet, non persuaderet, ad eum  
 criminandum se conuertit, inter alia probra hominem  
 multarum subinde rerum agendarum, bellique ex im-  
 perij cupidum nominans. Pompeium parum ea moue-  
 runt. itaque proposito edicto, ne quis in posterum Lu-  
 cullo obtemperaret, magna celeritate Mithridatem  
 petiit, ut quam primum cum eo congregaretur. Mi-  
 thridates aliquandiu subterfugiebat, quod copijs es-  
 set minoribus instructus, uastabatque obuiam quamque  
 regionem: hostemque hinc inde circunducere, ex com-  
 meatum inopia affligere studebat. Vbi uero Pompeius  
 Armeniam ingressus est, partim hac ipsa de causa,  
 partim ut eam desertam occuparet, ibi demum ueritus  
 Mithridates, ne ea regio se absente in potestatem ho-  
 stium ueniret, eodem perrexit. Tumulum ex aduerso  
 hostium tutum insedit, ipse cum toto exercitu quietem  
 egit, penuria rerum necessiarum Romanum se con-  
 fecturum sperans, qui sibi in sua ditione commoranti  
 undique affatim aduocabantur. Erat sub eo tu-  
 mulo planicies nuda posita: in eam subinde nonnullos  
 equitum demittebat, qui obuios quoque ledherent. quo  
 effectum est, ut crebri ab hoste ad ipsum transfuge-  
 rent. Pompeius cum eo in loco hostem aggredi non  
 auderet, alium castris locum obtinuit, circa quem om-  
 nia sylvis erant obsita, ut minus iam hostium equitas  
 tussa

tus sagittariique nocere possent. Ibi insidijs commodo loco positis, ipse cum paucis ad castra hostium palam accessit: tumultuque excitato ad locum quem destinaverat, ē castris eos pertraxit: ita magnam hostium cædem fecit. Addidit eares animum, ideoque alios ad alias regionis partes emisit, qui commeatus explicarent. Mithridates ubi hostem tutò rerum necessiarum commeatu auctum, Manaiten regionem Armenie, Deo eiusdem nonunis consecratam per aliquos cepisse, frequens tēisque alios ei se adiungere, Marcij quoque exercitum ei accessisse percepit, territus regionem hanc sibi relinquentā statuit. Igitur noctu castra mouit, et nocturnis deinceps itineribus Armeniam Tigrani subditam petiit. Cedentem Pompeius irsecutus est, pugnæ conserenda cupidus: neque tamen id prius uel interdiu (tum enim hostes castris se continebant) uel nocturno tēpore ausus est, quod ignorantiā locorum suspectam haberet, antequā in ipsos limites aduenerunt, ibi demum cum hostem effusgiturum intelligeret, coactus est pugnam nocturnam tentare. Eo statuto, prior castra moxit, se felliūque barbaros meridie conquiescentes. Qua ituri erant hostes, ibi locum inter tumulos aptè positum occupauit, in sublimi me mulites eduxit, expectauitque hostium aduentum. Barbari quibus nihil dū aduersi euenerat, et iam in loca tuti se accedere credebant, securè neq; custodie etiā causa quoquam præmisso ibant, sperantes ab i sequendo iam Romanos destitisse. Cum prediclam loci cavitatem attigissent, in tenebris eos Pompeius adortus est, quod et aliud lumen nullum haberent, nec sidus ullum fulgebat. Porrò id prælium sic commissum est. Primo omnium ex composito omnes tibicines simul clasicum cecinere, post et milites et cetera turba clamorem bellum sustulerunt,

Manaiten  
regio.

Fuga Mi-  
thridatis.

Pugna so-  
lurna qua  
Mithridatis

deuicit p<sup>o</sup>-  
peius. rūt, tam alij hastis scuti, alijs saxis ærea uasa percusserunt:  
  
 Montes circumcaui acceptum sonitum quam maxime ter-  
 ribilem reddiderunt: quem ut repente barbari nocturnū  
 in desertis locis accepere, uchementer animo deiecli sunt,  
 se diuinitus, immussum in malum incidiisse rati. Interim  
 Romani undique de sublimi lapidibus, telisque iaculari,  
 & ob tantam multitudinem nullum sine uulnere telum  
 cadere, barbari in summum discrimen adduci. (Non enim  
 ad prælium, sed ad iter se composuerant, obseruaban-  
 turque eodem in loco equi, camelique multiplices, tum  
 uiri mulieresque partim equis, partim curru, couinis, car-  
 risque promiscue uectati.) Alios accepta vulnera, alios  
 expectata terrere: igitur tanto facilius ipsi se in concur-  
 su prementes, perire. Hæc eminus isti mala tolerabant.  
 Romani, cum iacula omnia consumpsissent, in barbaros  
 decurrerunt, ibi extremorum cædes facta (& erant ple-  
 rique inermes, ita ut ad mortem unus ictus sufficeret)  
 qui in medio erant undique ob præsens periculum se ex-  
 terioribus recipientibus, premebantur, mutuoque se se  
 trudentes conculcantesque peribant, cum neque se ipso  
 tutari, neque hostem aggredi possent, quod maior pars  
 equites ac sagittarij erant, quibus neque in tenebris pro-  
 spectus, neque in tantis angustijs conatus ullus procede-  
 bat. Vbi Luna effulgit, barbari utiq; se in luce hostem de-  
 pellere posse putantes gaudebant: poteratque ipsis com-  
 modo esse, nisi eam à tergo Romani habuissent: & modò  
 hac, modò illac incidentes, uisum constansque eorum ma-  
 gnopere decepissent. Nam quia admodum frequentes e-  
 rant, simul omnes umbram perquam densam edebant,  
 quæ barbaros cum inuaderentur decipiebat. Trustrà e-  
 nim inanem umbram, ac si iam communus starent, impete-  
 bant: cùmque in umbra manus uellet conserere, nihil ue-  
 ritati

riti ulnerabantur. Eo modo & plurimi sunt interempti,  
& haud pauciores uiui in potestatem hostium uenerunt.

Cum multis alijs Mithridates ipse effugit : & ad Tigra= Fuga Mithridat<sup>e</sup>  
nem contendens, cum ab eo per legatos compellato nul-<sup>datis in Bo-</sup>  
lum amicum responsum tulisset, quod is Mithridatem Ti-<sup>sporum.</sup>

grani filio suo (erat is nepos Mithridatis) contra se sedi-  
tionis causam fuisse pretenderet, ac ob id præterquam quod  
Mithridatem non suscipiebat, legatos etiam compræhen-  
sos in vincula conieciisset: ita spe sua frustratus, in Colchi-  
dem uersus est. atque inde terrestri itinere partim conci-  
liatis hominibus, partim uiadactis, ad Maeotin & Bospo-  
rum peruenit, regionemque suam fecit. Erat tum dominus

corum locorum Machares Mithridatis huius filius, Ro-  
manorum rebus studens: eum ita territum, ut ne sub aspe-  
ctum quidem patris uenire auderet, per eius familiares se iuberet.

curitate & pecunijs missis ad facinus impulsos, interfe-  
cit. Quo tempore hec aguntur, Pompeius qui Mithrida-  
tem insequerentur emittit. is uero Phasin flumen trans-  
gressus effugerat. itaque urbem eo loco quo uicerat, Pom-  
peius condidit, quam uulnerati, aut etate confecti malites  
sui haberent, accesserunt his multi uicinorum, hodieque  
etiam extant Nicopolis nomine. uiuunt autem moribus  
Cappadocum. Hac Pompeius tum gerebat. Tigranes iu-  
nior interim primoribus sibi adiunctis senioris Tigranis  
imperio offensis, ad Phraatem configuerat: eumque cir-  
cunspicuum pro ratione initi cum Pompeio foederis,  
quid sibi agendum foret, ut in Armeniam iret, permoue-  
rat. Peruenerunt igitur usque ad urbem Artaxata: eam  
iam obuijs omnibus subactis aggrediebantur: (nam co-  
rura metu Tigranes senex in montes concesserat) Phraa-  
tes cum obsidionem diuturnam fore censeret, filio Tigran-  
nis partem copiarum reliquit, ipse domum se recepit. Ti-  
granes

Machare R.  
lium Mithridat<sup>e</sup>  
dates necari  
iuberet.

Nicopolis  
in Armenia  
minoris.  
Cum Tiga-  
ne filio &  
patre gesta  
a Pompeio.

granes pater in filium solum relictum profectus, prelio cum uicit, atque is in fuga primum ad Mithridatem auū se contulit. Eum autem uictum esse cum intelligeret, atq; ipsum auxilio aliorum magis indigere, quām alijs posse opitulari, ad Romanos se adiunxit: cōque duce usus Pompeius, in Armeniam, atque aduersum patrem eius exercitū duxit. Tigranes pater re cognita territus, statim praeconem ad Pompeium misit, traditis etiam Mithridatis legatis. Cum filius impedimento esset, ne quicquam tolerabile posset impetrare, nihilōque minus Pompeius transmisso Araxe fluo Artaxatis appropinquaret, ibi demū Tigranes urbem ei dedidit, ipseque sua sponte in castra Pompeij aduenit. Ita sc̄, quo et reverentia Pompeio, et misericordia dignus uideretur, comparauerat, ut quantum eius fieri poterat maxime inter pristinam dignitatem, ac presentem humilitatem medium seruaret statum. Togam nanque, quam dimidia sui parte albam gerere solebat, et candyn (vestimenti hoc ipsis genus est) purpureū exuerat, tiaram autem cum fascia gerebat. Et Pompeius quidem missō lictore iuss erat ei, ut equo descendere, quo uelut patro more ipsum etiā nullū intraturus fuerat. Pedibus ingressum, projectoque diademate in terram prolapsum, adorantēq; se intuitus Pompeius, misericordia commotus exiluit, subleuauitq;, et diademate uelatu, in proximo subsellio collocauit, consolatusque est, cūm alijs uerbis, tum nō cum Armenie regno excidisse, sed insuper Romanorum amicitia auctum esse dicens. His dictis restituti, ad cœnam invitauit. Filius Tigranis, qui ab altera parte Pompeij consederat, neque assurrexit patri: neq; alia ulla comitate erga eū usus est, quin et ad cœnam uocatus nō edfuit, quare in primis sibi Pompeiu m instrum reddidit. Postridie eorū controversiis auditis

Filiij in pa-  
rem impie-  
tas.

Tigranes  
pater se lō-  
peio de-  
dit.

K. a. a.  
f. v. -

auditis, Pompeius omne auitum regnum patri restituit. Nam que preterea sua fecerat, haud illa exigua, (erant enim præter cetera partes quædā Cappadocie, Syrie q; itē Phœnicio, Sophenēq; regio Armenie finitima) ei ademit, atq; insuper pecuniam imperauit. Filios solam Sopbenem attribuit, in qua thesauri repositi erant, de quibus controuersia iuueni erat: et cum frustratus esset (neque enim Pompeius alia ratione pactam sibi pecuniam habere poterat) indignatus, fugam cogitauit. Sensit id masturè Pompeius: igitur cum in liberam custodiam dedit, ad gazæ scruatores missis, qui eam omnem Tigrani patri dari iuberent. Cum id recusarent, dicerentque non ab alio quam à Tigrane iuene, cuius iam tum ea regio esse iudicabatur, debere imperari, is circum castella missus est: quæ cum occlusa inueniret, proximè accepit: et quæ tumlibet inuitus, tamen ut reserarentur imperauit. Nibilo plus custodes obtemperabant, obtendentes haud sua uoluntate, sed coactum Tigranem hoc iubere. id uero grauiter ferens Pompeius in vincula Tigranem cōiccit, atque sic demum senex thesaurum accepit. Pompeius diuisis in tres partes copijs, in Tanaitica regione, et ad flumini Cyrrnū hyberna habuit. A Tigrane et alia plura accepit, et uim pecunie longè maiore quam de qua conuentu erat: eam præsertim ob rē et hunc inter suos amicos, belliq; socios multò pōst tempore retulit, et filiū eius Romā in custodia perduxit. Non tamen hyberna ei quieta fuerūt. Albanorum, qui supra Cyrrnum fluunt incolunt, regnū Oræses obtinebat: is non nihil etiam ut Tigrani iuniori, amico suo, gratificaretur, sed præcipue quod uerebatur ne Albaniam quoq; Romani inuaderent, sperans si per hyemē improvidos, et non uno in loco castrametatos adoriretur, haud dubiè se opereas precium

Oræses Al-  
banicū rex  
Pompeium  
Inuadit, ac  
vincitur.

precium facturum, sub ipsa Saturnalia exercitum aduersus Romanos duxit, ita quidem, ut ipse Metellum Celerē, qui Tigranem secum habebat, aggredetur: alijs autem contra Pompeium, alijs contra tertię partis præfectum L. Flaccum irent, ut cum singulis eodem temporis momento negocium faceretur, mutuò sibi subuenire non possent. Nihil omnino ulla in parte succedit. Nam Oræsem quidem Metellus ui profligauit: Flaccus cum fossæ suorum castrorum ambitus tantus esset, ut defendi nequaquam posset, aliam interius egit, credentesque id pauoris causa factum, hostes intra fossam exteriorem pertraxit: tum in nihil talè expectantes impetu factio, multos in ipso conflitu, multos in fuga peremuit. Pompeius interea mature de barbarorum contra suos conatu resciuerat: itaque his qui contra ipsum ibant, inopinatò occurrit: uictisque ijs rectā aduersum Oræsem ipsum contendit, neque tamen asscutus est. Is enim a Celere depulsus, auditis ex reliquo rū cladibus, fuga se eripuit. Pompeius cum multos Albani rum in transitu Cyrni comprehensos peremisset, eorum deinde precibus concepsit, pacemque dedit. Habebat quidem in animo in eorum intrare fines, ut maleficium reponeret: sed propter hyemem tum haud grauatim bellum prolatavit.

Hæc eo tempore à Pompeio gesta.

DIO



# DIONIS ROMANAЕ HISTORIAE LIBER TRICE- simus septimus, Guilielmo Xyandro Augustano interprete.

## I N D E X E O R V M , Q V A E Hoc libro continentur.

Vt Pompeius aduersum Iberos in Asia bellum gesserit.  
Vt pontum Bithyniæ adiecerit.  
Vt Syriam & Phoenicem subiugauerit.  
De morte Mithridatis.  
De Iudeis.  
Quomodo Pompeius rebus in Asia constituis, Româ sedierit.  
De Cicerone ac Catilina, & eorum actis.  
De Cæsare, Pompicio, & Crasso, coniurationeque eorum.

## A N N I , Q V I B V S H A E C gesta, sunt sex, in quibus hi magi- stratus recensentur.

- |   |            |
|---|------------|
| 689. L. Aurelius M. F. Cotta, & L. Manlius L. F. Coss.              | Anno v. C. |
| 690. L. Cæsar, & C. Marcius C. F. Figulus Coss.                     |            |
| 691. M. Tullius M. F. Cicero, & C. Antonius M. F. Coss.             |            |
| 691. Decimus Junius M. F. Silanus, L. Licinius L. F. Murena Coss.   |            |
| 691. M. Pupius M. F. Piso, & M. Valerius M. F. Messala Niprus Coss. |            |
| 694. L. Afranius L. F. & Q. Cecilius Q. F. Metellus Celer Coss.     |            |



B. Q. V E N T I anno, L. Cotta, L. Torquato Consulibus, contra Alba-  
nos, Iberosq; bellū Pompeius gessit.  
Iberi ex utraq; Cyrni parte habitat,  
una parte Albanis, alia Armenijs co-  
termini: cū ijs prius, et si secus statue-  
rat, coactus est congregari. Rex enim eorū Artoces, ueritus  
ne aduersum se iretur, ad Pompeiū legatos tanquam pa-

Anno V. C.  
689.

Pompeii con-  
tra Iberos  
bellum.  
Artoces.

grande amicitiae causa miserat, interim quomodo ea re fre-  
 tu inopinatò adoriretur, parabat. Hoc præsentis Pompeius, antequā is ad eam rē se satis instruxisset, aditumq;  
 regionis superatu difficultimum occupasset, regionem eius  
*Acropolis* intravit: priusque ad urbem Acropolim peruenit, quām  
 de eius præsentia Artoces cognosceret. Situs erat ad ipsas  
 angustias, quā Caucasus procurrerit, adque aditum cu-  
 stodiendum communita fuerat. Artoces territus, occasio-  
 ne se instruendi præcepta, fluum transgressus, pontem  
 combusit. Pompeius autem præsidio urbis uicto depul-  
 sique, trāsitu potitus, fauces eas custodia muniuit: inde  
 progressus ipse omnem regionem intra fluum positam  
 subegit. Transituro iam Cyrnum Pompeio, Artoces per  
 internuncios & pacem ab eo petit, & pontē, omniāque  
 necessaria se præbiturum pollicetur, & utrūque obtinen-  
 de pacis causa præsttit. ubi Pompeius Cyrnum traiecit,  
 rex ad Pelorū (is quoque fluum Artocis regionem per-  
 labitur) fugi sc̄ proripult, aufugitque ab eo: quem cum  
 transitu posset prohibere, ad se attraxerat. Pompeius re-  
 animaduersa, fugienti instat: cursuque asecutus hostem,  
 congressusque prius quām sagittarij arte sua uti possent,  
 haud multo labore fundit. His astis, Artoces traecto Pe-  
 lori, atque huius etiam fluminis ponte cremato aufugit:  
 reliqui partim in conflictu, partim pedibus per flumen  
 tentato transitu perierunt. Multi per sylvas dispersi, ab  
 arboribus præcelsis iaculando dies aliquot traxerunt;  
 sed & hi postmodò arboribus succisis periēre. Tum de-  
 dum Artoces ad Pompeium de pace impetranda inter-  
 nuncios cum donis misit. Pōpeius donis acceptis ut à trans-  
 actione non abhorreceret (nolebat enim rem diu-  
 tis extrahi) tamen pacem se daturum negabat, nisi filios  
 prius Artocis obsides accepisset. Artoces aliquandiu rem  
 suspensam

suspensam tenuit. tandem cum Romani uado fluminis per astatem reperto, nullo quidem repugnante, agre tamen transiissent, ibi tum & filios obsides misit Artoces, & cum Pompeio pacem firmauit. Post hæc Pompeius, eam Phasis haud procul abesse didicisset, statuisseque præter eum in Colchidem profici sci, atque inde in Bosphorum aduersum Mithridatem ire, ita uti decreuerat iter ingressus, Colchos, conterminosque ijs populos, partim eorum uerbis, partim terrendo sibi conciliatis, peragrat. Ibi comperto, iter terrestre per multis ignotis bellicosisque gentes difficile, maritimum adhuc incommodius propter importuosam regionem, incolasque eius futurum: nauales copias in stationibus Mithridatem ne qua enauigare, neve ad eum commeatus peruechi posset, obseruare iussit. Ipse in Albanos profictionem conuertit, non directo itinere, sed ut eos propter pactum securos inopinato aduentu obrueret, in Armeniam regres sus, Cyrrnum pedestri itinere, quo loco cum uadosum estas peditio.

Pompeij in  
Albanos ex reddiderat, traiecit. Primo equites in flumen demisit, deinde iumenta, possemo pedites, ut & uim aquæ exciperent, infringentesque corporibus suis equites: & si quod tamen iumentum uia aquæ impelleretur, in eos qui altera ex parte comitabantur, incideret, neque ulterius defirretur. Hinc ad Cambysen flumini perrexit, nihil ab hostibus passus, astu autem, sitique toto exercitu ucheinster affilio, quamvis nocturnis plurimum itineribus uterentur. Duxit itinerum ex captiuis accepserant; à quibus non id iter quod commodissimum erat, deindonstrabatur: ipse etiam flumini parum utilitatis afferebat, cuius aqua frigidissima affatim pota multi admodum ledebantur. Cum ne hic quidem quisquam resisteret, ad Abanam (flumini id nomen est) accesserunt, præter aquam

nihil secum portantes, reliqua omnia benignè ab incolis suppeditabatur; itaque & ab omni maleficio in eos temperatum est. Transgressis fluuium, aduentare Oræsen affertur. Eum ut Pompeius priusquam multitudinem tantam Romanorum adesse sentiret, retróque cederet, ad pugnam eliceret, equites primo loco constituit, mandatis prius quæ agenda essent: post illos reliquam multitudinem in genua subsidentem, scutisque opertam collocat: his uti quiescant imperat: ita eorum presentiam non ante animaduertit Oræses, quād ad manus uentum est. Igitur equites, quos solos esse putabant, contemnit, inuiditque, & leui momento in fugam quam data opera faciebant, ueritatem acriterque cedentibus in stat. Tum repente pedites se erigentes, fatio inter se spacio, ut securus suis per medios esset receptus, temere insequentes hostes excepere, magnimque eorum multitudinem circundederunt, in medióque deprehensos conciderunt. Qui circundati non erant, in eos eques partim ad dextram, partim ad lauum à tergo circunuectus, impetum fecit, ita utrobiique magna hostium cædes facta esset: qui ab utraque clade insylas fuga se proripuerunt, his accensis periere subinde acclamante Romano: Hem Saturnalia, hem Saturnalia. sub id enim tempus antè Albani eos per insidias fuerant adorti. His gestis Pompeius, depopulataque regione, Albanis pacem dedit, reliquisque item aliquot Causum montem usque ad mare Caspium ( nam eousque is mons à Ponto facto initio pertinet ) accolentibus populis, per legatos eam potentibus. Phraates cum tanto impetu Pompeium ferri uidet, Armeniamque & Ponti partes eò loci pertingentes ab eius legatis captas esse, Gabiniū quoque iam ultra Euphratē ad Tigrin usque processisse, eorum terrore percussus, ut fœdus initum cum RO

cum Romano firmaret, in animum induxit, de que pa-  
 etis renouandis ad Pompeium legatos misit: nihil tamen  
 ea legatione assecutus est. Pompeius enim rerum succes-  
 su, sp̄eque pr̄sentium rerum fretus, cum parui pende-  
 bat: & inter alia responsa, quae superba legatis dabat,  
 Corduenem quoque regionem, de qua Phraati erat cum  
 Tigrane controvērsia, poscebat. Cum legati de hac re  
 (neque enim quicquam habebant in mandatis) nihil  
 responderent, non nihil ad Phraaten scripsit: sed non ex-  
 pectato responso, confitim Afranum in eam regionem  
 alegauit, eamque nullo labore occupatam Tigrani de-  
 dit. Afranius per Mesopotamiam in Syriam, pr̄ter pa-  
 clum cum Phraate initum, proficiscens, in itinere aber-  
 rauit, multumque ob hyacinem & penuriam uictus in-  
 commodi passus est: periissetque cum suis, nisi eos Cara Carræ.  
 renses, qui Macedoniae coloni esse fruntur, & circum  
 ea loca incolunt, exceperissent, deduxissentque. Hæc Pom-  
 peius sua confisus potentia, tum cum Phraate egit, in-  
 iuriam molientibus evidenti admodum exhibito docu-  
 mento, quod ab armis omnia pendeant: quibus qui præ-  
 ualet, eius legibus omnes necessario obtemperent. Phraa-  
 etis quoque titulos, quibus ille apud alias onines, ipsose  
 que etiam Romanos gaudebat, quibusque eum illi semper  
 compellabant, ludibrio habuit. Rex enim regum  
 Phraates audiebat. At Pompeius Regum uocabulo am-  
 putato, per literas ipsum Regem simpliciter appella-  
 uit: quod nominis Tigrani etiam pr̄ter morem Romani  
 num tribuit, cumeum in triumpho duceret. Phraates,  
 quamuis Pompeium & timeret, & demereri studeret,  
 tamen indignè id tulit, ut qui regno etiam suo spoliare-  
 tur: itaque per legatos de acceptis iniurijs questus est,  
 Interdixitque, ne Euphratem transiret. Vbi nihil mo-

Anno V.C.  
490.

derati recessum est, uerno tempore (Consules tum Romæ erant L. Cæsar, & C. Figulus) contra Tigranem, adhibito filio eius, suo genero, expeditionem fecit: ibi prælio uictus, postea hosti præualuit. Cumque Tigranes

Phraates Ti- Pompeium in Syria agentem accerferet, denuò ad eum granè uincit, ad Pom legatos Phraates misit, multa & Pompeium incusans, pecum lega & Romanos insimulans, adeò ut & pudorem & ter- tos mittit.

Pompeium in Syria agentem accerferet, denuò ad eum legatos Phraates misit, multa & Pompeium incusans, & Romanos insimulans, adeò ut & pudorem & terrorem Pompeio iniiceret. Igitur neque Tigrani auxiliu- lium tulit, & nihil deinceps hostile aduersus Phraatem exercuit. causas has edens, sibi neque hanc expeditionem à populo Romano esse demandatam, & Mithridatem in armis adhuc esse: ad hec se rebus conjectis contentū esse, neque ueile alia aggredi, ne dum plura appeteret, in his aduersam fortunam, ueluti Lucullus, experiatur. Hec enim tunc philosophica adducebat, auaritiāmque rem esse perniciosa, iniusteque res alienas appetitum de- num dicebat, cum pro se haud quicquam ea facerent. Po- tentiam enim Parthi metuebat, inconstantiāmque rerum pertinacens: bellum illud, ctsi multi ad id incitarent, non suscepit: barbari autem accusationes dictis eleua- bat, non quidem refutans, uerū ei litem cum Tigrane de limitibus quibusdam intercedere forebat, se missurum tres viros, qui eam dijudicarent. Atque eos quidem mi- sit: hisque Reges tanquā re uera arbitris acceptis, omnem ipsi inter se contiouersiam composuerunt. Tigranem ira stimulabat, quōd suspectias non impetrasset. At Phraates

Tigranes & Phraates in gratiam re- Tigranem quoque saluum esse uolebat, cuius olim, si res ita ferret, auxilio contra Romanos uti posset. Vtri- deuunt. que satis constabat, uter ipsorum alterum superasset, quōd is & Romanam rem sit-i infensam redditurus, & ad resistendum imbecillior esset futurus. His itaque causis moti, in gratiam redierunt. Pompeius eo tempore Afridi erat

erat in hybernis, aduersantisque sibi etiamnum regio-  
nis partes recipiebat: inter alia castellum Symphorium,  
tradente Stratonica, accepit. Erat hæc Stratonica Mi-  
thridatis uxor; desertumque se succens, emisso ad com-  
meatum parandum præsidio, Romanos acceperat, et si fi-  
lio eius.

Ob hoc solum cum adilis esset, laudatus est: sed et  
quod ludos Romanos, Megalensesque sumptuosissimos  
fecerat, defunctoque patrigladiatorum nūnus magni-  
ficentissimè ediderat. Sumptus ad casus partim ipse et  
collega eius M. Bibulus in commune contulerant, partim  
ipse priuatum: uerùm tantum ipse in his rebus eminuit,  
ut et alterius gloriā sibi propriam reddiderit, credi-  
tusque sit solus omnes impensas sustinuisse. Igitur Bibu-  
lus ipse per iocum dixit, idem sibi quod Polluci accidis-  
se, cui cum templum cum fratre suo Castore commune  
esset, solius tamen Castoris dici consueuit. Atque hæc  
quidem Romanis leticiam afferebant: prodigijs uero  
uehemeter terrebantur. In Capitolio enim multe statuae  
de celo factæ, liquefactæque; fluxerant, deicteque erant  
cum alia simulacra, tum Iouis, columnæ insistens: pra-  
terea imago luce cum Remo ac Romulo consecrata ce-  
cidet. literæ etiā in columnis, quibus leges inscribeban-  
tur, confusa atque obliterate erant. Reliqua prodigia  
secundum præcepta aruspicum procurata sunt. Ioui autem  
statua maior ad orientem Solis, forumque respiciens po-  
ni iussa est: ut coniurationes, quæ Rem pub. perturbabat,  
detegerentur. Hæc eo anno gesta. Censores quoque in-  
ter se de his qui trans Padum incolunt, disidentes, cum  
alter eiis Rem publicam communicandam statueret, alter  
negaret, ne in alijs quidē rebus quicquam essecerunt, sed  
magistratu se abdicauerunt. Ob eam causam successores

prodigia

Censores dis-  
sidentes so-  
magistratu  
addicant.

quoque corum sequenti anno nihil egerunt, impedientibus eos in legendo Senatu Tribunis plebis, timentibus ne Senatu ipsi ejacerentur. Interim omnes qui Romae commorabantur peregrini, exceptis his qui eam quae nunc vocatur Italia, incolunt, ciuitate pulsis sunt,

C.Papij Tr. lex.

Vices rerū.

v.C.691.

Mithridatis consilia, ut que à Pharnace filio suo ad mortem sic compulsa.

qui eos per urbem vagari cernens, non idoneos esse iudicabat, qui cum Romanis habitarent. Proximo anno Rigulo & L.Cæsare Consulibus, res non ex quidem magna euenerunt, tamen ad incerta rerum humanarum commemoratu non indignæ. Nam et is qui ex mandato Sylle Lucretium occiderat, & aliis quidam multorum à Sylla proscriptorum percussor, homicidiorum causa in ius vocati, supplicioque affecti sunt, præsertim id Iulio Cæsare agente. Ita nimis mutationes rerum eos, qui aliquando plurimum potuerunt, omni potentia exuunt.

" Non ea res tantum præter opinionem uulgò cecidit, sed et quod Catilina eadem de causa accusatus (nam et is proscriptorum multos interemerat) in iudicio absolutus est; isque ab eo longè deterior effectus, tandem hac ipsa de causa periret. Nam M.Cicerone, C.Antonio Consulibus, quo tempore à Mithridate nullum amplius Romanis periculum erat, sed is sibi ipsi mortem consuerat, is quem dixi Catilina, immutandum Reipub. statum sibi sumpfit: adscitisque ad hocceptum socijs, terrorem haud mediocris belli Romanis attulit. Vtraque res eō modo gesta est. Mithridates acceptis cladibus nihil dum animo fractus, uerum plus in consilio quam viribus praesidijs ponens, præsertim Pompeio in Syria commotante, ad Istrum per Scythas profici sci decreuerat atque hinc in Italiam irrumperet. Erat is uir magnis agentibus rebus natus, qui que et aduersam se penumero et secundam

et secundam fortunam expertus, nihil non audendum, sperandumque putabat: tum si successus non respondisset coeptis, potius sibi cum regno, integro adhuc animo per eundum, quam si regno excidisset, in abiectione statu per ignominiam uiuendum sibi ducebat. Adhac igitur animum obfirmabat, cui tantum virium creuerat, quantum roboris corpori decesserat, ut iam huius quoque infirmitatem animi consilijs fouveret. Quos autem secum habebat, iij cum res Romana subinde ualidior, Mithridatis debilior fieret, cui preter ceteras calamitates, terramoto etiam post hominum memoriam maximo multæ urbes deiecit et erant, animos à rege auerterunt, tumultuatum que est inter milites, quidamque liberis aliquot regijs correptis, eos ad Pompeium adduxerunt. De horum facinorum autoribus nonnullis deprehensis supplicium Mithridates sumpsit, nonnullos quoque ob suspicionem iratus abripuit, neque iam ulli quicquam fidebat, adeò ut aliquot ex suis etiam liberis ob simultatem trucidaret. Quibus perspectis Pharnaces, Mithridatis et ipse filius, partim sibi à patre timens, partim à Romanis regnum se accepturum (erat enim iam etate virili) parenti insidiatus est. Verum quid multi et palam et furtim omnia que ab eo agerentur, curiose inquirerent, non secesserunt, deditaque statim poenas si uel minima benevolentiae pars satellitibus erga senem fuisset: nunc Mithridates, quamuis in omnibus regijs rebus sapientissimus, hoc tamen non animaduertit, nihil neque arma, neque multititudinem subditorum sine corundem benevolentia, conducere, quinimo hec ipsa, si fides absit, tanto minus tua esse, quanto sunt plura. Pharnaces facilime sibi consiliatis, quos ad eum comprehendendum pater miserat cù his, iisque quos iam ante parauerat, recte ad ipsum patrem

Pharnaces  
contra pa-  
trem ait.

contendit. Is tum Panticapæ degebat, auditaque re, milites nonnullos aduersus filium emisit, ipse statim subsecuturus: sed hos quoque, quippe qui Mithridatem ipsi etiam non amabant, Pharnaces leui momento convertit, urbique haud inuita occupata, patrem qui in regiam configerat, interemuit. Conatus erat Mithridates scipsum uita exuere, ac uxoribus, reliquisque liberis ante se ueneno necatis, reliquum ipse exhaustus: sed neque ei ad mortem uenenum, neque mucro quo scipsum uulnerarat, satis fuerunt. Nam ne uenenum quantumuis id mortifrum, sibi letale esse posset, ipse quotidiano amuletorum usu, quibus sibi cauebat, effecerat. Ictus autem gladij, quem sua sibi manu intulerat, cum propter etatem imbecillior, praesentesque que circumstabant calamitates, fuit tum ueneni sumptione cuiuscunque tandem debilitatus. Igitur cum neque scipsum confecisset, et diutius tempus trahere uidetur, hi quos in filium emiserauit, irruentes gladijs ac lanceis mortem ei accelerarunt. Ita Mithridates quam maxime uaria per uitam fortuna, summisque eius uiciisitudinibus usus, ne morte quidem simplici absemptus est. Nam et inuitus mortem appetiit, cumque sibi ipsi mortem conciscere cuperet, idque et ferro, et ueneno tentaret, haud ualuit. Itaque et à scipso, et ab hostibus cæsus oppetiit. Pharnaces conditum muria corpus Mithridatis ad Pompeium misit, rei gestæ argumentum, simul et se et regnum ei dedens. Pompeius cum uita Mithridatis etiam nomē hostile extincū existimans, nullas in defunctionem frustram iras exercendas putauit: itaq; nihil eius cadaveri insultans, in patrio id se pulcro condi iussit: Pharnaci in mercudem parricidiij Bospori regnum donauit, cimq; amicis sociisque suis adscripsit.

Mithridatis  
mors.

psit. Ita Mithridate de medio sublato, regnum quo<sup>m</sup>  
que eius, paucis locis demptis, captum est: nam etiam  
num quidam in presidio castellarū aliquot extra Bospo-  
rum positi, non statim se dediderunt, haud resistendi qui-  
dem animo, sed ueriti ne cuius pecunia sibi tuende cu-  
stodia esset data, eam alij diripientes, sibi culpam im-  
ponerent. quibus causis moti, expectandum Pompeium,  
eique omnia tradenda duxerunt. Pompeius consecutis  
earum regionum negotijs, Phraate quietem agente, con-  
stituta Syria atque Phœnicio, aduersus Aretam se con-  
uertit. Obtimebat is regnum Arabie eius que nunc Ro-  
manis seruit, usque ad rubrum mare. cūque priori-  
bus temporibus Syriam frequenter uexasset, esseque  
ob id à Romanis, qui ad Syrie defendendas iniurias  
uenerant, prælio uiclus, tamen adhuc bellum gerebat.  
Aduersus eum, uicinōsque facta Pompeius expeditio-  
ne, ipsum sine labore cepit, præsidiumque eis addidit.  
inde in Syriam Palestinam, quod huius incole Phœnici  
cē infestassent, proiectus est. Eam regebant Hyrcanus  
¶ Aristobulus fratres: ac tum forte propter pontifi-  
catum ( Regi enim nomen summi Pontificis apud eos  
est ) sui Dei ( quicunque is tandem est ) dissidentes, ur-  
bes seditionibus agitabant. Hyrcanum igitur Poma-  
peius, sine prælio ( neque enim is copias quibus resiste-  
ret, habebat) statim in potestatem suam rediget. Aristob-  
ulum autem in arce quadam circumfessum, ad conditio-  
nes pacis accipiendas cōpulit. cūque neq; pecunias, neq;  
arcem traderet, in uincula conicit: itaque etiam reliquos  
haud difficulter subegit. Hicrosolymorum autem oppu-  
gnatio haud paruo ei labore stetit. Vrbem quidem  
ipsam à sautoribus Hyrcani receptus scilicet obtinuit, tem-  
plum autē, quod alterius partis homines preoccupauer-  
rant,

Pompeii in  
Aretā Ara-  
bem expe-  
ditio, & vi-  
ctoria.

rant, haud absque labore cepit. Situm erat loco edito, suis  
moenibus munitū: nec si ex æquo omnibus diebus id defens  
dissent, expugnatū esset: uerū quod Saturni, quos uo  
cant, diebus, propugnationem intermittentes ( et his  
quidem ab omni opere uacant ) Romanis eo libero spa  
cio occasionem muri subruendi dederunt. Qui ubi hunc  
hostium morem animaduertcrunt, nihil scriò egerunt re  
liquis dicibus: cum uero circumacta septima, Saturni  
dies rediisset, denuò aggressi summa ui templū oppugna  
runt. Atq; ita tandem Iudei nihil quicquam propugnans  
tes, in potestate hostium uenerunt. Ibi tum pecunijs di  
reptis, regnum Hyrcano datum, Aristobulus abducilius  
est. Hec eo tempore in Palæstina gesta sunt. ita enim an  
tiquitus uniuersa ea gens uocabatur, quæ se à Phœnicia  
ad Aegyptum usque iuxta mare mediterraneum exten  
dit. Habent autem aliud præterea adsciticium nomen: re  
gio enim ipsa Iudea, gens Iudei appellantur. id cogni  
menti unde initium caperit, haud scio. quidē et alij ho  
mines qui secundum eorum statuta uiuunt, id gerunt,  
quanquam alienigenæ. Est id genus hominum apud Ro  
manos etiam: atque tametsi sè penumero immutum fue  
rit, ita tamē auctum est, ut legum quoque potestate uice  
rit. Diuersum à reliquis hominibus obtinent cùm alijs in  
rebus, usique uite quotidiano, tum eo præsertim, quod  
nullum ex ceteris dijs colunt, unum autem quendam sum  
mo studio uenerantur. Tum quoque temporis nullum  
Hierosolymis simulacrum extabat: nimirum suum il  
lum Deum ineffabilem, inuisibilēmq; existimantes, reli  
giose eius cultu ceteros mortales superant, cui templum  
summe molis, pulcherrimumque extruxerunt: hoc dem  
pto, quod apertum, et nullo culmine tectum fuit. Diem

Palæstina.

Iudea.

Iudeorum  
religio.

quæ Saturni uocatur, religioni habent, cāmque ab omni  
opere

opere actioneque seria uacantes ducunt. Atque is quidem Deus eorum quis sit, unde ita coli coepit, quanto pere ab ijs timeatur, id à multis dictum est, neque ad presentem narrationem facit. Quod autem dies ad se ptem sidera illa, quos Planetas apellarunt, refruntur, id ab Aegyptiis haud ita dudum, ut paucis dicam, institutum ad omnes homines dimanauit. Nam priscis Græcis, quantum mihi constat, notus is mos non fuit: et quando quidem is nunc et apud omnes homines ubique, et praesertim apud Romanos usitatus est, paucis qua ratione et quo pacto ita institutus sit, differam. de quo duos sermones accepi, haud ita difficiles cognitu, contemplationi tamen cuidam innitentes. Nam si quis harmoniam eam que diatessaron vocatur, que alioquin in Musica primas obtinere creditur, etiam ad isthac sidera, quibus omnis cœli ornatus constat, ita transferat, quemadmodum ordo conuersionis uniuscuiusque eorum exigit, factoque ab extremo ambitu, quem Saturno tribuunt, initio, dein proximè sequentes duos motus præteriens, quarti dominum recenscat, iterumque ab eo duobus proximis præteritis, ad septimam conuersionem deueniat, atque hoc modo diebus singulis eorum inspe fiores gubernatoresque Deos in orbem rediens deligat, assignetque: is inueniet omnes dies musica quadam ratione exlesti administrationi congruere. Atq; hæc prior fertur ratio. Altera hæc est. Horas tam noctis quam diei munera, à prima incipiens, eamque Saturno tribue, sequentem Ioui, tertiam Marti, quartam Soli, quintam Veneri, Mercurio sextam, septimam Lunæ, secundum ordinem orbium, quem eo quo perhibui modo Aegypti tradunt. hocque aliquoties facto, ubi per uigintiquatuor horas circumiuferis, primam subsequentis diei horam inuenies.

Cur dies Plan  
etis assi  
gnentur.  
dux ratio  
nes.

inuenies Soli obtingere. Iam si huius quoque dici horae  
 uigintiquatuor eodem modo tractes, ad Lunam refires  
 primam tertie diei horam: siue eodem modo reliquos  
 etiam dies percurreris, quævis dies sibi congruentem Deum  
 accipiet. Atq; hec quidè ita perhibentur. Pompeius ubi  
 has quoqueret expeditum, in Pontum reuersus est, rece-  
 pompej in ptisque castellis, in Asiam, indeque per Graciam in Ita-  
 liam adiectus est. Multis quidem ex præl:is uictoriam  
 ditus, &c triumphus, reportauit, multos principes regesque partim debella-  
 uit, partim conditionibus certis sibi adiunxit: octo urbes,  
 regionesque colonis auxit: complures redditus populo Ro-  
 mano parauit: maiorem earum nationum partem que per  
 continentem Asiam Romanorum erant, suis ipse legibus  
 instruxit, eisque rem publicam composuit; adornauit-  
 que, ita ut etiamnum hic eius statutis uiuant. Verum hec  
 omnia quantumuis magna, & que nullus ante ipsum  
 Romanus efficerat tamen fortune quispiam, cum multo-  
 nibusque eius acceptum refrarat: id autem quod cum pri-  
 mis propriis Pompeij factum fuit, summâque admiratio-  
 ne dignum est, iam nunc refram. Is enim, cum summiam in  
 mari & in terra potentiam obtineret, maximam uim  
 pecunie ex captiuis consecisset, principibus regibusque  
 multis amicis ueteretur, omnes etiam populos, in quos im-  
 perium habuerat suis beneficiis sibi deuinctos, siue stu-  
 diosos haberet, itaque & Italiam sibi subiucere, poten-  
 tiâque in omnes Romanos sibi parare posset, quod &  
 plerique eum ultrò essent accepturi, & qui se oppone-  
 rent, tamen utique ob imbecillitatem concessuri essent:  
 nihil horum sibi faciendum statuit, sed ut primum Brun-  
 dusium est adiectus, ipse sua sponte, nemine iubente, co-  
 pias omnes dimisit, cum neque senatus, neque populus  
 quicquam de eis decreuisset, & ne in triumpho quidem  
 cas

Pompej præ-  
stantissimū  
sedum.

et utendas putauit. Sciebat quanto odio homines Marij  
 Syllaq; acta haberent: ijs igitur ne paucorum quidem  
 dierum timoris, dum se eadem passuros uerentur, præ= Troy, Lea?  
 bere causam uoluit. Idem et si multa noua nomina de  
 tot rebus gestis accipere posset, nullum tamen sibi assum-  
 psit. Triumphum decreatum sibi accepit, quamuis maiorū  
 institutis sanctum erat, ne cuius absque parte uictorie so-  
 ciis offerretur: duxitque unum de omnibus bellis triun-  
 phum, in quo multa trophya intulit, de singulis rebus ge-  
 stis unum aliquod per exiguum, unum autem magnum  
 sumptu. ingenti apparatum, quod de orbe terrarum in-  
 scriptionem habebat. Cognomentum autem nullum ad-  
 sciuit, sed nomine Magni, quod ante hec facinora na-  
 ctus erat, contentus fuit: quin nec alium ullum nimium ho-  
 norem sibi parauit, iisque qui ei absenti decreti erant, se-  
 mel omnino usus est. Decretum autem erat, ut in omni-  
 bus festis solennibus lauream gestaret, in iisque omnibus  
 paludamentum ferret, uestem autem triumphalem in e-  
 questribus certaminibus indueret. hec enim ei concedebā-  
 tur, maximè Cæsare id cōtra M. etiā Catonis sententiam  
 efficiente. De Cæsare, quis fuerit, quomodo plebi studue-  
 rit, cūmque Pompeium alioquin euertendum sibi sum-  
 pisset, ad ea tamen se composuerit, que ad populi gra-  
 tiā incundā, suāque potentiam augendam facerent,  
 iam antē dictum est. Cato autem iste ex gente Porciorum  
 erat, magni illius Catonis in omnibus rebus imitator, nisi  
 quod eum Græcarum literarum usu superauit: exercebat  
 autem se accuratè in negocijs populi, neque unum ali-  
 quem hominem admirabatur: Rem publicam summo a-  
 more prosequebatur, odiōque omne quod super alia  
 excelleret, ob suspicionem dominandi habebat, omne  
 quod populare erat, communisratione imbecillitatis motus  
Trophyum  
P. de or-  
be terrarū.

M. Catonis  
mores.

amabat,

amabat, populumque magis quam quisquam aliis diligebat, liberisque etiam cum periculo suo iustitiam protegebat; atque haec omnia non potentie, non glorie, non honoris alicuius adipiscendi causa, sed solius vite libere. atque à dominatione tute studio. His moribus praeditus, tum quoque in publicum progressus, decreto contradixerat, non quod ullam aduersus Pompeium inimicitiam gereret, sed quia id contra maiorum statuta erat. Igitur haec Pompeio absenti data sunt, aduenienti nihil additum: quod facturi tamen haud dubie erant, si ipse uoluisset: nam alijs, qui potentia Pompeium non æquabant sepius ingentes honores tribuerant, cum liquido constet id eos inuitos fecisse. Pompeius haud ignarus omnia ea que potentibus & in summo imperio constitutis à populo darentur, ut maximè libentes illi ea decernerent, tamen in eam suspicionem incurriere, quasi ui, ita ijs qui cum potestate sunt, machinantibus extorta sint, eademque nullam ei cui conferuntur gloriam afferre, quando non à uolentibus, sed à coactis proficiunt, non ob benevolentiam, sed adulantia causa exhibita uiderentur: initio statim nemini ut de id genus rebus referret, concessit: longè id præstare dicens, quam si decretos iam honores repudiaret. Hoc enim cum odio eius magistratus, qui decretum fecisset, & cum fastu contemptuque coniunctum esse, ubi ea recusentur, quæ haud dubie à melioribus, aut certè paribus offeruntur: alteri uero & nomen, & rem popularis animi, neque ostentatione, sed re uera, inesse. His consideratis Pompeius, qui magistratus atque imperia omnia ferè secus quam à Patribus accepte leges ferrent, & biuerrat, reliqua ista que præter quam quod in ijs neque alijs, neque sibi ipsi prodesse posset, inuidiam etiam odiumque aduersus sc̄ eorum quia ea præstitissent, allatura esse sentiebat,

Cato decre-  
tis Pōpeio  
honorib.  
eclamat.

tiebat, non admisit. Atque hæc tum acta sunt. Annuo autem tunc spacio Romani bellis uacarunt, ita ut longo tempore intermissum augurium salutis repererent. Est autem <sup>augurii</sup>  
 quoddam diuinationis genus, quo probatur, concedantur <sup>saluti;</sup>  
 ipsis Diis, ut populo salutem postulent: quasi nefas esset  
 eam prius quam concedatur petere. Ad id dies destinatur  
 singulis annis, ad quam diem nullus exercitus ad  
 bellum sit profetus, nullus hostis in aciem eduxerit, aut  
 pugnatum sit. Hanc ob causam in continentibus malis,  
 maximèque intestinis non celebratur: alioquin etiam  
 difficilimum est Romanis, ut eam diem exactè ab his  
 omnibus puram scrueat: præterea absurdissimum est, cum  
 ipsi se mutuò in seditionibus ultrò malis infandis affli-  
 gant, ut siue uincantur, siue adçō uincant, in miscrijs  
 sint, ita salutem à Deo uelle flagitare. Atqui tunc uidetur  
 id augurium capi posse, nō tam purum peractum est.  
 Nam ex aues alienæ aduolarunt, auguriumque sinistrum  
 reddiderunt. præterea alia quoque infesta signa euene-  
 runt: multa enim fulmina per se renum delapsa sunt, ter-  
 ra ingenti motu concussa est, multis locis hominum simu-  
 lacra apparuerunt, faces in sublime ab occasu ad coelum  
 recurrerunt, ita ut omnes etiam de populo homines iam  
 antè præfigirent, quid hæc portenderent. Tribuni enim  
 plebis adiuncto sibi Antonio Consule, cui cum ipsorum  
 ingenij optimè conueniebat, aliis filios corum qui sub  
 Sylla ciuitate pulsi erant, ad magistratus promouere  
 alias P. Præto, Cornelioque Sylle, qui cum eo ambitus  
 reus peractus erat, senatorijs ordinis, magistratisque ca-  
 pessendi potestat: m concedere, aliis nouas tabulas, aliis  
 agrorum diuisiones in Italia ex Romano nomini subditis  
 regionibus moliri. Atq; hec quidem à Cicrone, aliisque  
 qui cum conscientibant mature deprehensa, ex antè quam

Tribunorum  
plebis & An-  
tonij Con-  
sulis perni-  
cioſe roga-  
tiones.

T. Labienus in rem deducerentur, sedata sunt. Titus autem Labienus ob cedem Rabirium propter cedem Saturnini in ius uocans, ma-  
Saturnini diem dicit. gnum Rome tumultum excitauit. Nam Saturninus sanè ante annum trigesimū et sextū oppetierat, bellumq; ad-  
uersus eum iussu senatus à Consulibus susceptum fuerat. Itaque eo iudicio autoritas decernendi senatui omnis de-  
rogabatur, omnīsq; reipublicæ ordo conturbabatur. At uero Rabirius cedem eam nequaquam profitebatur, sed inficias ibat. Tribuni hoc omnino agebāt, ut omni digni-  
tate potestatēque senatus sublata, ipsi plenā pro sua libi-  
dine omnia agendi potentia haberet: ea de causa senatus-  
consulta, et ab eo ordine ante tot annos acta in disquisi-  
tionem uocare, ijs qui huiusmodi rem tentassent, impuni-  
tatem proponere, corūmq; poenas diminuere: senatus non id modò iniquū ducere, quod homo senatoriae dignitatis ob nullum facinus tam magno natu periret, sed multò ue-  
bementius indignari, quod reipublicæ precipuus status ignominia afficeretur, rerūmque potestas ad pessimos ho-  
nunes deuolueretur. Faciones igitur turbulentē, conten-  
tionēsque utriusque partis fieri de iudicio, cum alteri ne fieret, alteri ut fieret instarent. Vbi tandem ea pars, quæ iudicari rem uolebat, potissimum per Cæarem, aliōsque nonnullos obtinuit, ac de iudicio conuentū est, ( erat enim ipse cū L. Cæsare iudex, neque leui criminē, sed perduel-  
lionis Rabirius arcissebatur ) ipsum condemnauerunt, quamvis non à populo, ut quidem mores maiorum fre-  
bant, sed à Prætore, secus quam par erat, iudices consti-  
tuti. Rabirius ad populum prouocauit, sed haud dubie iti quoque causa cecidisset, ni Metellus Celer, qui tum Au-  
gur Prætorque erat, id impediisset. Is cū ei populus nihil  
Merellus Celer Rabirū obtemperaret, neque cum animis suis reputaret iudicium  
eripit. id haud legitimè factum esse, in Ianiculū citato cursu per-  
rexit

rexit antequam suffragijs populus quicquam decerneret  
reuelliisque signum militare: itaq; populus nullius amplius  
decreti faciendi potestatē habebat. Quod de uexillo dixi, Vexillū in  
Ianiculo fo-  
siūm.  
ita habet. Cum antiquitus multi hostes circum Romanā  
habitarent, ueriti Romani ne dum ipsi comitia centuriata  
agerent, hostes per insidias urbem aggredierentur, Ia-  
niculumque occuparent: statuerunt non omnes simul ire  
in suffragia, sed ut semper aliqui armati per successio-  
nem cum locum custodirent. In Ianiculo igitur, quandiu  
concio durabat, custodie agebantur: cum autem soluen-  
da iam erat concio, signum à Ianiculo remouebatur, cu-  
stodesque discedebant. Non autē licebat custodijs ab arce  
ea remotis quicquam amplius statuere. Is autem mos so-  
lis centuriatis comitijs obseruabatur, cum extra urbem  
omnes in armis adesse res postulabat: & id hodiēque re-  
ligionis causa fieri solet. Eo tum modo concio dissipata,  
uexillo amoto, Rabirijsque liberatus est. nam etsi denuō  
causam agendi potestas Labieno superabat, id tamen  
omisit. Catilina uero hoc modo, hisque de causis perijt.  
Cum eo quoque tempore Consulatum peteret eiusq; obti-  
nendi causa nihil intentatum relinquere, statutum est à  
senatu, ut qui largitionis conuincerentur, ijs præter con-  
stitutam multam decennali insuper exilio plecerentur,  
Cicerone præcipue autore. Catilina hoc propter se, sicut  
erat, statutum existimans conatus est parata ad id ma-  
nu Ciceronem, alijsque primores uiros in ipsis comitijs  
obtruncare, ut constim Consul crearetur. neque tamen  
id efficere potuit. Nam Cicero antè insidijs cognitis, eas  
senatui patefecit, ipsumque Catilinam grauiter accusa-  
uit. Cum non persuaderet, ut ea quæ uolebat, decerne-  
rent (nā in suspicione erat, ac si haud probabilia retulisa-  
set, sed ob proprias inimicitias falso eos uiros accusasset)

De Catili-  
naria con-  
luratione.

timor cum incepit: quippe qui iam ante Catilinam irritauerat. Igitur non amplius audere in concionem solus, ut aliis consucuerat, sed cum familiaribus suis, qui ad descendam uim parati aderant, progrederi, loricamque suitandi, illisque inuidiam conciliandi causa gestare, eamque sic circa subinde data opera ostentare. Hanc ob rem, et quod alioquin rumor increbuerat, tendi insidias Ciceroni, populus uchementi indignatione commotus est: terribilique iij qui cum Catilina coniurationem fecerant, quietem eggerunt. Ita Consulibus alijs designatis, Catilina non iam occulte, neque soli tum Cicroni ciuisque sectatoribus, sed toti Republicae perniciem machinari, flagitiousimum quemque Romae, nouandarumque rerum studiosissimum sibi adiungere: deinde ex sociis Romanorum etiam quam plurimos: eos nostrarum tabularum, agrorumque diuisionis pollicitatione, aliisque, que plurimum apud eos possent, illecebris alliceret. Erant inter hos primarij uiri, potentissime, ac praeter alios ipse etiam Consul Antonius. Hos ut se nefando iurciurando adstringerent adegit, puerum enim quendam mactauit, iuramentoque inito super eius uisceribus, ea deinde ipse cum alijs comedit. Romae negocium gerebat per ministros, Consulem in primis: et P. Lentulum, qui post gesum consulatum senatu exciderat: ac Senatoriae dignitatis recuperandae causa præturam tunc gerebat: Fasulis (eo enim seditionis socij confluebant) per Caium Manlium quendam, hominem muliere peritisimum, qui sub Sylla ordinis duxerat. is Manlius apprimè prodigus homo omnem rem faniliarem, quam amplissimam effecerat, in malos usus profuderat: igitur similium rerum cupiditate tenebatur. Cum iustructa hec iam essent, primo Cicero de his quae in urbe agitabantur, certior fit per literas, quarum autor

Sacramen-  
tum coniu-  
rationis Ca-  
tiuinarij.  
P. Lentulus.

T. Manlius.

non

non extebat. erant autem ad Crassum, aliosque nonnullos nobiles datus. Ob has decretum est, rem ad seditionē spectare, autorūque harum rerum conquisitionem debere fieri. Secundo loco que in Hetruria mouebantur, nunciata sunt. igitur Consulibus custodia urbis & reipublice mandata est, ut Romane erat consuetudinis. Huic enim decreto adscriptum erat, Darent operam Cōs. ne quid detrimenti Respublica caperet. His actis, cum multis in locis custodie essent positi, res in urbe mote amplius non sunt, adeò ut ob calumniam Cicero iam male audiret. Ceterum his quæ ab Hetruria nunciabantur, effectum est, ut & fides rei haberetur, & Catilina de uia accusatur. Catilina primum, tanquam sibi esset optimè conscius, iudicium non detrectare, se ad causam dicendam parare, se Ciceroni ipsi custodiendum, ne scilicet effugere posset, tradere: eo abnūte, ultrò cum Metello Prætore degere, ne innouandarum rerum studi suspeclus habetur, dum interim à coniurationis socijs aliquantum roboris acciperet. Cum nihil procederet, quod Antonius timore perculsus trepidabat, Lentulus autem minimè ad agendum idoneus erat, edixit ipsis, ut in domum quandam noctu conuenirent. ibi eos clam Metello conuertos timiditas mollicieque causa increpat: deinde exponit quæ passuri sint, detecta re: ea uero bene gesta, quibus bonis potituri. ita eorum animos confirmat, irritatque, adeò ut duo quidam policerentur se summo mane in domum Ciceronis introituros, ibique enim cum confessuros. Verum hac quoq; re per indicium detecta (Cicero enim pro sua qua multum possebat potentia, ut qui multos causarum patrocinij familiaritate sibi adstrinxerat, alios terror perculerat, multos qui de his ad se referrent habebat) Senatus Catilinam urbe exceedere iubet. Is hac spe-

cie letus, Romam Fæsulas profectus est: assumptoque nomine & habitu Consulis, iam ante collectas à Manlio copias instruxit. intercà alios quosdam liberos primùm, dein seruos quoque sibi adiunxit. His rebus permoti Romani, ui ipsum egisse iudicauerunt: Antoniumq; Consulem, ignari cum in parte conspirationis esse, ad bellum coniuratis faciendum emiserunt, ipsi uestem mutauerunt. Eisdem ob causas Cicero etiam Romæ permanxit. Obtingerat ei sorte Macedonia prouincia: sed eam collegæ concesserat, ut ipse iudicijs adesse posset: ipse Galliam pro ea receperat. sed ne in hanc quidem exiuit: uerūm quod status rerum requirebat, urbis custodiam gesit, missò in Galliam Metello, ne hanc etiam sui iuris Catilina ficeret. Fuit hæc eius ad urbem mansio Romanis in primis opportuna. Iam enim Lentulus se ad urbem quibusdam locis incendendā parauerat, adque cædes patrandas, auxilio cùm aliorum coniuratorum, tum legatis Allobrogum, quos ad societatem impulerat

\* \* \*

comprehensisq; his qui ad eum mittebantur, eos cum literis in Senatum introduxit: impunitateque proposita, eo modo hos qui in coniuratione erant, coarguit. Ad hæc Lentulus magistratu se atdicare à Senatu coactus, cum alijs qui comprehensi erant in custodiam datus, reliquorum conquisitio facta est. Ea populo etiam protabantur, potissimum cum Cicerone de his in concione uerba faciente, sub tempus concionis statua Iouis in Capitolio dedicata, & ex precepto aruspicum ad Solem orientem, forumq; spectans posita est. Cum enim arioli conspirationem quandam ruina simulacri patefactum iridixissent,

dixissent, eiusq; statua & collocatio in tempus depræhensio-  
nis coniuratorum incidet: il i uero populus numini gra-  
tes agere, magis infensus esse reis. Rumor serebatur,  
Crassum quoque esse eius rei consciūm: idque ex his qui  
capti erant quidam ir:dicabat: paucis tamen fides facta  
est. alij enim statim ne suspicentem quidem huiusmodi de  
tanto uiro admittebant: alij id à reis configi innuebant,  
quod ab eo uiro summae potentie non nihil auxilijs spera-  
rent. nec decrant qui cum fidem adhiberent, nolebant tu-  
men uirum primarium petire, aut in Repub. plus tur-  
barum fieri. Is igitur rumor penitus intercidit. Cum iam  
multi & serui & liberi homines partim metu, partim  
misericordia Lentuli & reliquorum moti, se ad eos eri-  
piendos, ne morte plecterentur, comparassent, re ante co-  
gnita, Cicero Capitolium forūmīq; noctu occupauit, pra-  
sidiōque muniuit. Sub auroram cum spem sibi à numine  
bonam esse ostensam cerneret, quod domi suæ re sacra à  
Vestalibus prosalute populi facta, flamma longè solito  
altius se extulisset, populo imperauit, ut sacramen-  
tum apud Pratores dicerent, si forte militibus opus fo-  
ret, se nomina daturos: ipse cōuocato Senatu, ei pertur-  
bato & territo autor fuit, ut de his qui in custodijs tene-  
bantur, capite animaduertendum censerent. Discrepa-  
bant enim sententijs, et parum al fuit, quin hos missos fa-  
cerent. Nam Cæsar, cum omnes qui ante cum sententiam  
tulerant, eos morte mulctendos pronunciassent, ita cena-  
suit, exutos bonis, unctosq; eos in urbes hinc inde deden-  
dos, ea conditione, ne quis in posterum de uenia eis dana-  
da refirret: si quis aufugisset, urbem eam, ex qua euad-  
isset, inter hostes habendam. In hanc sententiam cæteri  
qui cum subsequebantur omnes iuerunt, ita ut eorum  
quoque pars, qui ante Cæarem dixerant suas sententias

Statua Ioul  
polita.Crassus de  
coniuratio-  
ne suspectusCæstatis sen-  
tentia pro  
uita coniu-  
ratorum.Catonis sen-  
tentia.

Coniurati  
mortie ple-  
tuntur.

recoocarent. At postquam Cato ipse morte eos condemnauit, reliquosque omnes in suam sententiam pertraxit, ibi tum illi ex ea sententia quae obtinuerat, suppicio affecti, sacrificiisque propter eos et supplicatio decreta. quod in tali re ante factum nunquam erat. Alij quoq; de quibus indicium factum erat, quesiti, nonnulli etiam suspiciti, quod se coniuratis essent adiuncturi, in iudicium pertraxi sunt. atque haec quidem per Consules fiebant. Aulum uero Fuluium senatorem, ipse pater necauit, non quidem ut quibusdam uidetur) solus hoc priuatus ipse agens. nam et alij multi non tantum non Consules, uerum omnino priuati homines suos filios interemerunt. Ea tempestate praeter haec quae retulimus, cum Labienus de pontificibus creandis rogationem tulisset, Cæsar autem plebem demereretur, iterum plebs contra Syllæ legem, Domitij legem renouauit atque introduxit. Metello enim Pio defuncto, Cæsar eius pontificatum petebat, iuuenis adhuc, et quin nondum præturam gesserat sed in plebe plurimum spei reponebat cum aliis, tum quod Labienum in Rabiriana causa adiuuerat sententiāq; tulerat ne Lentulus capite pleberetur. igitur exceptū suum perfecit, Pontifexq; maximus factus est, multis id quidem uiris præclaris, in primisque Catulo, competitoribus. Promptissimus erat ad unum quemuis etiam uilissimum hominem demerendum adulandumque Cæsar: ac si quid instituerat, ut eo potiretur, nullū neque sermonem neque actionem intermitterebat, parum solicitus de ea humilitate in quam se in presentiarum demittibat, dum ex ea potentiam postmodò adipisceretur. igitur inter quos primus fieri molebatur, his se ultrò insinuabat: ea propter plebi charus acceptusque erat. Eadem Ciceronem ob interficatos ciues infensa, odio perpetuo prosequebatur, denique cum po-

A. Fulvius à  
patre neca-  
tur.

Cæsar fit Po-  
litex max.



gem remanserunt. + Cæsar autem plebem demereretur, iterum plebs contra Syllæ legem, Domitij legem renouauit atque introduxit. Metello enim Pio defuncto, Cæsar eius pontificatum petebat, iuuenis adhuc, et quin nondum præturam gesserat sed in plebe plurimum spei reponebat cum aliis, tum quod Labienum in Rabiriana causa adiuuerat sententiāq; tulerat ne Lentulus capite pleberetur. igitur exceptū suum perfecit, Pontifexq; maximus factus est, multis id quidem uiris præclaris, in primisque Catulo, competitoribus. Promptissimus erat ad unum quemuis etiam uilissimum hominem demerendum adulandumque Cæsar: ac si quid instituerat, ut eo potiretur, nullū neque sermonem neque actionem intermitterebat, parum solicitus de ea humilitate in quam se in presentiarum demittibat, dum ex ea potentiam postmodò adipisceretur. igitur inter quos primus fieri molebatur, his se ultrò insinuabat: ea propter plebi charus acceptusque erat. Eadem Ciceronem ob interficatos ciues infensa, odio perpetuo prosequebatur, denique cum po-

fitema

stremam magistratus sui die recensere instituisset omnia,  
quæ in Consulatu suo egisset ( erant enim homini non  
alienæ tantum laudes iucunda, sed ipse se quoq; libenter  
prædicabat) silentium ei indixerunt, neq; permiserunt ut  
ullum preter iuramentum uerbum fäceret: ad quam rem  
Metello Nepote Tr. pl. adiutore utebantur. Ceterum Ci-  
cero contendendi cum eis studio adducetus, iuramento ad-  
dedit urbem à se seruatam esse: quo facto, maiora adhuc  
in se odia excitauit. Catilina uero initio statim eius an-  
ni, quo Iunius Silanus, & L. Licinnius Consulatum ges-  
sere, periiit. Hacdenus enim Lentulum operiebatur, quam-  
uis ipse haud paruas haberet copias: cunctatus eo, quod  
sperabat, si Cicero prius cum suis occisus esset, reliquum  
se posse haud difficulter confidere. Sed postquam Len-  
tulum perisse accepit, eamq; ob rem multos à se deficere  
sensit: Antonius autem & Metellus Fæsulis circumse-  
sis, nullam ei progreendi copiam faciebant, ibi demum  
in casum dimicationis uenire coactus, ad Antonium ( di-  
uersis enim locis Romani castra habebant ) se conuer-  
tit: quanquam Metello & autoritate præstantior, & co-  
pijs instructior esset. Catilinam uero mouebat, quod eum  
participem coniurationis de uictoria sibi dedita opera  
concessurum sperabat. Antonius suspicatus id agere Ca-  
tilinam, cui iam fracto non amplius bene cupiebat, ( nam  
plerique cum alijs pro potentia corum aut suis ipsorum  
commodis amicitias iniiciatasque suscipiunt ) ad hec  
ueritus ne cum se strenue certantem uideret Catilinam, co-  
uicjis incesseret, proferretq; arcana, ipse quidem morbi  
simulauit: Marco autem Petreio pugnati commisit. Pe-  
treius conserto prælio Catilinam, cumque eotria mil-  
lia hominum accerrimiè pugnantes haud incructa uictoria  
eccidit. nam neque fugerat quisquam hostium, & omnes  
in eo

Cice. ut se  
magistratu  
abdicau-  
tit.

Anno 692.  
V.C.

Catilinab  
lo viatu  
periit.

Amicitiz  
comparade  
rationes.

in eo loco quem ceperant, occiderant. que res effecit, ut ipsi uictores Reipublicæ causa magno cum luciu deploarent tales totque uiros, et si merito suo, ciues tamē atque socios certè perijisse. Antonius caput Catilinæ in urbē misit, ut fidem eius cædi habentes, nihil præterea timeant.

**Antonius Imperator** dicitur. ipse huius uictorie causa imperator, quanquam cæforum numerus cōstituto minor esset, appellatus est. decretum ad hæc ut sacrificaretur: uestesq; à Romanis tā quam omni maloliberatis mutatae sunt. At socij, qui Cati līne rerum participes fuerant, etiam tum obambulantes, quietem metu supplicij non agabant: sed eos dissipatos quodammodo Prætorcs aduersum singulos emisi anteuerterunt, pœnásque de ijs sumpserunt. Alij autem

L. Vettius socios coniurationis defert, eiisque falsum testi monium. qui nondum comprehensi erant, indicio L. Vettij equitis, qui consors eorum coniurationis, proposita impunitate indicium profissus erat, coniuncti atque suppicio affecti sunt: donec nonnullis indicatis, corūmque nominibus in tabulam relatis, dcinde multos etiam alios in eam adscribere uoluit. Tum enim senatus cum mala fide agere ratus, tabulam quidem ei non reddidit, ne quos expungeret: ipsum autem eos quos omisso dicebat, nominatim percensere iussérunt: sic pudore & metu confusus, non multos præterea detulit. Cum nomina horū, quos detulerat, ignota, in urbe & apud socios tumultus occasionē preberent, alijq; sibi ipsis frustrà timerent, alij irsontes alios suspicione grauarent: decruit senatus, ut eorum nomina publicè ederentur. ita deum innoxij quicq; facta rei in ius uocati, pars præsentes, pars cum non apparuissent, condemnati sunt. Hæc igitur Catilina perpetravit, coque patro euersus est: cuius nomen, ut qui dignam suis factis mercedem tulisset, diu gloriae Ciceronis, sermonibꝫque contra se habitis materiam exhibuit. Ciceroni autem patrum

rum absuit quin confitim ob Lentulum reliquosque ca-  
ptos interfectos causa dicenda fuisset. ea accusatio ipsi  
quidem intendebatur, sed sub hoc praetextu re uerascen-  
tus petebatur. Metellus ante alios Nepos cum ordinem  
grauiter dictis apud plebem inuadebat, iactans non lice-  
re Patribus absque populo ciuem ullum morte damnare.  
Nihil tamen ea accusatio Ciceroni obfuit. Senatu enim  
omnibus qui tum temporis res gesissent impunitatem  
dante, addicenteque si quis ex his aliquem ausus fuisset in  
ius ob eam causam uocare, cum se pro hoste habiturus, ter-  
ritus Nepos quieuit. Id tum temporis senatus obtinuit; ac  
præterea hoc etiam, quod cum Nepos sententiam firret,  
ut Pompeius cum exercitu ex Asia Romam uocaretur,  
(prætexebat autem Nepos ab eo rem publicam consti-  
tuendam esse, cum re uerascem in eo poneret, cum is po-  
pulo studeret, posse se per eum ea que agitabat perfice-  
re) ei Patres obstatuerunt. Initio eidē M. Cato & Q. Mi-  
nucius Tribuniplebis contradixerunt, scribamque recitatā  
tem inhibuerunt: cūmque tabula m Nepos ipse lecturus  
acciperet, ipsi de manibus extorserunt: cum nihilominus  
uerba facere conaretur, os ei compresserunt. Cum utriq;  
parti sui succurrerent, iamq; fustibus, lapidib. adeoque  
mucronib. etiam certaretur, eodem die Patres in Curiam  
conuenerunt, uestesque lugubres sumpscerunt, & consu-  
libus custodiam urbis mandauerunt: curarent, ne quid  
ea detrimenti acciperet. Igitur Nepos per terras faetus, sta-  
tim se è medio subduxit: propositaq; rogatione cōtra se-  
natū, ad Pompeium sese contulit: quamquam nullam no-  
item abesse ab urbe legitime poterat. Post hæc facta, ne  
Cæsar quidem qui tum Præturam gerebat, qui cquam in-  
nouauit. Hoc autem agebat, ut nomen catuli à Iouis Ca-  
pitolini templo tolleretur, (cum enim peculatus postula-  
bat,

Metelli Ne-  
potis cōtra  
Senatum &  
Ciceronem  
rogationes,  
Senatus in-  
stingit.

M. Cato &  
Minucius re-  
fragantur  
Nepotis.

bat rationesque pecuniarum iussumptarum exigebat) Pō  
peio autem potestas fieret reliqua negotia exequendi.  
Superabant enim nonnulla, ut in tanta tamque uaria re  
fieri assolet, imperfcta adhuc, aut certe Cæsar ea commi-  
niscebatur, fore existimans, ut Pompeius per Cæsarem  
stetisse existimans quod hæ res conficerentur, ei has  
adscriberet. Neque uero tantopere Pompeio rem gratā  
facere Cæsar uolebat, ut eius causa huiusmodi etiā decre-  
tum fieri contrasc pateretur, quale aduersum Nepotem  
factum erat; nam ne huius quidem gratia cum se gesse-  
rat, sed ut hoc pacto plebem suam efficeret. Enim uero  
tatu omnies Pompeij metus habebat (nec dum enim uide-  
batur exercitum dimissurus) ut cum is M. Pisonem Lega-  
tum ad petitionem Consulatus misisset, et comitia donec  
ad ea perueniret, distulcerint, et cum Pisonem presentem  
omnes unanimi consensu Consulem designariint: Pom-  
peij enim commendatio pro eo no apud anacos tam, sed  
apud inimicos etiam ualebat. Interm P. Clodius Cæsaris  
coniugem, idq; domi cuius, pollutis etiam sacris que vesti-  
les apud Consules et Praetores pura, omnibus maribus  
seclusis antiquitus celebrare solebat, uitauit: Cæsar Clo-  
dueritum cum Cæsa-  
ris uxore,  
& sacra ab eodem pol-  
luta. dium in iudicium non pertraxit, (nam compertum habe-  
bat eum propter factionem non iri condamnatum) uxo-  
rem autem repudiauit, non se quidem credere que de ca-  
serebantur dicens, sed non posse eam coniugem habere,  
que simel adulterij commissi suspecta haberetur. Pu-  
dicie enim esse, non modo ut ne quid peccet, sed ne suspi-  
cionem quidem ullam turpem de se prebeat. Praetor hec  
que in id tempus inciderunt, pons quoque lapidatus ad in-  
sulam que in Tiberi extat, pertingens, extruclus, Fabri  
ciusq; dictus est. Anno sequenti, M. Pisonem, M. Messalæ  
Coſſ. optimates Clodium, quem iam antec odio habebant,

tum

Pompeium  
timent Ro-  
mani.

M. Piso Co-  
ſul designa-  
tus.

P. Clodij a-  
duiteritum  
cum Cæsa-  
ris uxore,  
& sacra ab  
eodem pol-  
luta.

Cæsar de  
uxoris re-  
pudio.  
Pons Fabri  
cius.

tum uero seclus eius ut expiarent (quum Pontifices in-  
stauracionem sacrificiorum ob nefas Clodij non legitimè  
perpetratorum decreuissent) in ius traxerunt, accusa-  
tusq; est et ob adulterium, quantumuis Cæsare tacentc,  
et ob defectionem Nisibiticam, preterea quod cum soro-  
rcerem habuisset. Absolutus autem est iudicium senten-  
tijs: quanquam ijs praesidium a senatu petiissent, impe-  
trauerintque, ne uim a Clodio paterentur. Itaque Catulus  
districtijs eos proscidit, praesidium ab ijs postulatum in-  
quicns, non ut citra periculum Clodium sententiis dam-  
nare possent, sed ne pecunie ipsis, quibus corrupti fue-  
runt, cripcentur. Is Catulus haud longe postuita excepit,  
cum semper ante omnia rem publica posuisset, eiusq; stu-  
dio omnibus suis aequalibus anteiuisset. Eodem anno a  
Censoribus omnes hi qui magistratus gesserant, in ordi-  
nem senatorum sunt relati, etiam ultra definitum sena-  
torum numerum. Populus etiam, qui ante hæc tempora lu-  
dos gladiatorijs, nulla intercedente requie totos specta-  
uerat, tum primum inter actionem surrexit, pransusq; est.  
Isq; mos tum cæptus, hodieque quoties Imperator ludos  
exhibit, obseruatur. Eo modo in urbe res sece habebant.  
Allobrogibus autem Galliam Narbonensem populan-  
tibus, C. Pomptinus Prætor legatos aduersum hostes  
emisit. ipse loco commodo castris positis, expectabat re-  
rum euentum, ut pro quauis occasione suis et consulere,  
et subuenire ut ex usu esset, posset. Manlius Lentinus ad  
Ventiam urbem castram etatus. ita hostium animos percu-  
lit, ut plerique ex urbe a fugerent, reliqui pacem per le-  
gatos peterent. interea temporis agrestibus, ad defendendu-  
m urbē concurrentibus, atque ex improuiso irru-  
muris quidem pulsus: agrum autem omnem tutò  
datus est, tantisper dum Catugnatius dux eius gen-

Anno 691.  
V.C.  
Clodianum  
iudicium,  
vix absolu-  
tus.

Catuli fo-  
cus, & mortis.

Censores se  
natum le-  
gunt.

Inter spe-  
cula præde-  
re cæptum.

Contra Al-  
lobrogos ge-  
sta C. Pomp-  
tini.

Allobrogū nonnullis alijs Isaræ accolis , regioni subsidio uenit.  
 dux.  
 Mālius Len tinus. Lentinus cum eos transitu fluminis prohibere non au-  
 deret, quod plurimum nauium habebant , ueritus ne in  
 unum coirent barbari, si ipsum in aciem educere uideret,  
 in locis fluuiio proximis, que syluis erant obsita , insidias  
 collocat , ita ut quique fluuium traiecerant, eos excipit:  
 dumque fugientes nonnullos inseguitur, ab ijs per traclius  
 in ipsum Catugnatum incidit : occidionēque ibi tum oca-  
 ciisset , ni uehemens tempestas repente oborta barba-  
 ros ab inseguendo hoste auertisset. Posthac, Catugnato  
 in longinqua procello , Manlius iterum incursionem in  
 regionem eam fecit: oppidūque , apud quod aduersam  
 prius fortunam expertus erat, ui cepit. L. uero Marius,  
 & Sergius Galba trāsmisso Rhodano, Allobrogum ditio-  
 ne uastata, ad oppidum tandem Solonium peruenient, ua-  
 lidūque supra eam positum castellum cuperunt, hostes  
 obstantes prælio uicrunt: ipsiusque oppidi, quā è ligno  
 edificatum erat, partem aliquam incenderunt : ne autem  
 totum caperent, aduentu Catugnati prohibiti sunt. Ea  
 re cognita Pompitus toto exercitu in Catugnatum uer-  
 sus, cum obsedit : omnēsque hostes, excepto Catugnato,  
 manu cecipit. his actis, reliqua deinde haud difficulter in  
 suam potestatem redigit. Inter ea temporis in Italiam  
 aduenit Pompeius, efficitque ut L. Afranius, & Metel-  
 lus Celer Coss. designarentur, sperans se per eos omnia  
 que in animo habebat conjecturum, ( inter alia autem  
 præcipue cupielat suis comilitonibus agros tribui, suāq;  
 acta omnia confirmari) sed eis spes tum abre fuit. Poten-  
 tiam enim, quibus iam antē parum probabatur, ne suffragijs  
 la stabilirentur, obstiterunt. Atque alter ē Coss.  
 nihil ei adiumento fuit: quippe saltationibus ho-  
 nō rebus gerendis aptior; Metellus uero Pompeio  
 iratus

solonium  
vrbis.

Ad annum  
694. V.C.

Pompej in Italiam aduentus, & stabilitate. Celer Coss. designarentur, sperans se per eos omnia  
 que in animo habebat conjecturum, ( inter alia autem  
 præcipue cupielat suis comilitonibus agros tribui, suāq;  
 acta omnia confirmari) sed eis spes tum abre fuit. Poten-  
 tiam enim, quibus iam antē parum probabatur, ne suffragijs  
 la stabilirentur, obstiterunt. Atque alter ē Coss.  
 nihil ei adiumento fuit: quippe saltationibus ho-  
 nō rebus gerendis aptior; Metellus uero Pompeio  
 iratus

iratus, qui eius sorori, suscepis etiam ex ea liberis, nunc  
cium remisisset, in omnibus ei actionibus obstitit. Praes-  
terea L. Lucullus, quem secum in Galatia quondam con-  
gressum Pompeius per superbiā habuerat, magno conatu  
Pompeio resistebat: iubebatque, ut de singulis suis factis  
seorsim rescriberet: neque peteret, ut simul omnia appro-  
barentur: nam et alii iniquum esse simpliciter eius om-  
nia acta, que qualia essent, nemo ipsorum compertum ha-  
beret, tanquam a domino quodam patrata, rata haberet; et  
cum ipse ex Luculli actis quædam recidisset, postulat at,  
ut utrisque in senatu expositis, is ultra approbatione di-  
gna uisa forent, confirmaret. Lucullum Cato, Metellus,  
et alij qui cum his sentiebant, enixè defendebant. Proin-  
de cum is Tribunus plebis, qui de agro militibus Pompeia-  
nis diuidendo rogationem tulerat, etiam hoc ei addi-  
disset, omnibus ciuitibus suffragium esse dandum, quo et  
hoc facilius iuberetur, et aula Pompeij rata pronunciare-  
tur: Metellus tanta contentione id impugnauit, ut ab eo  
in carcerem duceretur. Cum senatus eò loci conuenire in-  
stitueret, L. Flavius (id enim ei Trib. nomen erat) sellam  
Tribunitiam ad ingressum carceris collocauit: in eaque  
confidens, impedimento fuit ne quis ingredieretur: ius-  
sitq; murum carceris dirui, ut eò senatus introiret, ipse se  
tanquam in eo loco esset pernoctaturus, cōposuit. Pom-  
peius his compertis, simul pudore suffusus, simul indi-  
gnationē populi ueritus, Flavio iusit ut recederet, dicens  
id a se Metellum petiisse: neque tanen ei creditum est,  
quod magnitudo animi Metelli omnibus esset notissima,  
nimurum qui cum cum reliqui Tribuni e carcere uellent  
eximere, id abiuerat. Itaque postea loci quoque Flavio  
minante, non passum scit ut in prouinciam, que sorte ei  
eucnerat, exiret, nisi prius de legibus ferendis sibi cōces-  
sisset,

cur Pompeio  
infensus.  
Lucullus  
Pompeio re-  
pugnat.  
L. Flavius  
Tr. Pl. Me-  
tellum Cos.  
in carcerem  
abducit.  
Metelli ma-  
gnanimi-  
tas.

sisset, Metellus nihil omnino de sententia sua mutauit, sed  
haud & grē in urbe remansit. Pompeius igitur, cum per  
Metellum & alios staret, ne quid consequeretur, inuidi-  
ri sibi ab eis, seque rem eam ad populum declaratum dices:  
ueritus tamen ne ibi quoque uoti compos non factus, ma-  
ius dedecus sibi pareret, à petitione destitit: ac tum demū  
cognoscens nihil se eo modo posse, sed nomen quidem sibi  
inuidiamque ex ea in qua olim fuerat potentia partam:  
ipsa uero re nihil sibi ea conduxisse, paenitudine captus  
est, quod dimissis exercitibus se ipsum irimicorum iniurijs  
exposuisset. Clodius uero odio potentum post iudicium  
suum Tribuniciam dignitatem affectabat: summissisque  
aliquot tribunis, qui rogationem ferrent de Tribunatu

*Clodius ad plebē trāsīt.* patricijs etiam communicando, cum non persuaderet, no-  
bilitate abiurata, ad plebeios desciuit: in eorumque nume-  
rum se se referens, eorum iuris participem se fecit: mox

*Metellus Clodium in petitione Tribunatus impedit.* Tribuniciam dignitatem ambiuit. Sed Metellus, qui Clo-  
dio affinitate iunctus, facinoribus eius minimè delectaba-  
tur, ne ea potiretur effectus, causatus Clodium non secun-  
dum morem à maioribus acceptum à nobilitate se se ab-  
alienasse, quod nisi promulgata lege militari fieri non  
concedebaratur. His modo actis, cum uetigalia & urbi,  
& reliqua Italie magnopere molesta essent, lex de ijs  
abolendis lata, omnibus perquam accepta fuit. At Preto-  
ri qui eam tulerat (is erat Metellus Nepos) infesti sena-  
tores, uoluerunt & nomen eius legi detrahere, & aliud  
" inscribere. Id non in rem quidem perductum, manifestum  
" tamen omnibus factum est, ne beneficia quidem à malis  
" hominibus profecta patres grata habere. Sub idem tem-

*Faustus Sylla munus gladiatoriū exhibet.* pus Faustus Sylle F. ludos gladiatoriios in honorem pa-  
la munus tris exhibuit, populūmque lauto conuiuio excepit, ijsq;  
balnea & oleum donauit. Hęc tum in urbe gerabantur.  
*Casar*

Cæsar autem post præturā Lusitania imperauit: & cum posset latrocinia, quæ ipsis in assiduo erant usu, haud magnō labore excindere, noluit se quieti dare. Quippe homo gloriæ cupidus, Pompeijq; & aliorum qui se priores in magnam potestatem uenissent, emulus: nihil paruum animo capiebat: sed sperabat se, si quid magnum perpetrasset, statim Consulatu potiturum, atque ita immensa facinora editurum. Præter alia stimulabat eum, quod in Quæstura sua Gadibus in somnis sibi cum matre sua colore uisus, idque uates ei magnam potentiam portendere interpretati erant. Igitur cum ibidem in delubro Herculis statuam Alexandri positam uidisset, ingemuit, deplo rauitq; se nihil dum egregij facinoris præstisset. His causis motus, cum pacis copia ei esset, uelut dixi, ad montem Herminium se uertit: eiusq; incolas in planiciem demigrare iussit, ne uidelicet loco sua natura tuto ad prædas agendas abuterentur (id enim prætendebat) haud nescius eos id recusatueros, atque ita se belli occasionem inuentuarum. Neque cum opinio sua fecellit, & eos arma capientes opprescit. Quare uicini nonnulli territi, ne aduersum se quoque iretur, liberos, coniugésque suas, & alia quæ habebant preciosissima, ultra Dorium transtulerunt. hæc parantes Cæsar præuertens, urbes eorum occupauit: tum ad ipsos quoque contendit. Barbari greges ante se obiecere, ut ad eos diripiēdos distorsos Romanos adorirentur: contrà Cæsar exercitu emissso, ipse prælium deinde excipiens hostem fudit. Deinde cognito incolas Herminij defecisse, ciusque redditum per insidias operiri, ea uice aliam viam ingressus, deinde rursus arma in eos conuertit, uictorique ad Oceanum fugientes insecutus est. Cum continenti relicta in insulam quandam traieccissent, ipse inopia nauium coactus in terra permanuit: deinde ras

Cæsaris in Hispania Lu sitania res gestæ.

Somnium Cæsaris.

tibus iunctis, partem copiarum traiecit, ibique multos suorum amisit. Dux enim eorum terrae que insule adiuncta erat aduectus, ibique militibus expositis, tanquam terrestre deinceps itinere perrecturis, ipse mari ab estu recente abreptus eos reliquit. Ibi ceteri fortiter pugnantes ceciderunt. P. autem Scævius solus inter hostes relictus, amissus scuto, multisque vulneribus sauciis, in aqua insiluit, enataque. His ita peractis, Cæsar à Gadibus ad se aduechi curatis nauibus, omnibus cum copijs in insulam traiecit, hosque penuria iam comineatus affiditos nullo labore subegit. Inde Brigantiam Callicie urbem aduectus, eos qui classem antehac nunquam uidissent, armamentis erectis territos in suam potestatem accipit. Hæc ubi perficit, satis sibi iam aditus ad Consulatum stratum existimans, non expectato successore qui mitteretur, magna celeritate ad comitia consularia profectus est. Statuerat eum petere, antequam triumphus duxisset, quod à pompa triunphi angustia temporis excludebatur. Cum Catonis potissimum: intercessione id non obtinetur, triomphi omissio ret, triumphi quidem curam depositum sperans se, si Consulaturum petit. Equus sul fieret, longè maiores res acturum, logisque splendens dius triumpfaturum. Nam præter ea que rectuli, quæ animum eius inflauerant, equus ei quidam fissis in duas partes prioribus ungulis natus erat: isque solum Cæsarem exultans firebat, nullum aliū sefforem adnubebat. Quapropter Cæsar nullam exiguum spem agitās, ultrò triumphum omisit. Sed ubi Romanum uenit, in petitione Consulatus modo et alios, et Pompeium in primis Crassum in granumque, demeruit, ut cum hi etiamnum aduersam se inuitiam inuicem reducerent, fationisque fourent, semper sibi ad pérque alterius conatus alter cōpertos reprimeret, tum ad se pertraxerit utrumque, itaque ab omnibus unanimiter

Cæsar Pom  
peii & Cras  
sum in gra-  
tiam inui-  
cēdūs, sibi ad  
iungit,

miter designatus fit. Hoc uero præcipue eius sapientiam demonstrat, quod ex occasione eorum demerendorum ex modu cognovit: eoque modo instituit, ut uterque dum alteri resistere cupit, ipsum adiuuarent. Neque hec effe- cisse satis habuit, sed ipsos quoq; in gratia inter se redu- xit, non quod eorum ipsi concordia cordi esset, uerum quod eos plurimum potentia præstare uidebat: et rōque scī- bat, quod sine utriusque eorum auxilio ad nullam ma- gnam potestatē possit peruenire, atque ut maximē alterius ope niteretur, tamen alterum sibi aduersarium ha- biturum, plusque ab eo dāni, quam ab suo adiutore em- lumenti accepturum. Existimabat enim omnes horūnes maiori studio inimicis aduersari, quam suis opitulari: non ob id tantū quod ab ira odioq; uehementiores animi com- motiones, quam à quauis amicitia proficiscuntur, uerū quia altero sui causa quippiam agente, altero propter alium, neque uoluptus consequutos, neq; molestia siustra- tos proposito eadē sequitur: tum procliuius est impeditus aliquem, ci. sq; incrementis eti stare, quam eundē uelle ad magnum fastigium promovere, idq; cum aliis ob causas, tum eo præsertim nomine quod is qui obstat alicuius in- clementis, et ab alijs gratia init, et siti profici. it: contra qui aliū extollit, is cum et sibi et ceteris molestum effa- cit. Haec tum Cesari cause fuerunt, cur et se illis insinua- ret, et eosdem inter se in gratia reduceret: quia neq; sine his se potentem futuru uidebat, et consultum non puta- bat, ut alterutru eorum offendideret. Neq; uero metuerat ne concordes illi sibi præualerent, quod exploratu habe- bat, se et alios ipsorum amicitiae auxilio, ipsosq; unum per alterum haud longe post posse superare, cui cogitationi euentus etiam respondit. Ea propter Cesari eos inter se recociliatos sibi adiunxit: Pompeius et Crassus enqua-

Inimicitia  
hom'ibus  
amicitijspo-  
tiores.  
Procliuius  
est obstat  
alijs, quam  
adiuuare.

Pompeij,Cæ  
paris,et Cras  
ti consipa-  
tio..

occasione sibi opportuna in manus data, statim in gratiam redierunt,Cæsarēmque in partem rerum suarum receperunt.Pompeium mouebat, quod de sua potentia diminutionem factam cernens,Crassum uero multum ualere,Cæsarī item res crescere, ueritus ne omnino ab his opprimetur.Sperabat præterea, si hoc tempore cum ipsis societatem iniret, fore ut per eos pristinam potentiam recuperaret.Crassus et genere et diuitijs omnibus anteposuit,cumque Pompeio esset longè inferior, sentiretque Cæsarem pleno gradu ad sublimia pergere, statuit eos inter se tanquam in certamen committere, ut ea ratione neuter excelleret.Sperabat enim fore ut his quasi æquis uiribus certantibus, ipse interim fructus amicitiae utriusque caperet, honoresque sibi quam illis ampliores tribuerentur.Ipsæ quidem neque ad plebem omnino, neque ad senatū se accommodabat, omnia propriæ potentiae causa agebat. Igitur in utriusque ordinis benevolentiam ex aequo se se ingerere, utriusque inimicitias declinare, tantum utrisq; gratificari, ut et eorum causa fuisse uideretur, quæ utrisq; essent acceptissima, et nulla pars rerum difficultiorum ad se pertineret, instituerat. Eo itaque pacto, hisq; de causis tres prædicti uiri amicitiam iunxerunt, eamque iure iurando firmauerunt, ac in uicem in cōmune consuluerunt, atque exinde sibi mutuò ea tribuerunt, eaq; alius ab alio accepérunt, quæ et suæ uoluntati satisfacerent, et ad rem præsentem ipsis compositionem uidebantur conducere.Cum hi inter se conspiressent, sectatores etiam eorū pactiones inter se fierent, impuneque omnia pro suo arbitrio egerunt, freti istis du

Cato solus  
Reipub. stu-  
det.

cibus.Itaque in solo adhuc Catone, et his qui se eiusdem cum eo esse sententie uideri uolebāt, reliqua adhuc erat integritas.Nam reliqui quidem omnes, solo dempto Ca-

tone,

tone, nihil in republica purè, aut sine auaritia agebant: quidam tamen ueracundia eorum que agebantur commoti, itemq; nonnulli studio imitandi Catonis, ipsi quoque rem tentarunt, & nonnulla Catonis actionum similia facta exhibuerunt: neque tamen hi perseverabant, quippe quia eoru facta non à uirtute, sed ab studio proficisciabantur. In cum locum res Romane eo tempore à tribus illis uiris deductæ sunt, coniurationem suam, quantum eius fieri poterat, maximè occultam habentibus. Nam cum ex sua omnia sententia gereret, interim tamen obtendebant proponabuntq; in speciem maximè contraria, ut quam diutissim suum institutum claram esset, dum scilicet se satis ad omnia parassent. Nec uero deos eoru facta latuerunt: sed quæ ab his expectanda in posterum essent, corum iudicia iam tum statim mortalibus, qui futura ex his prescire possent, ostenderunt. Tanta enim tempestas repente urbem totam, omnemque circum regionē inuasit, ut multæ arbores radicibus conuulsæ, multa ædificia subuersa, naues in Tiberi ad urbem, & ad ostia fluuij in statione locate submersæ, pons ligneus disiectus sit. Ad hec theatum quoddam ad ludos de Syris extrudium, corruit: atque horum omnium nihil sine multo-  
rum hominum clade evenit. His igitur signis, quæ Romanis terra  
mariq; essent carentura,  
quodammodo re-  
presentatum  
est.

Tempetas  
ingens Ro-  
mæ.



DIONIS ROMANAЕ  
HISTORIAE LIBER TRICE-  
simus octauus, Guilielmo Xylandro  
Augustano interprete.

I N D E X C A P I T U M L I-  
B R I     XXXVIII.

Q uemadmodum inter Cæsarē & Bibrium discordia fuerint.  
Ut Cicero in exilium iuerit.

Q uomodo Ciceronem exulem Philiscus consolatus sit.

Q uomodo Cæsar bellū cōtra Helvetios & Ariouisū gesserit.  
Aut autem duo sunt, in quibus Consulatum gesserunt.

691. C.Iulius, C.F.Cæsar, & M.Bibulus.

Amo V.C. 696. M.Calpurnius, L.F.Piso A.Gabinius L.F.



A E S A R in id incumbens, ut totius populi gratiā sibi conciliaret, cumq; sibi arctius devinciret, optimatum tamen quoque partibus se studere uideri interim uolebat, ne eos iniuricos sibi haberet: igitur se penumerò dicere solitus erat, nihil se quod non in ipsorum quoque rem foret, prouulgaturum. Is anno ir sequenti legem tulit de agro toti populo diuidendo, ita quidem conscriptam, ut ne minimum quidem quicquam in ea reprehendendum extaret: atque hanc quoque se nisi nobilibus id fieret uolentibus, non esse leturum p̄r se tulit. Et legis quidem eius causa culpari à nemine poterat. Ciuium enim multitudo, que in immensum excrucierat, ac sapientiam seditionibus materiam prebuerat, ad opus faciendum et agriculturam conuertebatur. solitudo autem, que

Cæsaris lex  
agraria.

tum

tum erant per Italiam plurimæ, frequentabantur: ut iam non iij modò qui militia consili erant, sed & alij omnes uicium sufficientem haberent, neque ciuitate quicquam in id erogante, nec iacturam facientibus potentibus: quinimò ad multos eorum honor ac dignitas inde redi- bant. Omncm autem regionem que publica populo Ro- mano erat, excepto agro Campano ( hunc Reipubli- exemptum ob præstantiam censuit relinquendum ) diuē sit, reliquam nec in uitis dominis ademit, nec precium ar- bitrio diuisorum constituit: sed emi cani primū à ua- lentibus iussit. deinde tantum numerare precium, quan- tum in proscriptionibus iudicabatur. Magnam autem uim pecunia adesse dicebat, partim ex ea præda quam Pompeius inuixerat, partim ex tributis & uectigalibus iam antè constitutis reliquam: quam impendi in ciuic- aequum iudicabat, quorum periculo esset parta. Pre- terea diuiseores agrorum constituit neque paucos nume- ro, ne potentie cuiusdam speciem res ea exhiberet: ne- que eos qui criminibus erant obnoxij, ne quibus id mo- lestem fieret: uerùm uiginti viros ad id delegit, qui ma- gistratus aliquoties geßissent, tum qui ad eam rem essent quām maximè idonei; ab eorum numero sc̄ se exemit, sicuti iam antè testatus abundè erat, ne quid sui ipsius causa decernere iudicaretur. Ipse enim & principem se eius rei & auctorē firebat: aperte autem eam Pom- peio, Crasso, aliisque gratificabatur. Legis igitur eius gratia non modò à nemine incusabatur, sed ne hiscere quidem contra eum quisquam audebat: recita uerat enim antè in Senatu, atque unumquenque nominatim coma- pellauerat, si quid ab ullo improbaretur, id se uel emenda- daturum, uel inducturum omnino promittens. Enim- uero optimates omnes, quicunque extra conspirationem

nem erant, maiorem in modum grauiter rem fecerant, hōcque ipsum ante alia, quōd legem qua uniuersum eorum ordinem erat pressurus, ita composuerat, nulla ut eius inuadendae ansa daretur. suspicabantur enim fore, ut Cæsar in omnibus quæ agitaret populum à primoribus alienatum ad se pertraheret, atque apud omnes homines autoritatem potentiamque obtineret, ut nemine ipsi contradicente, populus eius statuta utique approbaret. His contenti ceteri, subinde se autores legi futuros pollicebantur, interim tamen pronissa exuebant, et alias ex alijs moras atque dilationes interiebant. At M. Cato (uir bonus quidem ille, et rebus nouis minimè fauens, sed qui tamen nec à natura, neque ab institutione uim in persuadendo haberet) etsi promulgationem eam ne ipse M. Petreius contra legē quidem reprehenderet, tamen utendum praesenti rerum statu censebat, nihilque præterea mouendū. Hoc ita com mouit Cæsarem, ut Catonem è senatu abreptum in carcere rem coniici iussit. Cum promptissime Cato se abducendum traderet: multique cum sequerentur, atque inter eos Cato à Cæsare in carcere in carcerem con- ieaus. M. Petreij in Cæsarem dum missu abiret, malle se cum Catone in carcere esse rediditum. M. quidam Petreius Cæsari obiurganti, quod senatu non dum missu abiret, malle se cum Catone in carcere esse re- spondisset, quam hic cum Cæsare: ibi tum pudore suffusus Cæsar, Catonem liberauit, senatumque dimisit, hoc uno addito dicto: Se senatoribus et iudicium de lege, et potestatem commisisse, ut ab ijs si improbaretur, ne ad populum quidem referretur: nunc, quia uos, inquit, autores fieri non uultis, ipse populus iubebit legem. Postea nihil quicquam Cæsar cum senatu communicauit, sed recta ad populum de his quæ uellet, retulit, tamen ut nihilominus nonnullos primorum in concione sibi astipulantes haberet (sperabat enim eos sententiam mutatoros, ac nonnihil populum reformidaturos) à collega suo exorsus

exorsus, cum interrogauit, an aliquid in hac lege *impro-*  
*baret.* Bibulo nihil aliud respondente, quam se in suo  
*magistratu nullam nouationem admissurum, deprecari*  
*cum instituit, plebique ut in exorando sibi adesset, per-*  
*suasit, ita eos legem obtenturos dicens, si Bibulus conces-*  
*sisset: Bibulus magna uoce ad populum hæc uerba pro-*  
*clamauit: Ne si omnes quidem uolueritis, legem hanc hoc*  
*anno obtinebitis. atque his dictis è medio abiit. Cæsar*  
*neminem ulterius eorum qui magistratus gerebant, in-*  
*terrogauit, ueritus ne & ex ijs aliqui sibi resisterent:*  
*Pompeium uero & Crassum, quamuis hi tū priuati erāt,*  
*adductos, iussit de sua rogatione sententiam dicere: non*  
*quod ignoraret quid ij sentirent. quippe omnia in com-*  
*mune inter se agebant, sed ut & ipsis honorem adderet,*  
*quos cum nullo magistratu degentes in consilium de*  
*lege hac adhiberet, & aliorum animos terrore occupa-*  
*ret, si eos qui & primi essent in ciuitate, & plurimum*  
*apud omnes possent suæ sententie astipulatores haberet:*  
*præterea, ut populo rem gratam faceret, evidenti si-*  
*gno commonstrans rem ab ijs neque absurdam neq; iniu-*  
*stam peti, quam ij uiri & probarent, & laudarent. Ad*  
*hæc Pompeius, cui ea res perquam grata obtigerat: Non*  
*ego solùm, inquit, hanc promulgationem, Quirites, pro-*  
*bo, uerùm & uniuersus senatus eam approbauit, quo*  
*tempore non meis modò, sed etiā Metelli militibus agros*  
*diuidendos decreuit. Atque tunc quidem ob paupertatem*  
*qua Respublica laborabat, ea donatio haud iniuria dia-*  
*lata est: nunc cum eadem mea opera diuitijs abundet,*  
*& quum est & his promissa perfici, & fructus communium*  
*laborum ad reliquos peruenire. His dictis, singula legis*  
*uerba percurrens, collaudauit summa cum plebis dele-*  
*ctatione. Quod ubi Cæsar uidit, percontatus cum est,*

Bibulus lo-  
gem Cæsa-  
ris non ad-  
mitit.

Pompeius  
l'gē Cæsa-  
ris probat

uelētne sibi promptē auxilium ferre contra aduersantes huic legi; simul et populum iusit, ut præcibus hoc ab eo contenderent. Pompeius ea re animo elatus, quod suam priuati opem Consul, populisque implorasset, multis seipsum co honestans, extollensque, tandem in hac uerba erupit: Si quis gladium sumere ausurus esset, se scutum arrepturum. Id Pompeij dictum Crassus quoque laudavit. quo effectum est ut alij etiam quibus ea lex non placebat, tamen uel hoc ipso ad eam approbandam incitarentur, quod cam ab his, qui et boni viri, et Cæsaris inimici iudicabantur, (nec dum enim eorum inter se redditus in

**Bibulus Cæsar se opponebat.** Bibulus autem ne-

sic quidem cœcessit, sed tribus si: i Tribuni plebis adiutoriis, adiunctis, ne lex perferretur obstitit: ac postremo, cum nulla aliam rei extrahende causam haberet, in omnes reliquias eius anni dies ferias indixit: ijs autem populo in concione coire legibus permisum non est. Cum Cæsar Bibulū nihil admodum moratus certam diem præstituisset legi perferendæ, nocti: q; plebs forū occupasset, Bibulus cum suis, quos ad eam rem parauerat, eōdē contēdit: et ad Caistoris quidē templū ubi Cæsar cōcionem habebat, in forū præuenit, cedente populo partim ob uerecundiam, partim quod cum sibi non aduersaturum existimarent. At postquam in superiori loco constitutus contradicere legi aggressus est, et ipse per gradus deiectus, et fasces eius fracti, uerberique et uulnera cum alijs, tum tribunis plebis imposita sunt. Ita lege perlata, Bibulus, qui tam contentus salute sua euascerat, postridie eius dici in senatu eā rescindere conatus est. sed id a refuit, quod omes reliqui studio plebis mancipati quiescerent. Igitur dominus suam se recepit, neque unquam posthac ad extremum usque anni diem in publicum progressus est: sed domi se continebans,

nens, Cæsari quotiescumque is aliquem nouam rem mo-  
libatur, per lectores obnunciauit, dies esse festos. his igi-  
tur per leges fas non esse eum quipiam agere. Ea pro-  
pter quidam Tribunus plebis, P. Atinius nomine Bibulū <sup>P. Atinius  
Tr. PL</sup> in carcerem includere aggressus est, utrum id quidem  
obstantibus collegis omisit: Bibulus autem, Tribunique  
qui cum sequebantur, omni Republicæ administratione  
abstinuerunt. Metellus uero Celer, & Cato, ac propter  
hunc ipsum M. etiam quidam Faonius, qui Catonem <sup>Metellus Ce-  
ler, Cato, &  
Faonius ut  
in legem a-  
grariam iu-  
auerint.</sup>  
summè imitabatur, etiamnum in legem non iurauerant,  
quod id semel factum, deinde in omnibus absurdis rebus  
requisitum iri perhiberent, igitur scripsit assensionem ab-  
nuerant: præcipueque Metellus, qui id factum ad Metell-  
lum Numidicum referebat. At postquam dies appetiit,  
qua multam cōstitutam soluere opus habebat, iurauere:  
siue id humane conditioni adscribendum est, qua fit ut se  
penumeret promptiores in promittendo ac minando ho-  
mines sint, quam in perficiendo: siue quod frustra se mul-  
tam solituros iudicarent, ubi nullum suæ persecutarie  
fructum Respublika caperet. Sic tandem ealex perlat  
est: prætereaque decretum, ut ager Campanus his qui ter-  
nos plurimes liberos haberent, diuidetur. atque ita tunc  
primum Capua inter Romanoruri colonias relata est.  
Ob hæc acta Cæsar populum sibi obstantium fecit. Equi-  
tes uero, tertiam eis partem uel galium, que nomine <sup>Cæsar pu-  
blicanis tec-  
tiam merca-  
dum parts</sup>  
redempturatum debebant, remittens. ipsi enim omnibus  
uel galibus præerant, & cum se penumeret remissioni  
a Senatu flagitassent, obstantibus & alijs nonnullis, &  
Catone, nihil impetraverant. Postquam igitur hunc  
quoque ordinem menine contradicente sibi devinxit,  
primum omnia Pompeij acta confirmavit, neque Lucul-  
lo, neque aliorum quoquam repugnante: postmodi alias  
quoque

quoque multas leges tulit, nemine se opponente, ne ipso quidam Catone. Quanquam hic in Prætura sua, quam paulo post gesit, cognomenti harum Cæsaris, legum (iulie enim vocabantur) nullam mentionem fecit, secundum quas tum iudicia siebant, uerum id ridiculè omnino superstit. Has ego leges, quia sunt & multe admodum, neque ad nostrum opus quicquam conferunt, prætereo.

Q. Fufij Ca  
leni lex.

Q. autē Fufius Calenus, Prætor, cum in certaminibus fo  
rensis promiscuè ab omnib. suffragia stirri, & deinde quemuis meliora suo ordini adscribere, absurdiora alijs  
impingere uideret, legē tulit, qua singulos scorsim sua suf  
fragia ferre ius sit, ut si nō uirilim (nā occultè hoc siebat)  
at certè tribus que uis quid sentirent, manifestum redde  
retur. Cetera in urbe Cæsar solus & introduxit, & sua  
sit, & decreuit in uniuersum omnia, haud aliter quam si  
solus Roma imperaret. Vnde faceti quidam Bibuli non ē  
omnino reticuerunt, Cæsarem autem pro duobus Consulib.  
& nominauerunt & scripscrunt, C. Cæsarem &  
Iulium Cæsarem Coſſ. dicentes. Suas autem res Cæsar per  
alios confecit: id enim magnoperè cauebat, ne quid si  
bi ipse tribuere uideretur. quæres efficit, ut filius o  
mnia quæ uellet consequeretur. ipse igitur nihil se de  
siderare, sed abunde præsenti condicione contentum stre  
bat: at uero alijs, quod rebus eis necessarium ac conducibi  
le fore uidebatur, de omnibus quæ is uellet, referabant, ef  
ficiabantque ut decernentur non à populo tantum, sed  
ipso etiam Senatu. Nam plebs quidem Cæsari Illyrium,  
Galliamque cīsalpinam decreuit, ut in eas quinquennio  
toto imperium obtineret, tum tribus legionibus, Sena  
tus autem Galliam trans Alpes positam, unamq; legio  
Cæsaris ei nem adiecit. Veritus igitur Cæsar, ne se absente Consula  
Pompeio & tum gesturo A. Gabinio, Pompeius nouas res moliretur,  
neces

necessarium duxit eum, alterumque Consulem L. Pisonem <sup>L. Pisonem ac finitas.</sup> affinitate sibi coniungere: itaque Pompeio suam filiam nuz ptum dedit. quanquam iam antè alij deßponsatam: ipse uero Pisonis filiam duxit. Eo modo ab omni parte suam potentiam firmauit. Cicero autem, & Lucullus, quibus haec minime placebant, Cæsari Pompeioque per quendā L. Veltiu neccm parauerunt, neq; tamen id succēdit, sed ipsis fratre ea res perniciem attulisset. Veltius cō nim per indicium delatus, atque comprehensus ante quā facinus patraret, eius autores nominauit. ac nisi Bibulum quoque tanquam insidiarum participem nominasset, profecto iij infortunium habuissent. Nunc cum indicij ulciscendi causa cum qui rem Pompeio aperuerat criminē onerasset, in suspicionem uenit, quasi ne de reliquis quidem uera retulisset, sed ex composito ad calumniae aduersariorum exponendos eos summissus esset. Igitur de his uarij rumores ferebantur, nihil certi cognoscabantur. Veltius autem ad populum produclus, cum eos tantum, quos dixi, nominasset, in carcere conditus, ibique haud multo post clam necatus est. At Cicero qui hac de causa Cæsari & Pompeio suspectus erat factus, eam suspicionē ipse in defensione Antonij confirmauit. Hic Antonius multa Macedoniae que Romanis parebat, cuique <sup>C. Antonius à Cicerone in iudicio defensus.</sup> ipse præerat, multa ei que ad Romanos non spectabat, damna iutulerat, multa ipse receperat. Nam cum Dardanorum, iisque finitimarum agros popularetur, eos contra se uenientes sustinere non ausus, sed quasi aliud agēs cum equitatu au fugit: ita peditem illi circumuentum et exutum præda, regione sua ui cicerunt. Eodem modo cum socijs Romanorum in Mysia agens, ad Istrorum urbem à Basternis Scythis, qui auxiliū Mysis uenerant, superatus profugit. Neque tamen his de causis in iudicium per

pertractus, sed cum Catilinariæ coniurationis conscius accusaretur, ob prædictas res damnatus est: euenitque ci, ut quorum arcessebatur, de ijs non conuictus, eoru causa plesteretur, propter quæ ci dics dictus non fuerat. Et Antonius quidem eo modo penas dedit. Cicero autem qui tum temporis pro eo, utputa quem in suo Consulatu collegam habuerat, dicebat, plurimis uerbis Cæsarem huius iudicij autorem impetierat, ac nonnihil conuiciorum ei fecerat. Cesar, qui haud dubie id ægrè ferrebat, quanquam tum Consulatum gerebat, tamen eo tempore neque uerbo neque re contumeliam Ciceroni retulit, quod diceret multos esse, qui dedita opera meliores crebris ac uarvis dictis proscindirent, ut eos ad contentionem stimularent, ut quæ hi eiusmodi regeretis opprobria, ipsorum similes haberentur: eam ob rem se cum nullo in id genus ceteraminis secundum sibi ducere. Atque hac de causa cum alijs quorum contumelijs petebatur, tum Ciceroni talem se exhibuit: quem cum animaduertret non tam in hac laborare, ut ipsum traduceret, quam ut uicissim ab e male audiens, similem sibi efficeret, nullam admiodum eius rationem habuit: sed dissimilatis eius opprobrijs, honi ni liberum usum conuiciorum tanquam laudum suarum non inuidit, quanquam interim tamen non omnino ea paruipenderet. Erat enim natura placidus, & nequaquam iracundus: nihilominus in simili causa penas à nonnullis ita exegit, ut nequaquam per iram aut præproperè id ageret. Nihil enim iræ indulgebat, sed occasionem circumspiciebat. per eam plerosque nec sententes ulcisceretur: idque non tam ut penas sumere uoluisse uidetur, quam ut quantum eius fieri poterat, maxime tutus ab iniuria res suas omnes commode disponere posset. Igitur occulte, & eo modo quo minime quispiam id exspectab

Cæsar in  
contumeliis  
ferendis &  
quanimi-  
tas, in que vel  
ciscendis pru-  
denter.

pectaret, punire aduersarios solcbat: partim ut famæ sue consuleret, neue iracundus iudicaretur esse: partim ne hi præsentientes sibi cauendi locum, aut malum inferendi prius quam ipsi acciperent, locum haberent. Neque uero tam præteriorum cura gerebat, quam ut in posterorum tutus esset. Itaque multis grauijimarum offensarum gratiam fecit, aut leui admodum vindicta contentus fuit, quod eos à maleficio deinceps sibi temperaturos crederet. Contrà securitatis sue causa multos acerbius quam risserebat ultus est, ab eo quod inseclum fieri iam requiret, certè alios supplicij grauitate absterritumiri affirmas. His ergo cogitationibus Cæsar motus ipse quidem contra Cicronem nihil molitus est: Clodium uero, quod cum ob adulterium non accusauerat, gratiam sibi referre cupere intelligens, occulte contra Cicronem instruxit. Ac primò quidem cum cupientem plebeio iure uti, & legitimè à patricijs trahire, adiuuare etiā Pōpeio, ad plebē traduxit; deinde statim ei Tribunatu plebis cōficit. Is Clodius & Bibulū, cum Consulatu functus in concione prodiret, ac præter iuramentū decrūisset de præsenzī rerum cōditione uerba facere, inhibuit: & Ciceroni perniciem machinatus est. Sed cum cum in Republica ob eloquentiam plurimum posse uidetur, idoque haud ita facile posse opprimi, animum ad conciliandum sibi suuorem non populit tantum, sed equitum etiam, ipsiusque Senatus adiecit, apud quos ordines Cicero prius obtinebat: fore sperans ut his sibi adiunctis, tanto facilitius cum euerteret, qui metu magis quam benevolentia pollebat. Plurimos enim Cicero dīcīs laſerat: nec tantum a pudeos quibus profuerat favoris habebat, quantum corū quos offendebat animos à se abalienauerat. Evidem alioquin plerique mortalium procliuiores sunt ad fuscipienda

Clodius &  
Cæsare ad  
plebem tra-  
ductus, Tri-  
bunus ple-  
bis factus,  
& Cicero-  
ni ut perni-  
ciem struc-  
ret subor-  
natus.

Ciceronis  
mores.

pienda contra sibi iniquiores odia, quam ad gratias defensoribus suis habendas: atque his quidem quorum patrocinio usi sunt, mercedem se persoluisse existimant, aduersarios autem quacunque ratione ulcisci student. Sed praetereat etiam Cicero acerbissimos sibi inimicos parauerat, dum semper praestantissimo cuique se praeferre studeret, libertateque dicendi in omnes immoda ad satietatem usque uteretur: quippe qui magis facundi ac pre reliquis diserti, quam boni viri nomen uenabatur. His de causis, adhuc quod gloriando ceteros omnes excederet, neminem sibi parem duceret, sed cogitationibus suis, ut et in uita, omnes pre se contemneret, neque idem cumullo uitae institutum sequeretur, oneri plerisque et molestiae erat: adeoque hi ipsi, quibus probabatur, inuidia et odio eius tenebantur. His de causis Clodius fierans se eum facile posse opprimere, si senatum prius, equitesq; et plebe

Anno 636. sibi conciliaasset, frumentum ipsis gratuitò distribuit (Nam Clodij Tr. pl. leges.

Gabinio iam et Pisone Consulibus de frumento pauperibus diuidendo iste retulit, et collegia sociorum, ita inuidia uitandæ causa dicta, que antiquitus instituta, aliquandiu iam intercederat, renouauit) interdixitq; Censoribus, ne quenquam magistratu mouerent, aut ignominia notarent, nisi quis apud utrumque ordinem in iudicio conuictus esset. Cum ad eum modum eos inescasset, alia le gem tulit: que ut intelligi melius possit, pluribus mihi uerbis explicanda est. Cum auctorita publica Romani et decalo, et alijs quibusdam ex rebus capiant, quemadmodum iam ante dixi, plurimum ponderis coelestia auguris habuerunt, ita ut cum reliqua in singulis actionibus pertinatur, id singulis tantum diebus semel obseruetur. Eius hoc præcipue proprium erat, quod pre ceteris omnibus, uel permittebat aliquid agi, nullo deinde amplius augurio

rio obseruato, aut prohibebat aliquam actionem, impe-  
diebatque, ita ut populi suffragationes omnino inbibe-  
ret. Porro quoties populus in suffragia ire de certa re-  
uellet, de caelo seruabatur, siue secundum id auguriū, siue  
aduersum eueniret. Huius ego instituti causam non habeo  
quam commemorem, id quod in communi sermone fer-  
tur, scribo. Enim uero multi ut legum lationes, aut magis-  
tratum constitutiones de quibus ad populum refere-  
batur, impedirent, de caelo se seruasse obnunciare soles-  
bant: igitur fas non esse agi cum populo. Quamobrem  
Clodius metuens ne si Ciceronem in ius vocaret, eo mo-  
do moram iudicio nonnulli iniicerent, rogationem tulit,  
ne quis qui cum magistratu esset, his diebus quibus popu-  
lus sciscere quicquam debebat, auspicia caperet. Hæc cū  
Clodius ita aduersum Ciceronem tulisset, Cicero re intel-  
lecta L. Ninnium Quadratum Tribunum plebis subornas-  
uit, qui his omnib. intercederet: at Clodius ueritus ne ex  
eodem multis concitaretur, aut mora rei iniiceretur, Cice-  
roni occurrit, cūmq; dolo circumuenit, pollicitus se si per  
eum has leges preferre sibi licet, nullam ei actionē in-  
tentaturum. Ita Cicerone atque Ninnio quiescētibus, et  
leges eas pertulit, et postea ipsum etiam Ciceronem ag-  
gressus est: Cicerōq; quamquam prudētissimus haberī uo-  
lebat, tunc à Clodio deceptus est, si modò id Clodio, ac nō  
Cæsari potius, aliisq; qui cum Clodio consiliariabant, ad-  
scribendum est. Ceterum ea lex, quam Clodius postmodò  
tulit, quamquam prima specie non videbatur contra Cice-  
ronē introducta, tamen re uera cum maxime petebat: nā  
tacito Ciceronis nomine, contr. omnes eos in uniuersum  
erat statuta, qui ciuem indemnatum à populo occiderent,  
aut occidissent. At qui ita totus etiā senatus impetrabatur,  
qui et Consulibus custodiā urbēs, que secum eius re;

L. Ninnius  
Quadratus  
Trib. pl.  
Cic. à Clo-  
dio indu-  
sus.

Lex Clodij  
de iis qui ci-  
uem indem-  
nat neca-  
sent, in Cice-  
ronem.

potest item trahit, commiserant: et ipsi deinde Lentu-  
 lum, aliosque, de quibus eo tempore supplicium capitis  
 sumptum est, condemnauerat. At uero Cicero, qui et ac-  
 cusauerat eos, et de iis retulerat, quiq; decretu fecerat,  
 deniq; per lictores supplicio eos affecerat, uel solus, uel  
 prae reliquis causam sustinebat. Igitur cum omni conatu  
 Clodio restitit, cum senatoria ueste abiecta, equitis habi-  
 tu sumpto, circumiuuit, potentem quemq; non modo siti fa-  
 uentem, sed etiam aduersarium, precipue uero Pompeium  
 ac Cæsarem, quippe qui inimicitiam nequam pre se  
 strebant, interdiu noctuque accedens orabat, ut si i pre-  
 sidio essent. Atque hi quidem simulantes, neque Clodium  
 a se summissum, et leges eius sibi dissplicere, eam fraudem  
 Cicero & Cæsare aduersus Ciceronem excogitauerant, que et illum la-  
 tare & Pom-  
 peio Indu-  
 aus.  
 silium dedit, ut se subduceret, ne uie ad urbem manendo,  
 in perniciem deueniret: id quo magis ex benevolentia co-  
 sulere uideretur, legato se eo usurum dixit, ut iam non  
 tanquam reus cum ignominia, sed honeste et cum impe-  
 rio Clodium subterfugeret. Contrari Pompeius id quidem  
 aperte esse fugam dicebat, idque consilij Cæsarcm inimi-  
 co animo insidiandi que per occasionem causa dedisse in-  
 nuebat: ipse autem suadebat, ut maneret ad urbem, ac  
 pro se et senatu recta propugnaret, Clodiumq; ulcise-  
 retur, qui eo praesente atq; repugnante nihil affecuturus  
 esset: ad hoc suam quoque opem et auxilium polliceba-  
 tur. Haec ita intersc diuersa Cæsar ac Pompeius consule-  
 bat, non quod sententiis ipsi disssiderent, sed ut Ciceronem  
 nihil tale suspicantem in fraudem adducerent: isque Pom-  
 peio accessit, quem in nulla suspicione habebat, et in quo  
 certum sibi sue salutis presidium collocabat: quippe et  
 eum plurimi in honore uercundiaque habebat, et mul-  
 tos in

tos in summo periculo utrantes partim iudicibus, paratim ipsis accusatoribus eripuerat. Ad haec Clodium Pons peio affinitate olim iunctum, qui quis sub eo aliquantum temporis meruerat, nihil contra sententiam Pompeij aequalium arbitrabatur: iam Gabinium haud dubie in potestate Pompeij futurum sperabat, qui co plurimum utebatur: itemque Pisonem, cum propriæ humanitatis causa, tum uero propter affinitatem quam is cum Cesare coniunctam habebat. Haec cogitationes Ciceronem permouere, hominem alioquin plus sat is confidentem, ut in spem excessus se superiorem futurum, fugae indicta causa faciendo consilium repudiaret, ueritus ne male filii conscius alio concessisse existimaretur. Igitur Cesari gratius actis, postea sententiam fecerunt est: atque in hanc coniectus fraudem, ita se comparauit, ut longe superiorem se inimicis futurum confideret. Præterea equites etiam in Capitolium conuenierunt, ac deprecatores pro Cicerone ad Consules et senatum cum aliis ex suo ordine, tum Q. Hortensium et C. Curionem senatorios uiros miserunt. Ninnius quoque Ciceronicum alias astitit, tum populum quoque ut uestem tanquam in publica calamitate mutarent, hortatus est: idque multi etiam Senatores fecerunt. neque prius destituerunt, quam edicto Consulum prohibitis sunt. Verium enim uero potentia aduersariorum Ciceronis maior fuit. Nam neque Ninnio cum populo agendi de Cicerone Clodius potestatem permisit. et Gabinius equites ab accessu ad senatum impediuit: itemque unum ex his, quod ubermientius instaret, reipublicæ administeratione cecidit. Hortensium autem et Curionem, quod cocontibus equitibus affuisserent, legationemque inscripserint, criminatus est: eosque Clodius in plebem productos per certos homines quos ad id preprauerat, uerberibus huius te-

Cicero ab  
aduersariis  
superatus in  
exilio abiit.  
Gabinius.

L. Pisonis gationis causa concidit. Secundum hæc Piso, et si bene erat sententia, Ciceronem affectus uidebatur, eique consilium dede-  
rat, quoniam aliter saluus esse minimè posset, ut suū ipsius  
interitum fuga evitaret: tamen ira commoto ob hæc Cice-  
rone, ut primum per ualitudinem (qua plerunque uteba-  
tur infirma) potuit, in concionem progressus, interrogata-  
tusque à Clodio, quid de lege sentiret, respondit nullū sibi  
ad eos summatque inhumanum factum probari. Similiter  
Gabinius interrogatus, non modò Ciceronem non lauda-  
uit, sed etiam equites apud senatum accusauit. Iam Cæ-  
sar milites extra urbem in expeditione habebat: igitur  
eius causa Clodius concionem extra moenia conuocau-  
rat, ut eum legis sue approbatorem haberet. Is igitur Cæ-  
sar ea que contra leges in Lentulum erant acta, damna-  
uit: pñnam uero quam lex ei actioni irrogabat, non pro-  
bavit, & que de toto eo negocio sensisset, ea omnibus no-  
ta esse dicebat: se enim sententiam pro eorum salute tum-  
tulisse, interim tamen non conuenire, ut de rebus præte-  
ritis talis lex feratur. Atque hæc Cæsaris fuit sententia.  
Crassi sententia. Crassus autem per filium suum Ciceroni opem tulit, ipse  
populi studium sectans. At uero Pompeius, qui auxiliū  
promiserat, crebras excusationes afferens, deditaque os-  
pera crebras profectiones peregrinè suscipiens, Ciceronē  
destituit. Is itaq; cum ea uideret, atque in metu esset, ad  
arma sumenda se conuertit, manifestò & aliis, & ipso  
Pompeio per contumeliā in traductis. Prohibitus autem à  
Catone & Hortensio, ne bellum intestinum ex a res conci-  
taret, ita demum inuitus cum dedecore, neque sine infas-  
mia perinde ac si conscientia sua uictus uoluntarium exi-  
Cicero in lium subiisset, urbe excessit. Prius tamen quām discede-  
exiliū it. ret, in Capitolium ascendens, simulacrum quoddam Mi-  
neruae, quam Custodem appellabat, consecravit. Contu-  
lit au-

lit autem se in Siciliam, cuius aliquanda patronus fuerat, multumque spei et in populis, et in priuatis hominibus, ipsoque praefecto habebat, se ibi cum honore futurum. Profecto in exilium Cicerone, statim lex, non modo nemine iam resistente, sed summo omnium studio confirmata est: hique adeo, qui precipue Ciceronis rebus fauere antea putabantur, ut primum is e medio abiit, eam aperte probauerunt. Igitur facultates eius publicatae, et deinceps; eius tuncquam hostis solo equatae, et eorum arca templo Liberatis consecrata est. Cicero autem exilio damnatus est, mansioque in Sicilia abnegata, iussusque abesse a Roma ultra CCC LX VIII millia passuum: preterea que edictum, ut si intra eos fines ueniret, et ipse, et qui cum suscepissent, impunè a quo quis occidi possent. Itaque Cicero in Macedoniam transiit, iliq; in luctu ultam egit. Ibi cum eo Philiscus quidam congressus, qui etiam Athenis cum eo consuetudinem habuerat: Non te, o Cicero pudet, inquit, ita lamentari, ac muliebris affectibus indulgere? Evidem nunquam te ad tantam animi molliciem redactum existimabam, qui multis ac uariis disciplinis imbutus es, multisque ipse consuluisse. Ad huc Cicero: Atqui longè aliud est, o Philisce, pro aliis uerba facere, quam si bi ipsi consulere. Nam quae pro aliis dicimus, ea cum a recta atq; integrâ ratione proficisciatur, utiq; uim suā obtinent: uerum animus, uti quis cum morbus occupauit, obtunditur, caligoque ei offenditur, ita ut nihil idoneum ex cogitare possit. Itaque uetus illud relictissime dictum est, scilicet esse alios adhortari, quam scilicet ipsum contra aduersas res obfirmare. Hunc in tua quidem, inquit philiscus, naturae consentanea dicas; atqui te tanta intelligentia usum, ita ad sapientiam exercitatum, ita imparatum ad humanos casus fore nunquam sperabam, ut non, si quod

Philiscus Cicero exilem consolatur.

inopinatum obtigisset, ad id premunitus esses. Nūc cum ī īcum locum rcs tue deductae sint, quid obstat quin ego tecum ea quae ad rem faciēnt disputans, aliquid tibi utilitatis afferam: ac quemadmodum hi qui alios in oneribus bariandis adiuuant, eos levant, ita ego quoque tuā tibi calamitatem leviorē reddam: idque tanto minori labore, quod ne minimam quidem eius partem in me sum recepturus. Neque de dignaberis, ut opinor, aliorum consolationes. Nam si ad hoc tu tibi ipse sufficeris, nūbil profectō mco sermone opus esset: nunc perinde tibies uenit, ac si Hippocrates, aut Democedes, alijsque quispiam præfantissimorum medicorum morbo agrè sunabili deprehensus: ad eum curandum alieno auxilio egeat. Evidēt, inquit Cicero, si talem orationem habes, qua caliginem istam ab animo mco remoueras, ac me in pristinam lucem reducas, paratiſsum me ad eum audiendum hates. Quemadmodum enim medicamentorū, sic orationum etiam cū multe sunt differentie, tum uarie uires, ut mirum non sit, mco, qui in Senatu, concionibus, iudiciisque præclarus fui, aliquas sapientia tamen à te imbui. Tum Philiscus: Agendum, quando ad audiendum paratus es, id primum consideremus, sint ne hæc uerē mala, que te nunc circumstant: deinde uideamus, quo pacto his medcri queamus. Primo omnium ego te (quod nimurum natura primum est bonum homini) sa- num corpore, & firma ualitudine præeditum uideo. Deinde que ad uitam sustentandam faciunt, ea tibi affatim adsunt, ut neque famem propter penuriam perfirre opus habeas, neq; sitim, neq; frigus, neq; quicquam aliud mali: quod sanè secundum a natura donis bonum hominis merito quis dixerit. Nam si quis corporc benēsanō utatur, uitāmq; ducere sine curis posset, is omnium corum que  
ad fili

Orationis  
variz vices.

Quæ ver  
aut mala  
fin.

ad felicitatem faciunt, fructus sentit. At uero, excipit Ciceron, haec omnia nihil prosunt, ubi animo egerè est, isque realiqua mordetur. Longè enim maiorem animi solicitudines mystriam, quam uoluptates corporis delectationem homini afflunt; quo modo nunc ego nec corporis sanitatem magni aestimo, cum animo laborem, nec rerum necessariarum copiam, cum plurimis sim spoliatus. Hec tamen, inquit Philiscus, tibi dolorem afflunt? Evidem si iis, quae ad uiuendum necessaria requiruntur, carendum tibi in posterum esset, causam haberes, cur amissas res mores res: at quoniam ea tibi omnia abunde suppetunt, quid est quod tibi molestiam afferat? Omne enim id quod praeter ea quae necessaria habemus, possidetur, superfluum est, in nulloque discrimine, adsit ne uel absit, ponendum. Ergo quoniam antea etiam iis, quae necessaria non erant, usus non es, ea aut tunc quoque libi non adfuisse, aut etiam num talia esse, quibus non indigas, existimat debes. Etenim eorum pleraque non à maioribus tuis acceptas, ut eo nomine maior tibi ratio eorum habenda esset: sed lingua tua, orationibusque tibi parva, iisdemque amissa sunt: itaque te indignari non decet, si quo modo ea quae siue sti, eodem perdidisti. Ita enim nauicularij quoque cum frequenter iacturam faciant, id non egerim se ferunt, prudenter, ut arbitror, reputantes secum, à mari siti ea eripi, que antea idem dedisset. Ac de his quidem satis. Ita enim sua tuo, homini ad felicitatem sufficere, ut que ad usum uite opus sunt, omnia possidat, neque ullius rei qua ad sustentandum corpus indiget, destruitur: omne autem superflua canrum, curas, negotia, & multorum inuidiam secum trahere existimo. Quoniam uero nullum fructum bonorum corporis esse dicas, nisi animo etiam bene sit, uerum id ego esse sentio, namque fieri non potest, ut animo ma-

Iactutæ  
nautæ cul  
minus exigit  
ferant.

lè affecto non corpus etiam unà laboret. Veruntamen  
 longè faciliorcm esse rationcm arbitror curandi, ut a-  
 corporis &  
 animi com-  
 paratio.  
 ex carne compactum, multis per se incommodis obuium  
 est, multo autē numinis auxilio indiget: contrà animus,  
 cuius diuinior est natura, minori opera cōponi institui-  
 que potest. Videamus ergo, si lubet, quæ bona animi tibi  
 adsint, aut quid mali cum occupa uerit. Evidem te in-  
 ter omnes mortales prudentia præstare uideo. cuius rei  
 argumenta habeo, quòd ea quæ uel senatu uel populo cō  
 Orationis fuluisti, plerunque persuasisti: plurimum autem priua-  
 uitutes.  
 tos homines tuo patrocinio iuuisti. Deinde iustissimum  
 te esse censeo, quippe qui semper pro patria & amicis  
 propugnans, in certamen aduersus eos qui his insidiis  
 struerent, descendisti: haecq; adeò ipsa, quæ nūc passus es,  
 non alia de causa tibi obtigere, quam quòd pro legibus  
 & Republica dicere & facere omnia perseverauisti. Iā  
 temperantia quoque summa te præditum esse, documen-  
 to est ipsum tuum uitæ institutum. Impossibile est enī  
 in intempe-  
 rantes.  
 cū qui se scrutio uoluptatum corporis obstrinxerit, in  
 publico subinde uersari, & in foro agere, nisi eorū que  
 noctu fecisset, de dictis testimonia proferre uelit. His ita ha-  
 bentibus, ego te fortissimum quoq; esse iudicaui, qui &  
 tantis uiribus animi, & tanto sermonis robore utebaris:  
 uerū uidcris mihi ipse de statu animi deiectus infortu-  
 nio, quod te præter & spem & meritum tuum percudit,  
 non nihil de summa fortitudine detraxisse: quod tamē sta-  
 tim sis recuperaturus. Quamobrem cum tue res eo loco  
 sint constitute, ut & corpus incolue, & animum inte-  
 grum habcas, haud equidem uideo quid'nam id sit quod  
 te dolore afficiat. Ad hec uerba Cicero. Itū ne tibi ergo  
 non ingens malum ignominia & exilium uidentur, &  
 dom

domo amicorumque conuersatione carere, patria per contumeliam eictum in aliena terra uiuere, oberrare quod nomen extorris ferentem, risum inimicis, dedecus uero suis prebeatem? Mibi uero nullo modo, inquit Philiscus. Cum enim duo sint, ex quibus constemus, animus atque corpus, cumque utriusque horum certa tam bona quam mala prescripta sint a natura, si quod uitium alteri horum incidat, id necessariò et perniciosum et turpe est putandum: si in eadem rectè se habent, potius bene nobiscum agi arbitrii tremur. Porro is plane tuarum nunc est rectus status. Nam cetera ista, ignominiae, et si que sunt id genus alia, tantum hominum arbitrio atque opinione turpia sunt, et mala, ita ut nullum neque corpori, neque animo detrimentum affrant. Quod enim corpus mihi in morbum incidisse, aut interruisse, aut quem animum iusticie scientie ue danum tulisse propter ignominiam, uel exilium, uel aliud quippiam cuius generis dicere potes? ego quidem id plane non uideo: at qui in causa est, quod nihil horum natura sua malum est, sicut nec honores, aut uita in patria acta suscipit natura bona sunt: uerum omnia ciuiusmodi, qualia ea unusquisque nostrum esse iudicat. Iam nec honores, nec que ignominiae apud omnes homines eadē habentur: quin imò que apud alios culpantur, eadem alij laudent: et que alij honore prosequuntur, ea alij supplicio afficiunt. Sunt qui omnino neque nomen, neque rem ipsam, que honor uel dedecus dicitur, norint: idque optimo iure. Quae enim humana naturam non attingunt, ea isti respectu re quidem ad hominem censent. Itaque ut proculdubio perridiculum sit, si quod iudicium aut decretum fiat, quod certum hominem agrot: re, aut in honestum esse iubeat: eodem modo de ignominiarum habet, atque eandem rationem ego exiliū esse uideo. Est enim exilium, peregrinatio.

Exiliū, igno  
miniam &  
similia, non  
esse malorum  
numero ha  
benda.

natio quedam cum ignominia coniuncta: unde fit, ut quando ipsa ignominia per se malum non est, ne exilio quidem mali quippiam cōciliare posset: siquidem alioquin magnus eorum est numerus, qui plurimum temporis alij inuiti, alij sponte suis peregrinantur: nec desunt qui hinc inde obambulando totum uitæ spaciū insūmat, tanquam subinde omnibus locis expulsi, nec tamen id sibi damno cedere existimant. Neq; uero interest quicquam, sponte' ne aut inuitus quippiam facias: nec enim is qui nolens corporis exercitationis se dedit, minus roboris eo acquires, qui ultrò hoc facit: nec qui inuitus nūicularium agit, minorē hinc fructum capit, quād qui uolens. Quanquam non intelligo, quomodo fieri posset, ut uir prudens quicquam inuitus faciat. Itaque si in eodis crimine positum est, bene' ne uel male nobis sit, ut ea

Voldetas na  
turā rei nō  
mutat.  
Voldetas ne  
cessari ac-  
commodāda.  
Necessarias.

que uolumus, libenter, que nolumus, inuiti faciamus, in promptu huius rei est medela. Nam si omnia que aliter fieri nequeunt, uolentes subeamus, neque ulli necessarie et res succumbamus, iam illa etiam que inuitis nobis obuenire putantur, sub his compræbensa erunt. Itaque uetus illud rectè admodum se habet, debere nos non capere ut fiant, que uolentibus nobis eueniarent: sed ea uelle, que ex necessitate quadam eueniunt. Necque enim uitam nostro ipsorū arbitrio ducimus, neque in nostra potestate casita est. sed ut uisum fuerit fortune, ita uicēdum est: & quale fatum nostro uite curriculo destinatum, talem nostram quoq; uitam esse necessum est. Atq; hec ita sunt, siue nos uelimus, siue nolimus. Quod si te nō ignominia hac, neque ipsum exiliū affligit, sed quod  
enī tantum nulla tua in patriam iniuria, uerū etiam summis tuis in eam beneficis extantibus, ignominia affectus, & electus es, hoc tibi reputandum est: quādoa quid

quidē ita omnino in fatis tibi fuit, ut haec patereris, hoc  
 tibi pulcherrimum & optimū accidisse, quod nullo tuo  
 merito in hanc deueneris calamitatem. Etenim tu pro  
 tuo officio omnia ex consuluisti ciuibus tuis, ex egisti:  
 neque ex priuatus, sed Consul: nec ipse per te negocium  
 aliquod curiosè suscipiens, sed senatus consultū secutus,  
 non seditionis causa, sed ut quām optimē recipublicæ cō  
 suleres: contrā certi quidā homines potentia sua ex la-  
 dendī studio adducti omnia haec in te machinati sunt.  
 Quo fit, ut illos quidē suæ iniusticie causa dolere ex lu-  
 gere conueniat: tibi autē ex pulchrum & necessarium  
 est ex fortiter perferrre, que fortuna tibi tua imposuit.  
 Neq; uero malles Catilinae & Lentulo conseclerate cō  
 iurationis socius, et que omnia contra recipublicæ incolu-  
 mitatē molitus, nihil quod ex tibi insisset secutus, domi-  
 manere iniusticie obnoxius, quām cū officio tuo satis-  
 fecisses, solam uertere. Iam si ex estimationis etiam ra-  
 tionem habes, longè prestat te nullo flagitio admisso pa-  
 tria excedisse, quām perpetrato malo aliquo facinore  
 in ea remāsse. Nā ut cetera omittam, dedecus profectō  
 nō in eū qui iniquē in exiliū mittitur, sed in hos qui con-  
 tra ius eū ciiciunt, redundant. Quanquā ego te accepi nō  
 inuitum, aut iudicio damnatum, sed ultro abiisse, quod  
 apud eos uiuendū diutius tibi nequam duceres, quos  
 neque meliores reddere posses, neque cum ipsis perire  
 uelles. Itaq; non patriam, sed eius insidiatores reliqui-  
 sti, qui profectō extorres & ignonunia notati sunt,  
 quod omnia bona ex animis suis profligauerint. Tu uer-  
 o honoratus, felixq; es, neq; cū dedecore seruire opus  
 habes, ex rebus necessariis ad uitam affluēs, siue in Ma-  
 cedoniam, siue alibi terrarū uiuere statueris. Neq; enim  
 loca ipsa felicitatē beatitatem ueram afferunt homi-  
 nis. *Ex libris* Omne folia

fortis patria nisi, sed unusquisque nostrum ipse sibi et patriam, et uitam beatam omni tempore ubicunque locorum efficit. Hec intelligens Camillus, haud grauatum Ardeae habitauit. Hec Scipio reputans, absq; molestia Litterni uitam exegit. Quid enim Aristodem referam, quid Themistocle, quorum gloria exilio aucta est? Quid Annium, quid Solonem, qui consulto decennium a patria abfuit? Et tu igitur ne quid horum que neque ad corpus, neque ad animum pertinet, grauiudica, neque indignè tuos casus fer: quandoquidem nulla nobis optio iuuendi nostro arbitrio proposita est (ut dixi) sed necesse omnino habemus omnia tolerare, que de nobis Fortuna statuerit. Quid si hoc sponte nostra fecerimus, dolore uocabimus; si noluerimus, neque ea que fatum nolis destinauit, effugiemus: et inanes preterea in dolores, summum illud malum incidemus. Cuius evidens indicium est, quod alij mortales etiam res aduersissimas leuiter ferunt, sequent nullo malo conflictari censem: alij leuisimis oppressos se arbitrantes, nullum a se malum quod in hominem cadere posset, abesse putant: itemque alij prosperos euentus male, alij duros recte accipiunt, efficiuntq; ut resistet tales aliis esse iudicentur, quales illi ferendo eas esse ostenderunt. Hec cum animo tuo cogitans, neque praesentem statum iniquo fer animo: neque si eos quia profugaure, fortuna secunda uti auides, id tibi molestiam afferat. Ea est enim humanarum felicitatum alioquin conditio, ut momentaneae sint, in que diem durent: ac quanto quis maiora ab his incrementa accipit, tanto facilius auro instar coedit, idque praecepit in seditionibus. Quippe homines qui in perturbatis, fluctuantibusque rebus uersantur, parum aut nihil potius ab his differunt, qui tempestate iactantur. eodem et in tempesta num modo suis deque, et in omnes partes abripiuntur: ac

si

Felicitas  
momenta-  
nea.  
  
 In sedicio-  
nib. vivere,  
et tempesta

si quid eos uel minimum se fellerit, proflus submerguntur. te iactari, at  
 Ac ne tibi uel Drusi, uel Scipionis, uel Gracchorum, a finia.  
 liorum ue exempla commemoram, memoria tenes quomo  
 do Camillus quondam exul, deinceps post scrutatum à se  
 Capitolium uita functus sit: meministi quantum Aristides  
 ab exilio suo Themistocli prestatiterit. Igitur tu quoque  
 sperare quidem in primis debes, futurum ut in patriam re  
 ducaris: (neque enim ob aliquod tuum facinus iniustū ea  
 pulsus es: atque audio ab his ipsis, quorum opera cieclus  
 es, te requisitum iri, desideratum autem ab omnibus) sin  
 presens tibi status habendus est, ne ob hunc quidem quic  
 quam te affligere debes. Verum, si meo consilio obtempe  
 raueris, aliquod tibi praeedium maritimum deliges, ab hor  
 minum frequentia remotum: ibi agricultura uacabis, et  
 te ad scribendum exemplo Xenophontis Thucydidisque  
 conferes. Ea enim pars philosophiae diutissime permanet,  
 ac omni homini, omni administrationi recipillicet conue  
 nit, ad quam ocium magis idoneum exilium confert. Ita  
 que si immortalitatem consequi cupis, quemadmodum ex  
 isti consecuti sunt, imitare eos. Etenim nulla re necessaria  
 cares, neque ullius honoris indiges. ac si quid etiam  
 in illis boni est, Consulatum gesisti: atqui iterum, ter  
 tium uel quartum in magistratu fuisse, nihil aliud secum  
 fert, quam inane literas, que neque uiuo, neque mortuo  
 quicquam conducunt, ut non Corvinus potius, aut Marius  
 septem Consulatibus nobilis, quam Cicero esse uelle de  
 beas. Ceterum te magistratum expetere non arbitror,  
 qui oblatum tibi repudiaris, contempto quod ex eo ha  
 betur emolumento, spret. que breuiilla potentia, que om  
 nibus calumniari uolentibus exposita est. Que ego non  
 eò recensui, quasi uero ad beatitudinem necessariò require  
 rentur, sed ut uidres, si omnino ita opus fuisset, tamen te  
 in re

in republica etiam satis diu uersatum: ut ex his que dixi, animaduerso institutorum uitæ discrimine, alterum deligeres, alterum abiiceres: hoc persequeris, illud fugeres. Exigua enim est uitæ nostræ portio: itaq; opus tui est, ut quanto tranquillitatem perturbatione, quietem tumultu, libertatem scrutute, securitatem periculis potiorem cognoueris, tanto magis id uitæ genus amplecti, ad quod te adhortor. Sic enim cùm tu beatus, tū tuū & uiuentis & mortui nomen magnum erit. Quod si in redditum, & splendorem in republica incumbas, nobis equidem grauius quidquam dicere: sed tamen in rem ipsam intuens, tuāmq; in dicendo libertatē considerās, præterea multitudinem potentiamq; tuorum aduersariorum cernens, uereor ne denuò in periculum adducaris; actum quidem, si exulandum tibi fuerit, pœnitentia corripiere: sin extrema patieris, ne pœnitentiae quidem locus erit. Enim uero quis non rem horrendā atq; turpē esse iudicet, caput hominis amputari inq; foro poniri, atque ita ei & uiros & mulieres insultare: ac ne tum ha natibi predicentem oderis, sed ea que celestibus auguris comperta predico, caue. Neque uero te id decipiatur, quod nonnullos ex potentibus tibi amicos habes. Nihil enim tibi horū que nunc uidetur amicitia, aduersum inimicos auxiliū affret, quod iam nunc expertus es. Quis, cunq; enim potentiam affectant, cetera omnia cupiditas, tuisque postponunt, ita ut amicissimos etiam generēque proximos, iniuriasorum loco habeant. His auditis Ciceron, non nihil dolore leuatus est: non autem diu exalusuit, sed ab ipso Pompeio, cuius opera præcipue pulsus erat, reductus est. In causa fucre Clodij facinora, qui Tigranem iuniorem, qui etiamnum in uinculis apud L. Flanum detinebatur, corruptus pecunia eripuerat & dismisserat.

Prædicti Ci  
ce. exitium.

„ cunq; enim potentiam affectant, cetera omnia cupiditas, tuisque postponunt, ita ut amicissimos etiam generēque proximos, iniuriasorum loco habeant. His auditis Ciceron, non nihil dolore leuatus est: non autem diu exalusuit, sed ab ipso Pompeio, cuius opera præcipue pulsus erat, reductus est. In causa fucre Clodij facinora, qui Tigranem iuniorem, qui etiamnum in uinculis apud L. Flanum detinebatur, corruptus pecunia eripuerat & dismisserat.

miserat, indignatosq; eius facti causa Pompeium Gabienumq; contumeliis consecratus erat, eorumque affectus uerberibus & uulnibus multauerat, Consulis fastes confregerat, facultatesque eius sacras esse iusserat. Ob haec iratus Pompeius, cōque potissimum, quod cum ipse Tribuni plebis potestatem suam reddidisset, eam cōtra ipsum Clodius usurparet, Cicronem reuocandum sibi statuit, confessumq; eius redditum agitare per Ninniu compit. Is obseruato tempore quo Clodius non aderat, in Senatu de Cicerone retulit; intercedente autem alio Tribuno plebis, suam rogationem, ut de qua cum populo acturus esset, publicè proposuit, atq; in omnibus prorsum se rebus Clodio opposuit, unde & contentiones & conflictus utring; aliquot exorti sunt. Antequam haec fieret, Clodius suorum consiliorum tanto facilius exequendorum causa, Catonem è mediorem ouere cupiens, atq; ut Ptolemeum Cypri regem ulcisceretur, à quo cum à piratis esset captus, redemptus non erat, insulam Cyprum publicam Pop. Rom. esse iubet, & ad eam constituedā Catonem perinuitum quidem cum amandauit. Hec ita ad urbem gesta. Interim Cæsar cum nullum in Gallia bellū, omnia quietissima inuenisset, tunc ne in pace degendū esset; ut primum fortē fortuna se se bellum obtulit, aliud ex eo tractum est, ita ut quod maximē in uotis habuerat, omnia & bello conficeret, & uictoriam obtineret. Nam Heluetij cum magnopere excréuissent, ac pro multitudine hominum parum sufficientem terrā possideret, partem quidem aliquā suorum aliò in coloniam quandā dimittere consultum non putabant, ne à se se inuicem diuisi, insidiis eorum quos aliquando leverant, opportuniores fierent. Igitur postquam omnes domo sua exire statuerūt, ac in meliorem aliquā atque ampliorem regionem

Cæsaris bellum contra Helvetios.

Heluetij solū vertunt.

nem transire, omnes suos uicos oppidáque incendunt, ne quis s̄tēm de redditu in patriam habere in posterū posset: ipsi duce Orgetorige, ascitis nonnullis aliis etiā populis, quos eadem cause ad mutandum solum compulerat, Rho danum transire, regionēmque aliquam ad Alpes sitam oc cupare instituunt. Cæsar ponte resiſſo, alia etiam que ad transitu eos prohibendos facerent, parabat: ad eum Helvety legatos mittunt, rogantes ut sibi eius uolunta teliceret transire: promittentesque, se sine ullo maleficio per agrum Romanorum iter facturos. Quanquam minime ipsis fidem haberet Cæsar, neque concessurus erat, ut aliquò progrederentur: tamen quod nondum satis paratus erat, deliberaturum se cum suis legatis de eorum postulatis respondit, diēmque ipsis constituit qua respōsum acciperent: nonnullam quoque eis spēm obtinendi transitus ostendit. Interim opportunitima quæque loca foſis ductis, murisque communiuit, ut iter ipsis obstrueret. Bar bari cum ad tempus expectassent, postquam nihil horum de quibus conuenerat, præstari sibi audiunt, iter ingressi, primū per Allobrogos, eò quod instituerant, contendebunt. pōst cum ad munitiones p̄trucnēre, in Sequanos con uerisunt, per eos et Heduos, transitum ipsis, quod se ab omni maleficio temperaturos pollicerentur, haud inuitē concedentes, iter facientes. Verū cum pactis non starēt, sed corum regionēm popularentur, Sequani et Heduile gatos ad Cæarem mittunt rogam̄ auxilium: petuntque ne in conspectu eius sibi p̄cundum sit. Et quanquam corum oratio cum re ipsa p̄rum conueneret, tamen id quod petebant, impetraverunt. Cæsar enim ueritus, ne ad Tolosam Helveticj proficierentur, statuit potius iunctis sibi Heduis Sequanisque eis resistere, quam si cum Helvetiis h̄i conspirassent (quod haud dulicē futurum erat) bcl lum ad

lum aduersum omnes simul suscipere. Itaque Heluetios  
 transeūtes Ararim flumen adortus, nouissimos in ipso flu-  
 minus transitu concidit; qui uero progesii iam erant, eos  
 repentina ac celerrima insecutione, cladēque suorum ita  
 terruit, ut cum Cæsare agere de regione aliqua, quam  
 ipsis assignaret, cuperent. Id tamen frustra fuit. cū enim  
 obsides ab ipsis peterentur, indignati, non tam fidem sibi  
 non haberí, quām quōd obsides dare se indignum existi-  
 marent, passionum nullam post hac rationem habuerunt:  
 sed progesii ulterius, equitatum Cæsaris, qui à peditibus  
 procul procurrerat, ac iam præter postremi agminis cu-  
 stodes prouectus erat, suo equitatu exceperunt, uice-  
 rūntque. Eo prælio sublati Heluetij, Cæsarēque fuge-  
 re, quia inferior discessisset, præcertim quōd ob penu-  
 riā commicatum ad urbē quandā extra iter proposi-  
 tum sitā se conuerterat. putantes, non i: m ipsi procede-  
 re, sed cum insequi cōperunt. Cæsar eo animaduerso, ho-  
 stium impetu & multitudinem ueritus, peditatum in lo-  
 cum quendā editum subducit, equites autem primo loco  
 exponit, qui cum hoste manus cōsererent, donec ipse ca-  
 stra loco idoneo collocasset. Heluetij cum iterum equita-  
 tum Romanum reieciissent, iamque ad ipsum locum quem  
 editorem occupatum à Cæsare diximus, animose contens-  
 derent, Cæsar repente cum suis in eos occurrit: & agmi-  
 ne ordinato hostes nullo ordine obuiam euntes superiori  
 ex loco aggressus, leui certamine repulit. Quos cum fu-  
 gientes Romani persequerentur, eos alij nonnulli Helue-  
 tij, qui prælio partim ob multitudinem, partim ob festi-  
 nationem reliquorum non interfuerunt, à tergo repente  
 adorti sunt, perturbarūntque neque tamen magnam rem  
 ullam consecuti sunt: quia Cæsar equitibus insecutione  
 fugientium mandata, cum armatis hostem aggressus fudit:  
Heluetij  
fundūtur.  
Equites Cæ-  
sarē uincū-  
tut.  
Heluetij  
uincuntur.

et utrunque eorum partem usque ad carros uictor sua  
gicntem insecurus, ibi denuò fertiter se se deinde supe  
rauit. Hac clade accepta, barbari in duas se partes disiun  
xerunt; quarum altera, conditionibus à Cæsare acceptis,  
in domum suam, unde profecti erant, regresi sunt, ibique  
urbes suas restitutas incoluerunt: reliqui arma tradere  
abnuentes, ad Rhenum, quo loco antiquitus habitassent,  
reuerteri se posse rati, iter suscepserunt: eos Romanorum  
socij, per quos iter faciebat, et paucos, et iam ante su  
peratos, nullo negocio pessimamente derunt. Eo modo Cæsar  
primum bellū patrauit. Hoc uero principio factō, nequa  
quam queuit: sed et ipse suum institutum perfecit, et so  
cijs gratificatus est. Sequani enim, Heduique, cum eius cu  
piditatem uiderent, atque res ipsas speci eius respondere,  
ut et ipsi beneficium offerrent

Belli Cæsa  
ris contra  
Ariouistum  
occasionses.

Ariouistus  
Germano  
rum rex, so  
cius Roma  
norum di  
aus.

partemque regionis aliquam Germanis finitimis ade  
merant, eosque sibi stipendiarios acceptis obsidibus fric  
erant. Facile autem obtinuerunt à Cæsare, ut auxilio ipsis  
ueniret. Germanis illis Ariouistus imperabat, cuius re  
gnum Romani confirmauerant: ipsumq; Cæsar in Consu  
latu suo inter amicos sociosq; Romanoru adscripscerat.  
Cæsar, quod Ariouistus bello clarus, potensq; haberetur,  
parui pendebat: id tantum agebat, ut ab eo occasionem  
dissidijs acciperet, neque prior cum inuadere uideretur.  
Itaque Ariouistum ad se uocat, habere se de quibus cum  
eocommunicaret, indicans. Ariouistus non obtemperauit:  
et si quid sibi uellet Cæsar dicere, ad se uenire iussit: non  
tantum quia Cæsare ipse inferiorem se non diceret, sed  
etiam quia qui ab alio quid uelit, ad eum ueniat par est.  
Quo responso commotus Cæsar, quod ad contumeliā no  
minis Romanis spectare uidebatur, constim ab eo socio  
rum obſi

rum obsides poposcit: edixitque præterea, ne in eorum regionem ingredetur, ne eum ex patria sua auxilia accer-  
ceret: neque id sp̄e terrendi sed irritandi Ariovistū facie-  
bat: existimabatque se ita magnam atque dignam bellū  
ansam accepturum. Neque cum hec sp̄es s̄. filii. nam ini-  
quissimo animo imperata hec Ariovistus tulit, atque per  
quām firociter respondit. Igitur Cæsar per legatos mini-  
mè respondit, sed extemplò Vesontionem urbem Sequa-  
norū, priusquam id quisquam sentiret, occupauit. Inte-  
rim milites, cum nunciatum esset Ariovistum magno co-  
natū se ad bellum parare, multitudōque alia Germano-  
rum ei auxilio ueniētiū partim iam Rhenum transiūs-  
se, partim ad ipsum fluuium in insidias concedisse dicere-  
tur, à quibus repente inuaderentur, ingens tristitia occu-  
pauit. Ita enim eos magnitudo corporum, multitudōque,  
tum audacia, minēq; hostium ab ea profecte terruerant,  
ut sibi non cum hominibus, sed immanibus ac fœuis belluis  
rem futuram putarent: itaque sermonem spargebant, bel-  
lum à se suscep̄tum esse neque iustum, neque decretum, ob  
ambitionem tantum Cæsari⁹ ceptum: minitabanturque  
etiam, nisi is sententiam mutaturus esset, se eum desertu-  
ros. Ea re cognita Cæsar, ut eius gratia uniuersos milites  
compellaret, consilium non putauit. neque enim: censebat  
commodum esse, huiusmodi orationem ad multitudinem  
habere, que ad hostes deinde enunciaretur, uerbaturq;  
ne dictio non audientes milites, tu multuarentur, atq; ma-  
lam aliquam rem perpetrarent: gitur legatos suos, reli-  
quosq; minores magistratus cōuocauit, atque in hec uer-  
ba eos allocutus est: id ē ego uos, et: hic, de proprijs atque  
publicis rebus consilium sequi debere, minimè existimo.  
Neque enim idem est, quod quiuis pro se sequitur, cum legato &  
eo quod communiter omnibus propositum est. Nam

Trepidatio  
inter mili-  
tes Cæsaris  
de Germa-  
nis.

Cæsaris ad  
cœlum  
scorciatio.

nos quidem ea querere, quæ quām maximē commoda, tutissima unicuique nostrūm sint conuenit: populo autem ea & suscipere, & agere, quæ ei sint optima. Ac quamuis tranquillus status ne priuatim quoq; sine industria conseruari potest: tamen cui minimum sit negotiorum, is maximē tutus habetur. Ciuitas autem, præsertim si quem obtinet dominatum, hac ratione absque mora pessum iuerit. Quod non ab homine ita institutum, sed ab ipsa natura lege sancitum, itz semper se habuit, habetque adhuc, & habebit etiam quandiu genus humanum durauerit. Hæc cū ita sint, minimē cōuenit aliquem uestrūm in præsentia maiorem suæ voluptatis atque incolumentis prouidentiam facere, quām quid uniuersis Romanis & decorum sit, & expediat. Existimare enim debetis præter cetera, quæ par est à uobis expendi, hoc in primis, nos tot tantosque viros senatoriæ equestrisq; dignitatis, qui magnam militū copiam sub nobis habemus, magnamque pecunie uim, non ea de causa: hic uenisse, ut ocio indulgeremus, aut neglectim uiucremus: sed ut subditorum res recte constitueremus, facultates confederatorum tutas præstaremus, uim ijs facere conantes propulsaremus, res nostras augeremus. Etenim nisi hæc causæ nobis fuerūt, quid fuit cur initio expeditionem ficeremus, ac non postius domi apud nostras res mancremus: ac præstiterat equidem nunquam omnino suscipere bellum. quām susceptum prodere. Quod si adsumus, alij ea necessitate: hic compulsi, qua patriæ imperati exequi tenemur, maior uero pars ultrò honorum emolumenti que causa quæ

priuata sa-  
lus publica  
incolumenta  
se contine-  
tur.

militia queruntur, quānam ratione uel honestum uel pium uideatur, spes nos & eorum qui nos huc miserunt, & nostras ipsorum uanas reddere? Ac priuatim quidem nemo omnium ita potest letis rebus uti, ut non idem cum republica

republica corrucante pereat: at res publica si prospero suc-  
cessu utatur, etiam priuatorum omnes calamitates potest  
subleuare. Hec non aduersus uos, amici comititonis que,  
a me dicuntur, qui adestitis, quosque ego nec ob ignorantiam  
doctrinam, neq; ob negligentiam admonitione opus  
habere noui: sed quia animaduerti esse nonnullos ex mi-  
litibus, qui rumorem diuulgant, bellum nos inconuenienter  
sujcepisse, qui que alij seditionis autores sint, uo-  
lui uos ex mea oratione & studi in patriam uestram con-  
firmandi, & illos de officio suo docendi rationes accipe-  
re. Plus enim utilitatis capere possunt, priuatim ex uobis  
& sepius haec audientes, quam de me semel. Hoc igitur  
illis dicite, maiores nostros non domi residentes, non mul-  
tum detrectantes, non bella fugientes, non ignauie stu-  
dentes, tantam urbem nostram effecisse: sed cum & animos  
ad audienda omnia se digna paratos, & corpora prompta  
ad elaborandum in his, quae decreuissent, haberent: cum  
luas fortunas tanquam alienam possessionem semper peri-  
culis obijcerent, aliorum autem ditionem tanquam ad se  
pertinere haud cunctanter suam facerent: cum felicitatem  
in nulla alia re quam sibi honestis actionibus ponerent, in  
ocio autem degere, in felicitatem putarent. Hec illi consi-  
lia fecuti, cum ab initio tenuissime eorum res essent, ur-  
bemque omnium urbium infirmam haberent, Latinos in  
suam potestatem redegerunt, Sabinos uicerunt, Tyrrhe-  
nos, Volskos, Opicos, Lucanos, Samnitas subegerunt, mo-  
dico temporis spacio omnem regionem intra Alpes iux-  
centem debellauerunt: omnes alienas nationes a quibus  
inuadebantur, repulcrunt. Quorum imitatione posterio-  
res Romani, patresque nostri adducti, non contenti sua  
conditione, neq; sati halentes ea qua a suis maioribus ac-  
perant, sed ocium suam certam perniciem, labores autem haud

Romana  
res quibus  
arribus cre-  
uerit.

dubiam salutē esse existimantes, adhac ueriti ne res ipso-  
rum suis finib. contente detrimentū paterentur, ac sen-  
tute quasi conficeretur, dedecoriq; sibi ducentes, si qui-  
bus tanta à suis præcessoribus relicta erant, ipsi nihil ac-  
quisiuerint, longè plura maioraque prioribus adiecerūt.  
Quid enim opus est singulatim cōmemorare, Sardiniam,  
Siciliam, Macedoniam, Illyrium, Græciam, Asiam mino-  
rem, Bithyniam, Hispaniam, Africam. Sanè plurimum  
illis pecunie Carthaginenses dedissent, ne ad eas partes  
terre nauigarent: plurimum Philippus ac Perseus, ne ab  
ijs bello peteretur: multum Antiochus, eiusq; filij et po-  
steri, ne Europæ fines exirent. Verū neque illi ocium si-  
ne decoro, diuitiāsue ab omni periculo liberas ante glo-  
riam, magnitudinemq; in perī posuerunt: neque hi etiam  
qui apud nos etate sunt prouectiores, qui etiamnum in ui-  
uis sunt: sed hi quoque cum haud ignorarent, ijsdē artibus  
et querit bona et retineri, multa ex his quæ iam antē  
parta erant, confirmarunt, multa autem alia parduerunt.  
Nam hæc quoque quid attinet singula recēdere, Cretam,  
Pontum, Cyprum, Asiam, Albaniam, Iberiam, Syriam  
utramq; Armenias duas, Arabiā, Palestinam: quæ regio-  
nes ne nonnūne quidem prius satis notæ, nunc partim no-  
stro imperio subiacent, partim alijs muneri à nobis con-  
cessæ sunt, ita ut ex ijs redditus, copiæ, honores, ac societa-  
tes ad nos peruenient. His igitur exemplis usi, nolite  
aut maiorum res gestas dedecorare, aut imperium quod  
nunc maximum est, destituere. Non enim nobis eadē quæ  
his qui nihil eorū que recensui possident, consilia capien-  
da sunt. His enim ocio contentis esse, alijsq; sine suo peri-  
culo subditis esse satis est: nobis autem necesse est labora-  
re, militare, ac subeundi sciam periculis præsentem felis-  
citatem tuiri, cui multi sunt intenti. Omne enim id quod  
communem

communem sortē excellit, emulationi inuidiēq; aliorum <sup>Parta cōsec-</sup>  
obnoxium est. hinc illud eorum, quorum conditio est infe-<sup>uanda sunt.</sup>  
rior, contra se superiores bellum perpetuum existit. Prox  
inde aut hoc nobis exoptandum erat, ut ne ab initio quis  
dem tantum supra communem hominum conditionem ex-  
cruissemus: aut quandoquidem ad tantum fastigium do-  
miniumque cœcli sumus, atque ita fatum nostrum fit, ut  
uel in alios imperium summa uirtutinem, uel ipsis con-  
trā funditus pereundum sit. ( Qui enim ad tantam poten-  
tiam peruererunt, eos uitam priuatam sine periculo age-  
re possibile non est ) Agedum Fortune nos committa-  
mus: neque eam cum ultrò suaque sponte maioribus no-  
stris adfuerit, nobiscumque permanferit, à nobis reijcia-  
mus. Quā ut retineamus, non arma nobis abiicienda sunt,  
non ordines deserendi, non tempus inane domi desidendo  
transigendum, non apud socios Romani nominis oberran-  
dum est, sed arma semper in manibus habenda sunt: hac  
enim solum ratione pax conseruatur. militaria opera  
prælijs exercenda: hoc enim unico efficiemus, ne semper  
bellandum nobis sit. socijs auxilio nostro indigentibus  
absque excusatione opitulandum: ita enim longè plures no-  
bis adiungemus. hostibus ut subinde aliquid mouere non  
concedendū: hoc enim pacto fiet, ne quis nos in posterum  
sibi iniuria lacerandos putet. Enim uero si quis Deus no-  
bus spondeat, etiam absque hac nostra opera esset, ta-  
men fore, ut ne quis nobis insidias paret, utque omni-  
bus nostris bonis tutò semper perfruamur, et si ne sic qui-  
dem honestè diceremus, quietis nobis uiuendum esse: ta-  
men aliquam rationem hi afferre possent, qui officium  
suum detrectant. Sin autem necessariò fit, ut qui aliquid  
possident, aliorum insidias impetuantur, profectò operam  
illos dare conuenit, ut conatus horum anteuertant. Ad

<sup>Cur bellige-</sup>  
<sup>rantū Ro-</sup>  
<sup>manis.</sup>

hec qui sua ociose tenent,in periculum de his ipsis plerunque ueniunt:at quibus tantum superest facultatis à suis rebus,ut aliena quoque bello inuadant,facile hi sua tuentur.Neque enim quisquam suis rebus metuens,ad aliena animum adiicit,quòd is timor,quem de proprijs habet,ab omni eum prorsus alienorum cura auertit.Proinde quorsum attinet hoc,quod nōnulli uestrūm dicunt,non opus nobis esse,ut subinde aliquid nobis acquiramus? Effluxeruntne ex animo uestro ea que partim uidistis,partim audiuistis,quēadmodum nulla natio earum que in Italia fuerant,antē patrie nostrae perniciem struere ccessarit,quām in eorum ipsorum terras bellum maiores nostri intulerunt:Nec Epiretē antē finem iniurijs fecere,quām nostri in Grēciā transmiserunt:nec Philippus (qui iam animo agitbat Italicam expeditionem) antequam eius regionem nostri inuaserunt:ncq; Perseus,neque Antiochus,neque Mithridates,prius quām idē passi sunt.Ac , ne alia persequar,Carthaginenses profectiō antequam à nobis hostile in Africa quicquam experti es-sent,in Italiam traciecerunt,regionem populati sunt,urbes uastauerunt:parūm que absuit quin ipsam Romā caperent:ubi primū m̄iores nostri bellum in ipsos conuerterunt,omnino ex nostra terra illi aufugerunt.quod idem de Gallis Celtisque dicere licet.Quandiu enim Romanī intra Alpes se continuerunt.Galli multoties eas transcederunt,multisque Italiē partibus uastitatem intulerunt:at postquam ausi sumus aliquando arma extra nostros fines efferre,cōsque bello aggredi,partē aliquam regionis suę ipsis ademimus,unicumque tantum posthac in Italia Galicū bellum uidimus. Quę cum sint,si quis dicat belligerādum nobis non esse,is aliud nihil dicit,quām non debere nos diuites esse,alij imperare,libertate frui,denique

deniq; Romanos esse. Quare sicut talia dicentē nullo modo ferretis, ô socij, sed manibus potius discerperetis, ita nunc quoque de his sentire debetis, quorum sententiā nō ex uerbis, sed actionibus eorum colligere potestis. Enim uero nemūnem uestrūm ego esse arbitror, quissecus quām dixi sentiendum putet. Quid si quis est, qui propterea minori alacritate bellum hoc gerendū existimet, quod de eo neque in senatu deliberatum, neq; à populo decreatum quicquam est, is consideret quotquot bella à nobis gesta sunt, partim ita obtigisse, ut ad ea preparari possemus, utque indicerentur, partim ex tempore incidisse. Itaq; si domi nobis in ocio uersantibus aliquod mouetur bellum, ita ut querelæ initiò per legationes fiant, utiq; tūc necesse est de eo & deliberari, & scisci, deinde Consules imperatoresque ad id destinari, exercitusue emitti: sed quæ iam egressis nobis, eductisque copijs bella exoriūtur, ea iam nō in disceptationem adducenda, sed tanquam ipsa necessitas ea approbauerit, iussoritq; antequam ingraueſcant preoccupanda sunt. Aut quæ tandem populo Romano causa fuit cur uos amandaret, me statim à Cōſulari meo cum quinquennali imperio, quod nunc primū post hominum memoriā factum est, quatuor etiam legionibus instructum emitteret, si non bellandum nobis esse omnino censuit? Neque enim puto esse quenquam, qui dicat id eo consilio factum, ut frustra aleremur, ut personarū urbes, regionesq; subditas uagaremur, molestiosq; ijs quām hostes ipsi essemus. Hoc igitur facto nobis & præsens bellum, & quæcūque alia cōmissa iniūctaque sunt. Quia in re prudenter admodum S. P. Q. R. nobis eam deliberationem liberam fecit, contra quos esset militandum, nullo certo bello decreto. Longius enim absunt, quām ut aut accuratè ressociorum inspicere, aut eadem

Refutat ob-  
iectionem,  
quod bellū  
non decie-  
tum gerat.

qua nos facilitate certos, paratosq; hostes aggredi posse-  
nt. Nos autē qui & iudices, & ministri huius facti belli  
sumus, ad hęc arma in hostes manifestò in recipsa depre-  
hēsos infirētes, bellū hoc neque sine deliberatione, neque  
iniustè, neq; inopinatō susceptum administrabimus. Ac si  
quis uestrum est, qui secum querat, quodnam tantum

Ariouisti in Ariouisti delictum potuerit intercedere, ut ex socio &  
luriz. amico hostis nobis facius sit, is cogitet, non facta modò

Præstat sibi eorum qui iniuriam nobis inferre conantur, sed consilia  
initiò caue- quoque nobis defendenda, & præueniendum, antequam  
re, quām in- cum nostro damno crescant, neque acceptum demum  
juriā vl- malificium ulciscendum esse. Atqui Ariouistum quām  
cisci acce- maximè hostiliter in nos esse affectū, non aliunde rectius  
ptam.

quām ex factis eius demōstrarari potest. Cum enim amicè  
ad eum nūsissim, petens ut ad nos ueniret, dēq; rebus præ-  
sentibus corām deliberaret, neque uenit, neque uestrum  
se promisit. An uero inique, iniustè, aut superbè à me fa-  
ctum est, quod eum tanquam amicum sociūmque ad me  
uocauī? An uero cum uenire is recusauit, contumelie pe-  
culanti, c.q; sibi quicquam reliquum fecit? An dutium  
est, ipsum uel quod suspicaretur se aliquid à nobis mali  
accepturum, uel quod nos contemptui haberet, id se-  
cisse? Proinde si quam finisram de nobis opinionem ha-  
buit, evidentissimè indicat, se nobis insidiari. Nemo ca-  
nim nobis suspectus est, quem non lēserimus: neque sus-

spicari est animi recti sincerique: sed qui se ad infrena-  
dam alicui iniuriam præparauerunt, statim eoru consciē-  
tia facit, ut se haberi ab illis in suspicione putent: sin uero  
nihil ciusmodi in animo suo habēs, tamen nos contempsit,  
superbisque dictis incessit, qualem cum fore putandum  
est, si rem aliquam aggressus fuerit. Qui enim in ea-  
re, unde nihil lucri erat sperandum, tanto factu usus est,  
profectio

Suspicionū  
cauze.

profectò is liquidò demonstrauit, iamdudum se nihil iusti neque animo agitare, neque re prestare. At qui non contentus eo fuit: sed me, si quid uellem, ad se uenire iufit. Nolite putare, exiguum esse, quòd hoc addidit: magnam enim uim habet ad animum cius declarādum. Quod enim ipse ad nos uenire noluit, id si quis pro eo dicere uellet, ignauie, inualetudini, timoriue tribuere posset: at quòd me accersit, id nullam excusationem admittit, sed arguit non alia id cum ratione fecisse, quam quòd ita se se com parauerit, ut neque nobis unquam dicto audiens esse, et ipse contrà nobis imperare uelit. Hoc uero ipsum, quanta contumelie, quantæ ignominie plenum est? Proconsul Romanus aliquem ad se uocat, is non uenit: barbarus autem Romanum Proconsulem ad se uenire iubet. Neque uero paruum id aut nullius momenti ducere debetis, quòd mihi Cæsari non obtemperauit, quòdque me Cæsarem uocauit. Neque enim ego ipsum ad me uenire iufi, sed Romanus, Proconsul, fasces, autoritas, exercitus: iterumque non ego ab illo euocatus sum, sed isthæc omnia. Mihi enim priuatim cum isto nullum intercedit negotiū, in commune omnes et locuti sumus, et egimus, et responsum tulimus, et iniuriam. Quinimò quo magis se inter amicos sociosque nostros adscriptum dicit, tanto magis odio se dignum demonstrat. quid ita quia quod nemo unquam eorum fecit, qui se summos nostros esse hostes profisi sunt, id ille sub nominis amicitie societatisque perpetravit: quasi uero sibi hæc eò parauerit, ut impunè nos ledere possit. Verum neque eo tempore nos cum eo seduisicimus in hunc finem, ut ab eo cōtumelij; insidijsq; petere cur: neque nunc seduis nos soluemus. nam nos quid: mad eum tanquam amicum adhuc, sociumque nostrum legatos misimus; ipse autem qualc se se nobis exhibuit,

buerit, uidetis. Quamobrem sicut cum de nobis bene mereri uellet, iure ea nomina quæ à nobis postulabat, oltiuit: ita nunc cum omnia his contraria agat, iustissimū est hostis loco ut habeatur. Neque mirum uobis debet esse, me qui aliquando in senatu & apud populum pro eo locutus sum, hæc nunc dicere: eandem enim tunc sententiam fecutus sum, in qua nunc sum, neque quicquam muto.

**Constantia** Ea uero quænam est? Ut bonos fidelesque honore afficerem gratiamque eis restarem: malos autem, infidelesq; ut ignominia vindictâq; prosequeretur. Iste autem mutatus est. qui neque bene, neque conuenienter nostris donis utilitur. Optimo igitur iure bellum à nobis aduersus eum suscipi, dubium nemini uestrum esse iudico. Quod autem

No. esse in-  
uiquu Ario-  
uistū ostendit.  
scipi, dubium nemini uestrum esse iudico. Quod autem neque inexpugnabilis sit, neque bello insuperabilis, id cum exemplo aliorum eiusdem nationis hominum intelligere potestis, quos cum antehac sepius, tum nuper admodum facilimè devicimus, tum ex his quæ de eo assertur, colligere licet. Cum enim alioquin copias domesticas ordinatas exercitatásque nullas habeat, nunc id quoque accedit, quod nihil hostile expectans, omnino imparatus est. Ad hec neque uicini eum ulli, quantumuis pollicantur, adiuuare uolent. Quis enim propter eius societatem contra nos bellum suscipere cupiat, nullo à nobis accesspto maleficio? aut qui non omnes potius nobis quam illi se se adiungentes, tyrannidem istius finitimam destruere, partemque à nobis aliquam eius regionis accipere uelintratque ut reperiantur aliqui, qui se ei coiungat, haud equidem nobis superiores erunt. Ut enim cætera omitta, multitudinem nostri exercitus, etatem, experientiam, res gestas, quis nescit nos totum corpus armis tegere, illos maiore sui parte nudos esse nos ratione & ordine uti, illos incompositos ira ad omnia ruere? Neque enim uel ini-

uel impetum eorum, uel magnitudinem corporum, clamo  
 remque reformidare debetis. Nunquam enim uox homi-  
 nem interficit: corpora autem illorum ad agendum mi-  
 nimè nostris sunt habiliora, totidē enim manus quot nos  
 etiam habent, ad patientium longè opportuniora ob mo-  
 lem & nuditatem erunt. Ceterū impetus immodicus  
 temerariūsque ab initio facile euaneat, parūmque tem-  
 poris uiget. Hec ego uobis adhortandi causa comme-  
 moro, quæ iam antè cum eiusdem generis hostem uin-  
 ceretis, experti estis, ne uos sermone meo in errorem  
 deduci putetis, utque spem uictorie firmissimam ex re-  
 bus antè actis accipiatis. Sanè magna multitudo Gallo-  
 rum qui hostium similes sint, nobiscum in prelio erunt,  
 ut iam si quid horribile eæ gentes habent, id nobis cum  
 ipsis sit futurum commune proinde hæc ita uobiscum re-  
 putate, aliōsque ea docete: ac si qui uestrūm à me dissen-  
 tiunt, ipse tamen nihilominus pugnabo, neque deseram  
 eum ordinem, in quo me patria collocauit, contentus de-  
 cima legione, quam scio per ignem etiam, si ita necessitas  
 postulet, nudam ituram. Vos autem reliqui quam celer-  
 rimè uos hinc auferete, neq; me frustra hic molestate, ina-  
 nes Reipublice sumptus facientes, aliorūmq; labores uo-  
 bis uendicantes, prædāmque ab alijs partam inuidentes.  
 Cum hæc Cæsar dixisset, quanquam nonnulli diuersum  
 omnino sentirent, tamen non modò contradixit nemo, sed  
 assensū sunt omnes, hique in primis, qui Cæsari suspecli-  
 erant, quia si rumorum illorum, quos ipsis obiecerat, auto-  
 res essent, milites ut disto audientes forent, haud diffi-  
 culter effecit, quod alij reliquis prælati alacriores fa-  
 erant, alij alacritatem eorum contentionē quadam emula-  
 bantur. Decimam autem legionem (sic enim secundum or-  
 dinem delectuū Romanæ legiones nominabantur, ho-  
 diusque

Decimæ le-  
gionis vir-  
tus.

dieque eadem ratione cognomenta sua sortiuntur) Cæsar cohortem prætoriā sibi delegit, quod illorum bencuolentia peculiarem quandā semper senserat. Vbi satis alacritatis suis addidit, non ratus sibi in eo loco diutius manendum, ne diem ducendo suorum animi languescerent, continuò motis castris in Ariouistum profectus est: cùmque ita repentina aduentu terruit, ut denuò in colloquium de pace uenire cogeret. Cum Cæsar omnia imperare, Ariouistus nihil obtemperare uellet, pax composita nō est, sed bellum commissum, suspensiique erant animi non ipsorum tantum, sed sociorū quoque, hostiūque utriusque partis; prælio enim eos quam primū certaturos, cīq; qui semel uicisset, reliqua quoque seruitura putabāt. Barbari multitudine, magnitudinēque corporum præcellebant: Romani uero usu militiae, armaturāque: Germanorum quoque furori, inconsideratōque & temerario impetu magnitudo animi Cæsaris ex æquo respondebat: ita utrāq; partes æquali pondere libratae, spem alacritatēque aquatis quasi lancibus appendebant. Cum castra iam castris opposuerint, barbaris suæ mulieres uaticinia exercētes interdixerūt, ne prælium ante nouā Lunam committerent. Mouit hoc Ariouistum, qui in huiusmodi rebus plurimū illis tribuebat. itaque etsi Romani cum ad pugnam prouocarent, non tamen statim totis viribus congressus est: sed emisso solūm equitatu, peditib; sq; qui illis additi erāt, Romanos magnopere afflixit: ijsq; contemptis, locum quendam munitum supra eorum uallum occurare aggressus, eoque potitus est. Cūm contrā Romani alium similcm locum occupassent, Cæsarq; suos in acie cōstitutos usque ad meridiē extra castra habuisset, tamen Ariouistus ad dimicationem nō uenit: sed Romanos sub uesperū decedentes repente adortus, propcmodū uallum eorum cepit

cepit. Eo rorū successu Ariouislus elatus, parum deinceps mulieribus animū aduertit, sed postridie, cum Romani in aciem, quod singulis diebus faciebant, exiſſent, ſuos quoque ipſe eduxit. Quos cū ex tabernaculis suis progreddi Romani uiderunt, non amplius ſe continuerunt, ſed in eos priuquam ordines inſtruerent, incurſum cum clāmore fecerunt: iaculaſionemque eorum, qua maximē barbari fidabant, antequerterūt; itaq; congreſſi ſunt, ut neque, cōtis, neque gladijs uti poſſent. Igitur barbari iactare ſua corpora, trudcreque, ijsq; magis quam armis, uti, obuiio, quoque exertendo, deijicndoque pugnam facere. Multi pugionum quoque uſu interclusi, eorum loco manibus atque ore pugnare, aduersariosq; quos mole corporum lōgē excedebant, arreptos calcitrantesq; dentibus imp̄ctare. Nullum tamen magnum damnum hoc pugnandi generare Romanis intulcrunt: uerū hi comminus congreſſi: amatura atque arte uim barbarorū adēquabant, eosque poſtquam diu admodum eō modo certatum iſſet, uicerūt. Pugiones Romanorum, qui Gallicis minores erant, habebantque mucrones ex chalybe falcis, ſummo iſpis uſui fuerunt. ad hæc cōſtantia & tolerantia laboris barbaris priores erant, qui acriores in primo incurſu, quam perſuerantiores ſunt. Germani inferiores facti, non tamen fugae ſeſe mandarunt, non quidem eō quod id nollent, ſed quia consiliū inopia ac laſitudo impeditiebat. Igitur trecenti quique agmine facto, aliquando plures, aliquando minores: ſcutis undiquaque ſeſe ſcipientes, erecti q; ſtantes, neque inuadi, quid erant conferti, neque diſturbari ob multitudinem poterant: itaque neque agebant quicquā, neque patiebantur. Romani ut eos neque ad pugnā prodire, neque terga obuertere uiderunt, ſed ſtipatos uno loco turris inſtar conſistere, cum primo congreſſu pilai-

Pugna Cz.  
ſaris & Ger-  
manorum,  
victoriāque  
Romano-  
rum.

psi, quorum usus nullus tunc esse poterat, abiessent, neque gladiis etiam communis pugnare, capitique hostium (quibus cum nudis pugnarent, ea parte potissimum uulnibus expositi erant) impetrere possent, proiectis scutis, partim cum cursu in barbaros irruerunt, partim eos ex propinquo aggressi sunt, magnamque cedem eorum ediderunt. Itaque eorum multi ceciderunt, quod omnes nec erant expositi: complures antequam caderent, mortui sunt, qui propter densitatem agminis in orbem glomerati etiam confusi recto corpore extabant. Eo modo maior pars peditum ibi periret, alijs propter carros, ad quos compulsi erant, cum coniugibus liberisque obtruncati sunt, Ariouistus autem confestim cum equitatu ea regione exercebit, itaque ad Rhenum conuertit: in sequentesque Romanos nauiculam nactus, effugit.

Reliquos partim Romani flumen ingressos interfecerunt, partim ipse ad se receptos abduxit.

DIO

Ariouisti su  
bi.



# DIONIS ROMANAЕ

HISTORIAE LIBER TRICE-  
simus nonus, Guilielmo Xyandro  
Augustano interprete.

## I N D E X C A P I T V M H V I V S L I B R I .

- Quomodo Cæsar bellum contra Belgas gesserit.  
De reditu Ciceronis.  
Ut Ptolemæus Aegypto pulsus, Romam aduenerit.  
Quemadmodum Cato res in Cypro constituerit.  
Quomodo Pompeius & Crassus Consules sint facti.  
De dedicatione theatri Pompeij.  
Decimus Brutus Cæsaris legatus quomodo Venetos naualli  
prælio superauerit.  
P.Crassus Cæsaris legatus quemadmodum contra Aquitanos  
pugnauerit.  
Quomodo Cæsar dum Celtis quibusdam bellū facit, Rhenum  
transierit: ibidemque de Rheno.  
De Cæsaris in Britanniam transitu, deque ea insula.  
Ut Gabinius Ptolemæum in Aegyptum reduxerit, utque Gabi-  
nius eius rei causa sit in iudicium per traquus.  
Anni sunt quatuor, Consulēisque in his hi numerantur.

697. P.Cornelius P.F.Lentulus Spinther.  
Q.Cæcilius Q.F.Metellus Nepos.  
698. C.Cornelius P.F.Lentulus Marcellinus.  
L.Marcius L.F.Philippus.  
699. Cn.Pompeius Cn.F.Magnus II.  
M.Licinius P.F.Crassus II.  
700. L.Domitius Cn.F.Aenobarbus.  
Appius Claudius Ap.F.Pulcher.

Anno V.C.



D hunc modum igitur ista bella confecta  
sunt. Ad exitum uero eius hymnis in qua  
Cornelius Spinther, & Metellus Nepos  
consulatum iuriuunt, tertium ibi bellū exor-  
tum est. Variæ atque inter se permixte Belgarum gentes  
k

propter Rhenum habitabant, ac se usque ad Oceanum  
 Bellum Cæ  
Satis contra  
Belgas. Britannicum extendebant. Hæ prioribus temporibus par-  
 tim fodere Romanis iunctæ fuerant, partim nullam co-  
 rum rationem habuerant: tunc autem Cæsarem laeto suc-  
 cessu rerū ferri uidentes, metuentēsque ne ad ipsos quo-  
 que profici sceretur, coniurationem fecerunt: unanimiq;  
 consensu, solis exceptis Rhemis, omnes contra Romanos  
 consilia inicrunt, Adra summe belli præfecto. De hac re  
 per Rhemos certior factus Cæsar, præsidia cōtra eos sta-  
 tuit: castrisq; ad Axonam flumen collocatis, milites suos  
 in unum locum cōduxit, exercuitque: ne prius est au-  
 sus in dimicationem cum hostibus uenire, quam quā Rhe-  
 morum agros populabantur, quam iū contempto Cæsare,  
 pontem occupare, commicatib;usque quos per eum à for-  
 cijs accipiebat, intercludere ipsum aggressi sunt. Cæsar  
 à transfugis hoc ita futurum edocuit, leuem armaturam,  
 equitēsque noctu hostibus immisit: qui ex improviso  
 barbaros inuadentes, magnam eorum cedem fecerunt.  
 itaque postridiè omnes domum suam regredi coeperrunt,  
 Belgz à Cæ  
face uicti. præcipue quēd in suam regionem Heduos irrupisse nun-  
 ciabatur. Non s̄ illit eorum discessus Cæsarem, sed pro-  
 pter inficitiam locorum insequi eos ueritus est: tamen ipse  
 assumpto equitatu omni, peditib;usque imperato ut seque-  
 rentur, hostes asscutus est, congregique ausos ( soli  
 enim equites cum Cæsare esse putabantur ) detinuit, do-  
 nec peditatus quoque aduenit. ibi tum omni exercitu cir-  
 cumiecto, plerosque hostium occidit, reliquis pacis con-  
 ditiones dedit: deinceps multos populos, alios citra præ-  
 lium, alios bello sibi adiunxit. Neruij autem, quia ad  
 Neruij à Cæ  
face uicti. pugnam parcs non erant, ultrò planis locis Cæsari ces-  
 serunt, ac se in montes syluis densissimis consitos receper-  
 runt. hinc in Cæsar is copias nihil tale expectantes decur-  
 rerunt:

rerunt: pulsiq; ea parte fugatique, in qua Cæsar aderat,  
 maiori alterasui exercitus parte superiores fecit, ipsa  
 exemplò Romanorum castra ceperunt. Cæsar, qui sus-  
 gentibus instabat, eo animaduerso ab insecutione re-  
 uersus, ad castra se contulit: in ijs hostes prædicti inten-  
 tos deprehendens, circundedit atque interfecit. ab hoc fa-  
 cto in subigendis ceteris Neruijs nullam difficultatem  
 sensit. Interim Aduatici, qui ex genere & animis Cim-  
 bri erant, Neruijs uiciniis suis opitulatum: proscelli, post-  
 quam de ijs iam actum esse senserunt, domum reuerte-  
 runt: cunctisq; oppidis desertis, sua omnia in unum ca-  
 stellum, quod ipsis fortissimum erat, contulerunt: op-  
 pugnanteque id Cæsarē per multos dies reiecerunt, dos-  
 nec ad machinationes se ille conuertit. Quandiu Roma-  
 nos materiam cedere, machinisque construere uide-  
 runt, ignari quis corum usus foret, eos irriserunt: post-  
 quam opera perfecta sunt, atque undique armati mi-  
 lites illis oppido admouebantur, noua atque inusitata  
 specie commoti Aduatici, legatos ad Cæsarem de pace  
 miserunt, multis necessariis res suppeditauerunt, non-  
 nihilque armorum de muro proiecerunt. Post, ubi ope-  
 ra ista uiris iterum nudata, Romanos propter uictoriam  
 animo esse hilari uiderunt, penitidine ducli, audaciaque  
 recepta, de nocte oppido egressi sunt, ut eos inopinatō  
 obtruncarent: uerum cum in excubitorcs incidissent,  
 ( accuratè enim omnis Cæsar semper curabat ) propo-  
 sito frustrati sunt: ac ne reliquis ullus locus fuit, sed oni-  
 nes sub hastam nisi sunt. His ita gestis Cæsar cum alios  
 plurimos populos partim ipse, partim per suos lega-  
 tos subegisset, iamque hyenis instaret, in hyberna pro-  
 ficius est. Romani re cogniti, mirati tot populos quo-  
 rum ne nomina quidem satis cognita antè fuerat, cum dos-

Aduaticos  
Cæsar subi-  
git.

supplicatio  
ob res ge-  
reas Cæsaris  
decreta, Ser-  
gi Galba  
in Veragris  
gesta.  
muisse supplicationem X V.dierum decreuerunt.quod  
ante id tempus acciderat nunquam. Eodem tempore Ser-  
gius Galba Cæsar's legatus per æstatem, ac priusquam  
exercitum in hyberna dimitteret, Veragros, qui ad la-  
cum Lemanum, iuxta Allobroges usque ad Alpes in-  
colunt, partim ui, partim conditionibus pacis datis rece-  
perat, ita ut hyemare quoque ibi locorum constitueret.  
Sed postquam militum alij cum eo manserunt, quippe  
haud longè ab Italia se abesse rati, plerique uero in alia  
loca discesserunt, incole autem eius regionis eo intellecto  
inopinatis ipsum insidijs aggressi sunt: tum ex despera-  
tione in furorem uersus, repente hybernaculis exiluit,  
incredibilique audacia hostibus qui cum obfederant con-  
sternatis, per eos in locum sublimiem euasit: utque in tu-

De redditu  
Ciceronis,  
utque eum  
Pœpius &  
Milo conse-  
cerint.  
to constitutus, ultus id facinus hostes in scrutinem re-  
degit: hyberna autem ipse eo loco ulterius non habuit,  
sed ad Allobroges transtulit. Dum hæc in Gallia gerun-  
tur, Pompeius interea effecit, ut redditus Ciceroni dcce-  
reneretur. Quem enim Clodij causa expulerat, cum contra

» eundem reduxit: ita nimirum facilimo momento mutan-  
» tur animi hominum, usuq; uenit ut à quibus se uel adiu-  
» tum uel læsum iri quis existimet, eos longè alios expe-  
riatur. Pompeium ea in re Praetores nonnulli, Tribuniq;  
plebis, atque inter eos in primis T. Annus Milo adiu-  
uabant, qui etiam ea de re ad populum rectulerunt, ac  
preter hos Spinther etiam Consul, partim studio Pom-  
peio gratificandi incitatus, partim odio Clodij impul-  
sus propter quod eum quoque in iudicio de adulterio  
damnauerat. Clodio contraria, cum alij qui magistratus ge-  
rebant, aderant, tum frater suus Appius Claudius Pre-  
tor e tempore, Consulque Nepos, qui ob peculiarem  
inimicitiam Ciceroni infensus erat. Maiores quam ante  
tumul

tumultus inter has fissiones coorti sunt, quod dissidijs ci-  
uilibus ipsi Consules praeerant, multaque cum alia pa-  
rum decora perpetrata sunt, tum in ipsa suffragatione  
Clodius cognito multitudinem pro Cicerone futuram,  
acceptis gladiatoriibus, quos frater suus parauerat ad luo-  
dos funebres, quos Marco propinquo suo instituerat,  
in concione insiluit: multisq; sauciatis, multis occisis, legis-  
latione impediuit. Ipse deinde his stipatoribus usus omnia  
bus iam formidini erat, adilitatemq; petebat: quod et a dea-  
ptus, iudicium de uis subterfugiturū se cogitaret. Detulerat  
enim nomen eius Milo, non tamen accusauit: nondū enim  
constituti erant Questores, à quib. sortitionem iudicium  
fieri oportebat: Ne posque Praetori edixerat, ne quod iu-  
dicium antequam iudices sorte deligerentur, adnutteret.  
Oportebat autem prius Aediles quam Questores con-  
stitui, eiusque rei causa potissimum hanc moram iniicie-  
bat. Milo cum hoc ipsum impugnaret, multeq; turbæ fie-  
rent, tandem ipse quoque coacta manu gladiatoriū alio-  
rumq; sue sententia hominū, cū Cladio aliquoties confi-  
xit, hincq; per totam eam urbē cedes grassabantur. Itaq;  
Nepos sibi à collega, Pompeioque ceterisque optimati-  
bus metuens, sententiā mutauit. Hoc facto, referente Lena-  
tulo, senatus autor factus est, ut Cicero reduceretur: idq;  
populus cum uideret utrumque Consulem autorem esse,  
ita iussit. Ac quanquam Clodius ijs reclamabat, tamen  
Milone se ei oppONENTE, ita ut uim facere nullam posset,  
Pompeio quoque & alijs legi huic astipulantibus, ea fa-  
ctio longè superior euasit. Reuersus igitur est Romanum  
Cicero, factaque sibi à Coſ. potestate, senatu in curia, po-  
pulōque in concione gratias egit: Pompeioque inimicia-  
tia, quam propter exilium suum suscepserat, condonata,  
ingratiam redijt, statimque eius beneficium compensat.

Cicero in  
partiam re-  
dit.

uit. Cum enim ingens urbem famas affligeret, plēisque  
 Pompeius rei sive en- uniūrsa in theatrum primō ( quo tunc temporis unico  
 tarix fratre ad ludos utebantur ) deinde in Capitolium aduersam se-  
 aus. natum, qui tum in concilio erat, impetrum ficeret, ac mo-  
 dò cedem ip̄is, modò se eos cum templo combusturum-  
 minaretur: Cicero senatus i persuasit, ut Pompeio anno-  
 ne procriptionem mandarent, eique imperium Procon-  
 sulare ad quinqueannum in Italia omniū usque terris  
 darent. Ita futurum erat, ut sicut ante contra prædones, ita  
 nunc caritatis incumbentis causa iterum in omnes terre  
 partes quæ sub ditione Romana essent, imperium ob-  
 tineret. At Cæsar & Crassus; et si Ciceronem odio habe-  
 bant, tamen quia eum rediturum consabat, curā eius alia  
 quam sibi assumpserunt, ipsēque Cæsar absens beneullen-  
 tiam erga Ciceronem aliquam ostētavit: nulla tam ip̄is  
 à Cicerone relata est gratis. Quia enim hoc eos non ex-  
 animo facere sciebat, existimabatque per eos se præci-  
 Cic. in Cz. sare & Cras pue extermiatum fuisse, aperte contra ip̄os quippiam:  
 sum liber. tentare non ausus ( quod in modice in dicendo libertatis  
 fructus nuper iam sensisset ) librum quendam occultum  
 conscripsit, cuius erat inscriptio, De suorum consiliorum  
 rationibus: in eum multi acerba contra Cæsarem Cras-  
 sumque, aliisque nonnullos dicta congescit: metuensque  
 ne se uino emanaret, ob signatum filio tradidit cum man-  
 dato, ne eum se superstite aut legeret, aut ederet. Cicero  
 igitur denuò reuiguit, ac non modò ceteras suas faculta-  
 tes, sed solum etiam ædium suarum recuperauit: quan-  
 quam id Libertati d dicatum à Clodiōque consecratum,  
 & religioni obligatum erat. Cicero autem lationem le-  
 gis Curiae, per quam Clodius à patricijs ad plebem tra-  
 ductus erat, improbans, eumque non eo tempore quod  
 prescriptum legibus maiorum fuerat, adoptandum das-  
 tum di

tum dices, totum eius Tribunatum, in quo etiam de domo sua decreta fuerat, exerit: indicauitque quia contraria quā leges ferrent, is ad plebem transiit, nihil quoque eorum quae egisset, ratum esse habendum: eoque Pontifices permouit, ut aream sibi, quae nimurum non sacra, sed profana esset, restituissent. Hac ratione Cicero et persicem aedium suarum et pecunias instaurandis editibus, ceterisque suis facultatibus quae iniuriam aliquam accepérant reficiendis adeptus est. Alij postea temporis motus propter regem Ptolemaum exorti sunt. Cum enim magnam pecuniae summam partim domesticam, partim mutuò acceptam in Romanos impendisset, ut ab illis regnum sibi confirmaretur, itque amicus ac socius appellaretur, eamque pecuniam ut ab Aegyptiis exigeret, in odia eorum incurrit cum hanc ob rem, tam quod Cyprum a Romanis possere iussus ab ipsis, aut amicitie eorum renunciare, non parebat. Itaque cum neque persuadere ei ut quiescerent posset, neque eos adigere (conductios enim milites nullos habebat) ex Aegypto aufugit, Romamque se contulit. ibi se a suis regno electum questus est: petijtq; ut a Spinthero Consule, cui prouincia Cilicia mandata erat, restituatur. Interim Alexandrini cum eius profectionem in Italiam ignorarent, mortem appetuisse arbitrati, filiam eius Berenicens regno preceperunt. postquam rem ipsam compererunt, centum viros Romanos allegauerunt, qui et contra eius accusationes ipsos defiderent, et uiciissim ipsum de illatis iniurijs accusarent. Ptolemaeus, quippe adhuc Roma tum erat, eo cognito, emissis in omnes partes certis hominibus, legatis insidias posuit, ac plerosq; in ipso itinere interfecit, ceteros partim in ipsa urbe occidit: partim initio terrore, aut pecuniis corruptos eò perduxit, ne cau-

Ptolemaeus  
rex Aegypti  
pulsus Ro-  
manum acce-  
dit.

Ptolemaei  
larginiones  
& cedes le-  
gatorum Ale-  
xandrino-  
rum.

Pauonius.

sam, cuius gratia miseri erant, apud magistratus agerent, ullamue interemperorum mentionem facerent. Ceterum ea res in tantum rumorib. uulgo iactabatur, ut senatus uehementer indignaretur, praesertim mouente eos M. Fauno, quod multi sociorū legati Romā misi, per uim uita spoliati essent: magnisque eo tempore Romanorum nuzmerus erat, qui iudicandi causa pecunias accepissent. igitur principem legationis Dionem ad se uocauerunt, ut ab eo de ueritate rei certiores fierent: sed adhuc tantum pecunia poterat Ptolemeus, ut neque Dio in senatum uenerit, neque ulla de cede interemperorum mentio, quandiu ipse Romae fuit, fieret: quinimō ne Dionē quidē posthac per dolum necato, ulla pœnas Ptolemeus dedit. nā Pompeius & regē domi suæ accipiebat, & magnopere ei studi debat. ad hæc multi, quod se muneribus corrumpi passi essent, in sequenti tempore in iudicium pertraxi, paucitamen conuicti sunt, quod cum essent complures eidem criminis obnoxij, unusquisque sibi metuens, alteri auxiliū serbat. Ea tum mortales pecuniae studio perpetrabant. Ceterum initio statim sequentis anni statua Iouis in Albano monte exaltis tacta, restitutioni Ptolemaei ali quantum moræ iniecit. Cum enim Romani libros Sibyllinos adirent, ita scriptum in ijs inuenierunt: Si rex Aegypti auxiliū alicuius indigens uenerit, amicitiam ei ne denegaueritis, nullis autem copiis eum adiuueritus: Sin

Oraculum  
Sibyllinum  
de Ptole-  
mæi causa.  
C. Catō Tr.  
pl. Ptole-  
mæi redu-  
ctione im-  
pedit.

secus feceritis, labores & pericula habetitis. Admirati igitur id carmen ita ad rem præsentem congruere, omnia quæ de eo decreta fuerant facta, antiquauerunt, C. Catō nem tribunum plebis secuti. Atque id ipsum oraculum in populum euulgatum est Catonis opera ( non enim liebat Sibyllinum ullum carmen populo enunciare, nisi id senatus decreuisset) nam ut primum oraculisen-  
tia,

tia, quod fieri afolet, vulgo innotuit, ueritus Cato ne id  
supprimeretur, Sacerdotes ad pletē produxit, ac prius  
quam senatus quicquam statueret, eos coegit oraculum  
exponere. Quanto enim minus ideis licere uidebatur,  
tanto magis id populus urgebat. Igitur ea sententia fuit  
oraculi, redditumque Latinè enunciatum est. Cum deinceps  
de sententie dicerentur, alijq; à Spintherē sine exercitu  
iubarent Ptolemæum reduci, alij id à Pompeio duobus  
cum lictoribus fieri uellent (nam Ptolemæus oraculo in-  
tellecto id ita fieri petebat, ei usq; literas A. Plautius Tri-  
pl. publicè recitauit) ueritis eatores ne hæc ipsa res Pom-  
peium adhuc maiorem efficeret, sub prætextu mandate  
annonæ ei obstatuerunt. Atque hæc quidem L. Philippo,  
et Cn. Marcellino Coſ. acta sunt: cognitisque ijs Ptole-  
mæus de redditu desperauit, Ephesumque proſectus, apud  
Deam commoratus est. Verum anno præcedente inuisitata  
quædam res à nostro tamen opere non aliena, euenit. Lex  
quædam aperte prohibebat, ne duo quidam ex una gente  
idem sacerdotium haberent. Spinther autem Consul filium  
suum Cornelium Spintherem inter Pontifices referre cu-  
piens, cum in eum ordinem iam ante Faustum Sylla filium,  
qui ex gente itidem Cornelia erat, adscriptum uideret,  
suum filium in Manlij Torquati genus adoptandum de-  
dit, cōque modo legis uerba obſeruata, ipsa autem res  
dissoluta est. Clodius ut primū Philippo et Marcellino  
Coſulibus ædilitatem adeptus est (collata ei autem hæc  
ultrò erat, ut iudicium effugere posset) Miloni diem dia-  
xit, quod gladiatorum manum coegisset: que enim ipſe  
ficerat, et quorum causa accusabatur, de his contraria  
Milonis nomen deferebat, non quod Milonem se uincere  
re posse expectaret, qui defensores potentes, inq; his præ-  
cipuos Pompeium et Ciceronem habebat, sed ut eo ob-

Faustus Sylla.  
la Pomifex.  
Clodius Ae-  
dilis, Milo-  
nem de vi  
postulat, Po-  
peium ludi  
brio habet.

**Prodigia.**

Clodius Ciceronis domum demoliri denudato-

tentu & Miloni negocium exhiberet, & illos conuicijs agitaret. Præter cætera hoc quoque in illos parauit, socios suos instruxit, ut cum ipse in concionibus interro-garet quisnam huiusmodi (certum autem aliquod uitium nominabant) in factis dictisue suis esset, hi Pompeium o-mnes exclamarent: Clodius que uel corporis uel alias rerum rerum causa Pompeio uitio uerti poterant, se penu-merò subito de singulis ijs percontatus est, non tanquam Pompeium notaret: tum alijs incipientibus Pompeium non unire, alijs (ut fieri solet) acclamantibus, subsan-natio in Pompeium tanta exorta est, ut neque quietus eam perfirre possit, neque ei simile ludibrium reponere uellet, sed uehementi ira ac confusione afficeretur. Ita uerbo quidem Milo accusabatur, re autem Pompeius ci-tra responcionem coarguebatur. Clodius quod magis pro-positum suum exequi posset, non passus est etiam roga-tionem legis curiae fieri: itaque ne de causa quidem ul-la cognosci in iudicio licebat, ac tantisper quidem Milo-nis causa ea conuicia & cedes furi uidebantur. Interca-temporis prodigia quedam euenerant. Nam facillum quoddam Iunonis exiguum, quod in Albano super mensa dedicatum orientem solem spectabat, ad Septentrio-nem conuersum erat, fixaque à meridiem erumpens ad Aquilonem perrexerat, Iupusque in urbem intrauerat, terremotus acciderat, aliquot ciues de celo tacli, tumu-litusque sub terra in monte Latino exauditus erat. Hec cum uates expiare instituerent, numen aliquod populo irasci dixerunt, quod in locis quibusdam sacris atque religiosis ædes extruerentur. Ibi Clodius in Ciceronem inuadendi ansam naclus, quod is in area Libertati con-secrata edificaret, uertis uehementer insectatus est: se-melque eò se contulit, ut domum à fundamentis iterum diruc-

dirucret: sed id facere à Milone prohibitus est. Cicero  
haud secus quām si eam rem Clodius perfecisset, in iram  
uersus, ac multi de eo questus, tandem assumptis Milone,  
Tribunisque plebis aliquot, in Capitolium ascendit, ta-  
bulāisque in quibus legem de eius exilio Clodius posuerat,  
deiecit. hæ tamen tunc ei à Cludio cum C. fratre Prætore  
superueniente ademptæ sunt. Posthæc tempore quo Clo-  
dius peregrè profclus erat, obseruato, iterum Cicero in  
Capitolium ascendit, tabulāisque eas secum domum suam  
deportauit. Ab hoc facto nihil iam alteri aduersus alterum  
nec dictu nec factu fœdum uideri, sed se inuicem totis uia-  
ribus opprobrijs proscindere, ne ab extrema quidem tur-  
pitudine se continere. Cicero Tribunatum Clodij, quasi  
eum contra leges gesisset, atq[ue] eius tanquam irrita ca-  
xagitare: Clodius ciceroni exiliū exprobrare, in id iuste-  
cum missum, creditumque ei iniquè decretum dicere. In hac  
contentione cum Clodius esset longè inferior, M. Cato re-  
uersus ad urbem cum restituit: quippe Ciceroni infensus,  
prætereaque ueritus ne quæ in Cypro egisset, ( ea ue-  
ro magni faciebat, ratique ea esse quām maximè uole-  
bat ) rescinderentur, quod cò erat à Cladio Tribuno-  
plebis missus, ei promptè admodum adfuit. Porrò  
Ptolemaeus, qui insulam Cyprum eo tempore habue-  
rat, cum quid de se decretum esset, percepisset, et  
neque Romanis resistere posset, neque regno exutus  
uitam sibi ferendum duceret, hausto ueneno oppete-  
rat: Cyprij Catonem haud grauatim acceperunt, pro  
seruis se iam deinceps amicos sociosque Populi Ro-  
mani futuros sperantes. Atque eius quidem rei cau-  
sa nihil Cato quod se extolleret habebat. Cæterum  
quia et reliqua negotia optimè constituerat, ac multis,  
mancipijs pecunijsque ex facultatibus regijs collectis

Cicero colla-  
nas legum  
Clodianarū  
deiicit, et ex  
Capitolio  
auertit.

M. Cato Tri-  
bunatu Clo-  
dijs defendit

Cato quia in  
Cypro ege-  
rit.

nulli

nulli in serpetundarum accusationi locum dederat, sed ab omni crimen liber cuncta Romanis tradiderat; laudet  
rci benè gestæ non minorē, quām si uictor è bello redi-  
fet, adeptus fuit. Quod enim complures munericibus se cor  
rūpi pateretur, id effecrat, ut pecunias despiceret, quām  
hostes superare, rarior uirtus habcretur. Igitur Cato  
eam de se tum opinionem præbuit, ut honoribus qui ui-  
ctoribus habentur, dignus existimatitur, Consulesque in-  
senatu prætura: am ei decernerent, quam ei leges nondum

M. Cato Præ turam obla tam respuit. suam sibi gloriam auxit. Clodius seruos ex Cypro adue-  
Cyprijs ser- ctos, Clodios nominare intenit, quod ipse Catonem eò  
ui. amandisset: sed quia Cato obstabat, non obtinuit. Igitur

Cyprijs cognomentum impositum est. nam ne Porcios  
quidem eos appellari, quod nonnulli instituerant, Cato

Clodius Ca- tonem ac-  
culat. passus est. At Clodius Catoni, quod sibi se opposuisset,  
succensens, administrationem eius calumnijs impetit, ra-  
tionesque cum auctorum suorum postulauit, non quod pu-  
taret se cum alicuius iniusti facti posse arguere, sed quia

naufragio commentarij Catonis ferè omnes perierant:  
id pro se nonnihil facturam Clodius arbitrabatur. Ad-

Cesaris Ille-  
ris Clodius  
aduersum  
Catonem  
instructus.  
iuuit in hoc etiam negocio Cesar Clodium, quanquam  
absens: et, ut quidam referrunt, accusations ei contra

Catonem per literas misit. Crimini dabatur Catoni inter  
alia, quod cum de prætura sibi conferenda ipse Consuli-  
bus persuasisset ut referrent, consultò se eam omisisse si-  
mulasset, ne repulsam passus uideri posset. Ita hi inter se

contendebant. Pompeio autē in diuidendo frumento ali-  
liquantum temporis insumendum fuit. cum enim multi  
propter spem quam in eō ponebāt, ad liberalitatem exci-  
tarcentur, intendit eorum descriptionem facere Pom-  
peius, ut cum decoro et ordine aliquo annonam hī largie-  
rent

rentur. Atque id quidem ipse negocium cum sua sapientia,  
 tum copia frumenti adiutus, non ita difficulter executus est:  
 in petendo autem Consulatu plus negotij habuit, incur-  
 ritque in reprehensiones. Molestiam ei afferebant actio- Que Pōpeio  
causē alterū  
Consularū  
petendi sue  
runt.  
 nes Clodiane, ac præsertim quod ab alijs quoque se despici  
 ci uidebat, quos dignitate expectationeque ipse anteiret,  
 contumelij; ab his impetebatur, quibus priuatus etiam  
 se honoratiorem fore sperauerat. Atque horum quidem  
 nonnunquam tamen nullam rationem habendam cogita-  
 bat: indignè enim ferre solebat in præsentiarum si quis  
 sibi obrectaret: post digressus secumque suas uirtutes,  
 & uitia aduersariorum ratiocinatus, pro nihilo eorum  
 conuicia ducebat) sed hoc molestè admodum frebat, Cæ-  
 sare ita augeri, populoque eius res gestas tante admiratio  
 ni esse, ut iam Senatores ad Gallos, tanquam iam prorsus  
 in seruitutem redactos, emitterent: in tantumque spem  
 de Cæsare populum erigi, ut uim pecuniae magnam ei des-  
 cernerent. itaque Pompeius Consulius persuadere cona-  
 batur, ne Cæsaris epistolæ statim recitarent: sed omnino  
 tatis per occultas haberet, donec ipsa rerum gestarum fama  
 eodem pertingeret, utque successorem Cæsari etiam ante  
 constitutum tempus mutterent. Tanta erat in eo homine  
 ambitio, ut hæc quoque, in quibus adipiscendis Cæsarem  
 ipse adiuuerat, inuidet, euersaque uellet: cumque sibi  
 molestum haberet, quem magnoperè ornatum à se, ad  
 suas res constituendas adhibuerat. Quamobrem popu-  
 lum secum incusabat, quod se neglegio iam Cæsari stude- “  
 rent. Iam alijs quoque indignabatur, cum populum uides- “  
 ret tantisper cum qui aliquid ipsis parauisset, in memoria populi fa-  
 habere, dum nulla accessionis superueniret, semperque uor quād  
 ad id quod de nouo partum esset. (quantumvis id priore diutinus.  
 minus foret) consuetam suam ob satietatem, nouerūque rētrū

„ rerum cupiditatē summa promptitudine se inclinare:  
 „ inuidiāque adductam plebem omne id quod prius magna  
 in existimatione fuisset, cuerteret, propterque spes suas id  
 quod se recens ostentaret, euhere. Id ègrè Pompeius fe-  
 rent, cum neque per Consules quicquam obtinere posset,  
 Cæsarēque maiorem iam factum intelligeret, quām ut  
 sibi aduersus cum fides haberetur, non exiguam sibi rei

Examicitis curam habendam duxit. Ita uero existimabat, duas esse  
 qua ratione inamicitiae res, quæ amicitias confunderent, metum scilicet, & in-  
 fianc. uidiam: idque ibi denum fieri, cum uel de gloria uel de  
 potentia certamen initur. Nam quandiu ea utrinque  
 equalia sint, amicitiam quoque ual re: ubi alter alterum  
 excellat, ibi & inferiorem inuidia permotum, odio supe-  
 riorem prosequi: & potentiorē contemptu imbecillio-  
 ris elatum, contumeliam ei inferre. Ita accidere, ut cum al-  
 ter indignetur se inferiores ferre, alter præstantia sua  
 se se extoliat, ex pristina amicitia ad discordias ac bella  
 deueniatur. Huiusmodi coizationibus Pompeius contra  
 Cæsarem cum se se armauisset, quòd se solūm ei deiiciendo  
 Pompeius sufficere posse non censeret, Crassum sibi coniunctiorem  
 Crassum so- magis adhuc reddidit, cuius auxilio nitetur. Cum inter-  
 clum Cæsa- ris deprime se conspirasset, eas rationes iniuerunt se si priuati ma-  
 di adsciscit.  
 nerent, nullius rei confiende spem habere: sin consula-  
 tum cepissent, atque Cæsarem emulati ipsi quoque se-  
 sc rebus gerendis dedissent, posse & cum: adequare, &  
 ipsi coniuncti viribus unicum eum quām primum super-  
 rare. Eo modo omnia quæ præ se tulissent

\* \* \*

atq; ex socijs quidā eos ad magistratū produceret, ne  
 gauerunt se Consulatam posthac gerere uelle, quām pa-  
 lam deposuissent, et si non nullis qui se anteū in contentio-  
 nibus adiuuissent, eum acquirere cuperent. Quoniam  
 uero

uerò consulatum extra id tempus, quod legibus præfinitum est, petebant, satisque constabat cum alios tum Consules (etenim nonnihil virium) etiā Marcellinus habebat; olituros, ne Consules ipsi declararentur: id efficerunt, ne eo anno comitia haberentur, summisso in hoc inter alios C. Catone, ut interrege prodito, secundum leges & petere magistratum ipsi, & capere possent. Et fiebat <sup>Locus mens</sup> enim hoc sub praetextu quidem Consulibus alias alio sub dosus.

obtēto ad ornatis, re uera autem ab ipsis, igitur aperte infensi erant suis aduersariis) uehemēter indignatus est Senatus, adeò ut res ad pugnam quoque deuenerit. Et tunc quidem ita dirempti sunt. Cum eadem denuò euenissent, decreuerunt ut uestes mutarentur, quod in calamitatibus fieri solet: quamuis Catone ex concilio, cum frustra uerbis contendisset, pro silente, ne quid statui possit. Nam si quis eorum qui dissentiunt, intus sit, nihil decerni licet. Eos enim occurrentes ceteri tribunipl. in reitu prohibuerūt, & que modo id decretum perlatum est: ac præterea, ut solennes quoque ludos, qui tum exhibebantur, senatores inspiccerent. Cum hoc quoque Cato impugnaret, frequentes exiluerunt, mutatisque uestibus redierunt, ut uel hoc modo eum deterrent. Vtine sic quidem moderationem se exhibuit, in forum omnes prodierunt, populus liumque qui ad hoc confluxerat, in summam morticiam adduxerunt, dicente Marcellino, presentemque statum deplorante: illacrymantibus autem reliquis, interrogatisque, ita ut nemo quicquam contradicaret. His actis in curiam recuersi sunt, cum statuissent iram suam in autores malorum conuertere. Interim Clodius ad Pompeium se iterum coniecit, ciuisque partes sibi sequendas sumpsit: sperans fore, ut si Pompeio in his quæ tum machinabatur consequendis auxilio fuisset,

<sup>Clodius p8</sup>  
petio se se ad  
ludit, & pe-  
nititur.  
cum

cum omnino suum deinceps haberet. Igitur ad plebem progressus in conueniente sibi amictu, nihilque eo secundum decretum factū mutato, contra Marcellinum & alios concionē habuit. Cū magna ex eo senatus indignatio cooriretur, Clodius abrupto scrmone plebē reliquit, contēdēnsque in curiam, parum absuit quin periret. Obuij enim facti senatores, ingressu cum arcuerunt: interimque ab equitibus circundatus, discerptus utique fuisset, nisi plebem inclamasset. ibi multis cum igne accurrentibus, ipsos si quam uim in Clodium fecissent, cum curia combusturis, Clodius cum minimum ab interitu absuisset, seruatus est. Pompeius nihil his territus, in senatum aliquando irrupit: decretōque quod iam fieri debebat, se opposuit, idq; decerni prohibuit. Deinde Marcellino interroganti, ipsum in publico, nūmnam re uera consulatum expetet, sperantique ipsum baud facile confessurū, se magistratis adipiscendis studere: Bonorū, inquit uirorū causa māstratu mihi nihil opus est, sed propter turbulentos eū uel maximē peto. Itaque cum Pompeius aperte in hoc esset, Crassusque idem rogatus, non quidem similiter confiteretur, sed ne inficias quoque iret, ac more suo medium uia ingressus, omnia se que ex usu reipublice futura crederet, faciūrū diceret: territus Marcellinus, quiq; cū se quibātur, horū apparatu, atq; aduersatione, in postcrū curia abstinuerunt. Cum autem non conueniret is numerus, quem ad decretum faciendum leges prescribunt

De senatu  
loquitur, vt  
oppresso.

\* \* \*

initio de ipsis potuit, sed ipse adoptionē ita transiuit. Non tamen aut uestem lugubrē posuerunt, aut ad solenes certus prodierunt, non in capitolio Iouis sacrificio interfuerunt, non ad farias Latinas ( que tum de nouo ob non recte peractum quiddam celebrabantur ) in montem

tem Albanum uenerunt: sed quasi in seruitutem redacti,  
 & neque magistratum capessendorum, neque ciuilium  
 actionum obcedarum potestatem habentes, ita reliquam  
 anni partem exegerunt. Posthaec Pompeius & Crassus Pompeius  
 ex interregno Consules creati sunt, cum nemo eorum qui & Crassus  
 ante eundem magistratum ambivit, obnuciaret. Et Coss. IL  
 L. quidem Domitius, qui in petitione ad ultimam usque  
 diem persuerauerat, tum quoque sub nocte domo egre- An. V.C.  
 sus, in concionem contendebat: at puer suo, qui laternam  
 præferbat, occiso, territus, ultrà progressus non est. Ita  
 cum nemo planè illis resistet, atque ad haec P. Crassus,  
 M. Crassi filius, Cæsarisque eo tempore legatus, eiusdem P. Crassus.  
 rei causa milites Romam adduceret, facile Consules crea-  
 ti sunt. Cum eo modo principatu cepissent, reliquos quo-  
 que magistratus iis conserric curauerunt, quos sibi ido-  
 neos intelligebant: Catonemque, ne præturam obtaineret  
 impediuerunt, quem uidebant ea quæ agebantur non eos  
 literaturum: nolebantque ei ad contradicendum uires, le-  
 gitimas accedere. Ac Prætorum quidem, quod Cato nihil  
 ui agendum sibi ducebat, comitia pacata fuerunt: in A-  
 dilibus autem Curulibus creandis ita res ad cædem deuo-  
 luta est, ut Pompeius multo sanguine aspergeretur. Qui  
 à populo delecti erant, eos sibi supplices factos Pompeius  
 & Crassus (ipſi enim comitia habebant) ad ædilitatem Aediles Cu  
 admiserunt: ceteros autem Aediles ac plerosque Tri- rules per tu  
 bunos plebis societate sibi coniunxerunt: soli duo Tribu- multum ele  
 niplebis C. Atius Capito, & P. Aquilius Gallus non a-  
 stipulati sunt. Creati magistratibus, Pompeius & Cras- C. Atius Ca  
 sus his quæ expetebant agendis animum intenderunt. At- pito.  
 que ipſi quidem neque in senatu neque apud populum  
 de his uerba fecerunt, nulliusque se rei indigere planè  
 præsestulerunt: C. uero Trebonius Tribunus plebis le- P. Aquilius.  
 Galius.

I

**P. Trebonij** **rogatio.** *gcm conscripsit, qua alteri Syria cum uicinis regionibus, alteri Hispaniae (nam ibi quoque nuper motus quidam exorti erant) ad quinquennium assignabantur; utque sumerent sibi quantum uellent militum ex ciuibus & sociis, bellumque & pacem cum quibus ipsis uidetur, costraherent. Grauitate hoc multi, atque in primis amici Cæsaris, tulerunt, quod futurum erat, ut si hic ea que intendebant, obtinuissent, Cæsar, cui imperij tempus ferè exiuerat, in arctum redigeretur. Hac de causa cum se ad impugnandum rogationem eam nonnulli pararent, ueriti*

**Cæsari imperium in tres annos protogatu.** *Consules ne his que moliebantur excidrent, Cæsari quoque se imperium ad triennium (ita enim re uera inuenitur) prorogaturos dixerunt, eoque modo illos insuam sententiam perduxerunt. Neque tamen ante de eo ad populum retulcrunt, quam suæ ipsis res essent confirmate. Nam qui Cæsari cupiebant, e modo preoccupati quiescebant: ceteri plerique metu capti se continebant,*

**M. Cato & Fauonius Trebonia-** *satis habentes si uel ita in columitus esse licet. M. autem Cato & Fauonius omnia que ab istis agebantur, impugnabant, inter alios adiutores duos Tribunos plebis habentes: sed eos libertate sua utentes id potissimum conatus suo frustratum est, quod pauci multis repugnarent.*

*Et Fauonius sancte, cum ad contradicendum unica hora à Trebonio concessa ei esset, eam frustrâ de ipsa temporis angustia clamando consumpsit. Catoni autem due ad concionem horæ obtigerant. Is eo, in quo res uertebatur, totóque negocio omisso, tempus more suo consumpsit, antequam quicquam de eo quod in manibus erat, diceret: non quod oratio ipsum quam de causa haberet, deficeret, sed ut silentio sibi à Tribonio indicto, dum ad huc supercessent que diceret, eundem hac ipsa de causa incusare posset. Satis enim compertum habebat Cato, scilicet*

ne sitota quidē dic peroraret, efflurūt que uellet ipse, decernrentur. Itaque iussus tacere, non statim dicendi finem fecit, sed ex concilio etiam exturbatus raptatus que reuersus est: tandemque in carcerem etiam iussus abduci, nihil remisit. Ea igitur dics ita extracta est, ut ne dicendi quidem copia Tribunis unquam fieret. Nam in omnibus comitiis ubi quid cum populo agendum erat, prius priuatishominibus concio dabatur quam magistra tum tenentibus, ne quis nimurum potentioris, ut fieri aſſolet, ſententiae praeuentus, ſuam ipſe ſupprimeret, ſed ſumma cum libertate quod ſentiret exponeret. Quam ob rem Gallus timens, ne poſtridie fero intercluderetur, aut maiorem etiam iniuriam aliquam acciperet, ſub uerperum in Curiam ingressus, in ea pernoctauit: cum quod eo in loco ſe tutum crederet, tum ut ſummo manè in concionem prodire poſſet. At Trebonius omnibus Curiae iu niuis occlusis, effecit ut is ex noctem, & diei maiorem partem fruſtra ibi exigeret. Atium, Catonē, Fauoniūmque & ceteros, qui cum his erant, alij quidam de nocte occupato loco, concionis aditu prohibuerunt. Cūique Fauonius & Ninnius occulte eō introiſſent, Cato au tem & Ninnius aliis quibusdam iuſſent, ab iisque in ſublime eluati, concionis ſoluende cauſa de celo ſeruatum eſſe diſerent, uterque horum à famulis tribunorum expulſus eſt: illos autem, cæſis quoque nonnullis, iudicem famuli uulnerauerunt. Perlaſta lege, populoque iam à concione degrediente, Atius Gallū ſanguine perfunsum (ui enim ex cōcione pulsus iſ uulnus accepert) ad eos qui adhuc aderant produxit: iisq; ostendit, diciſque his que ad causam faciebant, magnū motū excitauit. Eo Cōſules percepto, qui haud procul inde rebus suis intēti ſationes ugebāt, magna celeritate ſuperuenerūt cū ma-

Priuatis in  
comitiis po  
puli primi  
ſententias  
dicunt.

nu suorum, qu. m haud exiguam secum habebant: tamen  
tisque omnibus, concionem iterum conuocarunt, ibique  
de rebus Cæsar is decretum fecerunt, frustra iisdem qui  
antè quoq; restitabant, reclamare aggressis. His cōfirma-  
tis, pœnam priore adhuc grauiorem contra eos qui largi-  
tiones fecissent, constituerunt: quasi uero ipso rum delicta  
haud palam essent, qui non pecunia, sed uī magistratum  
occupassent. Sumptuariam quoque legem (nam in quoti-  
diano uictu sumptus ad summum excreuerant) promulga-  
re intenderunt, quanquam ipsi ad extremum luxus mol-  
licie que prouecti: quod ipsum quoque in causa fuit, quo

Sumptuariā  
legem Hor-  
tensius im-  
pedit.

minus ea perferretur. Hortensius enim, qui ex iis qui ma-  
ximos sumptus facerent, erat, urbis magnitudine uerbis  
explicata, Consulitūsque sumptuositatis domesticæ, ma-  
gnificentiaeq; ergo collaudatis, eorumque uita suæ ora-  
tioni tamquam insut fidium adhibita, ut à proposito disce-  
derent effecit. Nam disceptationis ea de re moti uerecun-  
dia, quodque iij uidet in nollent, qui quæ ipsi usurparent,  
eadem alijs inuidenterent, ultrò rogationem istam omise-  
runt. Iisdem dicibus id quod etiamnum insigne habetur,

Theatru P. S.  
peij, & spe.  
acula.

theatrum Pompeius dedicauit, in eodemque spectacula  
cum musica, ludosque gymnicos exhibuit: atque in Cir-  
co equorum certamen, multorumque et varij generis tel  
uarum uenationes præbuit. Quinque enim dierum spa-  
cio quingentileones confclisunt, elephantiique octode-  
cim cum armatis depugnauerunt, partim in ipsa pugna  
mortui, partim paulo post. Nam populus aliquos etiam  
inuito Pompeio miseratus est, cu uulnerati à pugna de-  
stitissent, circumeunteisque ad cœlum proboscidibus lamē  
tatis sunt, ita ut sermoni occasionem præberent, non id ab  
ipsis temere aut casu fieri, sed iusurandum, quo per-  
suasi ex Africa traduci erant, implorantibus, siq; uindi-  
flam

Etiam deos poscentibus. Fertur enim haud prius eos in na  
 ues ingressos esse, quām à ducentibus iuramento sibi cau  
 tum esset de omni iniuria. Id uerum sit, nēcne, non scio:  
 certe hoc quoque memoriae proditum est, preter quām  
 quōd elephanti sermonem patrum percipiāt, rcrū quo-  
 que eos celestiu intelligentia esse præditos. Hinc in noui  
 luniis, antequam in conspectū hominitus luna perueniat,  
 eos ad aquam perennem accedere, eāque se se lustrare. Ea  
 go et hæc ita accepi: et hoc prætre, id theatrum non à  
 Pompeio extrectum esse, sed Demetrium libertum eius id  
 ex pecunis, quas dum miles sub eo esset, parauerat, condi-  
 disse: isque rectissimè nomen eius facili ad Pompeium rectu  
 lit, ne male audiret, quōd libertus tantum pecuniae colle-  
 gisset, unde tantos sumptus facere posset. Enim uero his  
 muneribus Pompeius haud uilem à populo gratiam ini-  
 uit: catcrūm in conscribendo exercitu cum Crasso, quo  
 ad ea quæ ip[s]is decreta erant, uterentur. magnopere eos  
 offendit: multitudōq[ue] pœnitentia correpta, Catonem recli-  
 quosque laudauit. Quare Consules moti, prætereaque  
 quōd nonnulli Tribb. pleb. iudicium quod uerbis quidem  
 contra legatos illorum, re autem uera aduersum ipsos  
 Consules et eorum acta instituebatur, parabant, uestimenti  
 (neque enim ui quicquam agere audebant) tanquam in  
 calamitate aliqua lugubrem sumpserunt. quod idem à Se-  
 natoribus quoque factum est qui Consulibus studebant:  
 quam tamen mox mutata sententia, nulla alia etiam oca-  
 sione accepta, posuerunt. Cum uero Tribuni plebis ob-  
 starent, ne milites conscribere Consulibus licetet, isque  
 decretas expeditiones rescindere conarentur, Pompeius  
 id è grē non tulit. Statim enim suos emiserat legatos,  
 ipseque haud inuitus ad urbem manebat, tanquam ea ea-  
 gredi prohibitus ob procurationem rei frumentarie, ut

Elephantis  
natura

Demetrius  
Pompeij lib-  
ertus locu  
Ples.

Delegib.  
Consulunt  
populusmo  
leatus.

Crassus Tri-  
bunorum ple-  
bis execra-  
tionibus im-  
peritus.

Et Hispanicas res per legatos curaret, et ipse per se  
caetera in Italia Romaeq; administraret. Crassus uero cui  
neutrum horum aderat, ad arma se conuertit. Tribuni  
plebis, quia suam libertatem armis destitutam in actionia  
bus eius prohibendis infirmam esse uidebant, à reclamā  
do destituerūt: sed multis cum asperisque dictis iactau-  
runt, ipsumq; diris deuouerunt, quasi uero non in rem=pub. ea excretatio esset redundatura. Nam et in Capito-  
lio consuetus ei expeditionis causa precatio[n]es obeuti,

Atius Cras-  
sum habibe-  
re vult pro-  
fici scirentem.  
Cesar Vene-  
tos subigit.

austicia infesta, prodigiāq; obnunciauerunt, et profici-  
scentem multis imprecationibus prosecuti sunt. Atius  
quoq; in carcere eū abducere aggressus est: sed interce-  
dētibus reliquis Tribunis plebis, pugna morā rei iniecit,  
atq; inter cā Crassus pomario egressus est: isq; seu casu,  
seu uiim præc. itionum, haud ita diu pōst perit.

Marcellino l'philippōq; Cos. in Venetos expeditionem  
suscepit. Habitant hi ad Oceanū, missosq; ad se frumenti  
petendi causa Romanos milites comprehendebant, Lega-  
tosq; deinde ad liberandum eos missos retinuerant, spe  
per eos suos obsides recuperandi. At Cesar obsides mini-  
mè quidem reddidit: sed dimissis hinc inde suis, aliis ut  
eorum qui Venetos in defectione adiuuissent, regiones  
inuaderent, ne coniungi eoru[m] inter se auxilia possent:  
aliis ad eos qui sub fide erant Romanorum, qui caueret  
ne quid ab his moueretur, ipse in Venetos prosectorus est,  
præparatis in mediterraneis regionibus id genus nauis-  
giis, que ad æstu maris ferendū essent idonea. His per  
Ligerim fluuiū deductis, totam propemodū cestatem fru-  
stra absumpit. Erant enim Venetorū urbes in locis na-  
tura munitis sitae, ut pedibus adiri non possent: ac ferè  
omnes Oceano alluebantur, ut necq; pedestri itinere a  
diri facile possent: necq; nauibus, ob æstu maris subinde  
incita

incitatum minuentemq; littorisq; difficultatem. Itaque Cæsar summam difficultatē pertulit, donec ab interiori mari Decimus Brutus cum celeribus nauibus eodē peruenit. Ac ne ea quidem classe sibi pugnandum existimabat: sed barbari dum nauium exiguitatem atque infirmitatem contemptui habent, superatis sunt. Erant enim Romanorum naues ad morem nostrā nauigationis comparatae, ut & leues essent, & celeres: barbarorum uero, ut quæ propter continuum aestum maris sepius in sicco destituenda, atque ad perferrendam uim affluxus refluxusque accommodate essent, mole ac uelocitate longè iis præstabant. Inde factum est, ut barbari, qui ciusmodi naualis prælij periculum nunquam antē fecissent, conspectas Romanorum naues, carūma que usum deficiati primo intuitu, confestim suas ex portu contrā educerent: mininū rem negocij fore putantes, ut eas contis sub mare detruderent. Incitabantur autem uento multo, cōque uehementi, quod uelis ex alutis confectis uterentur, quæ omnem uenti impetum affatim exciperent. Brutus, quandiu uentus eorum uelis incumberet, ueritus & copiam & magnitudinem nauium hostilium, uentique impetum cum eorum conatus facientem, aduersam suam classem hostibus constituere non est ausus: sed ad hoc se composuit, ut relictis omnino nauibus, insultus hostium in terra depellere. Ceterum cum subito uentus cecidit, tranquillitasque in mari extitit, iamque hostium naues ne remis quidem incitari potuerunt, sed immotæ quodāmodo propter pondus suum constiterunt: ibi demū recepto animo, suas naues aduersum hostem eduxit, cōscritōq; prælio in summum barbaros periculū redigēt. nam & circūnauebat citra discrimē, & per medios exibat: ac modò ados

Nauis Rō:  
manorum  
& Veneti  
rum,

Nauale qd  
venetis pr  
lium,

riendo, modò se recipiendo, quemadmodù singulis momētis ex usu fore putabat, ac iam multis unam nauem circūsistendo, iam equāli numero, aliquando etiam minori cōgressus depugnabat. Vt i se superiorem posse fieri sentiebat, hostē urgebat, nauēsq; eius aut abruptas submergebat: aut transcenſu in eas factō, clāſicorum militum cædem faciebat: sin aliqua in re inferior foret, facilimè recedebat. ita ſemper meliore' conditione certabat. Barbari neque sagittarum, neque ſaxorum iaculatione opus fore rati, nihil horum parauerant: inde fiebat ut aliquam cōminus congreſdentes propugnandi ſui rationem haberent: sin quis uel modico intercedente ſpacio eminus pugnaret, ei resistere nullo modo poſſent. Itaque omni ſpe defendendi exklufa, uel uuln crabantur, uel moriebātur: nauiumque aliae ab hostibus diſcerpebantur, aliae incenſe conflagrabāt, quædam uiris nudatæ trahebātur. Quo uisore reliqui milites clāſici partim ſe ipſos, ne uiui in potestatem hostium uenirent, interemere, partim in mare ſe abiecerunt, ut uel ſic in naues hostium conſcendarent, uel à Romanis omnino interirent: quibus animo atq; audacia nequaquam posteriores, nauium ſtabilitate circumueniti, in ſumma perniciem deuenient. Quin etiam ne quo fortassis denuò uento incubente moueri eæ poſſent, falces löguriis affixas ē lög in quo Romani intētabāt, quibus & funes prærupētāt, & uela ſcindebāt. Ita Veneti quaſi terrestre prælium contra Romanos de nauibus pugnantes coacti ſuſtinere, plerique in ipſo prælio perierunt: reliqui omnes capti ſunt. Cesar precipuis corum necatis, & eteros uendidit: ipſe in Morinos, eorumque finitimos Menapios arma conuerit: quos & hoc facto terrorē ſe occupaturum, & non magno cum negocio debellaturum arbitrabatur. Nullam eorum partem tamen ſubegit.

Cesar in Mo  
rinos &  
Menapios  
armaverit.

subegit. Habitant ij populi non in urbibus, sed in tuguriis: itaque in montes densissimis syluis obsitos conuasatis iis quae in summo precio habebant, plus damni Romanis qui eò accesserant dederunt, quam ab iis acceperunt. Intendit quidem Cæsar ad ipsos montes sylua incisa subire, sed ob eorum magnitudinem, ac quod hyems iam suberat, desperata re abstitit. Cum adhuc in Venetis esset Cæsar. Q. Titurium Sabinum legatum in Vncellos misserat, quibus præcrat Viridouix. Eum Titurium iniitio uebecens timor ob multitudinem eius gentis incesserat, ita ut sua castra defendere satis superque putaret. Postea quan uero animaduertit animoru quidem illis plus hinc accessisse, ipsa tamen re non esse formidabiles (qua ferè barbarorum est natura, ut uanis comminationibus omne id, cuius causa terribiles haberi uelint, effundant) animum recollectit. Confligere quidem aperto marte cū hoste, ut qui numero longe prævaleret, ne sic ausus est: uestrum cō illexit, ut castra eius loco edito posita oppugnanda sibi imprudenter statuerent barbari. Cum quodā ex his Gallis, quos auxiliij causa secum habebat, rem componit, ut is ad hostes per fugae loco transiret sub uesperum, barbarisque persuaderet Cæarem magna clade affecatum esse. Creditum hoc à barbaris est, qui cibo potuque repleti, nihil considerationis adhibebant. Itaque ad operam primendos Romanos, ne ex suis manibus eliberentur, statim contendunt, apportatis etiam secum farramentis lignisque, quod existimabant ne nuncium quidem eius cladi è Romanis reliquum debere fieri, tam per cliuum sursum contendunt, magnaque cum celeritate, nemine prohibente, conscenderunt. Neque ante Sabinus castris se extulit, quam in manibus se plerosque habere sensit, cum demum undiquaque in hostem ex improviso der

Vnelli à Q.  
Titurio Sa-  
bina viai.  
Viridouix.

Barbaroru  
ingenia.

Sabinis tra-  
tagema.

*currit: primisque terrore incusso, omnes per declive de-  
turbavit. Ibi eos inter recedendum partim à se inuicem,  
partim uirgultorum fascibus impeditos, ita concidit, ut  
neque hi, neque cæteri in posterum quicquam conari au-  
derent. Inconsultò enim omnes Galli ad quascunque res  
inexplibili cupiditate feruntur, ita neque audacie, ne-  
que timoris modum sciunt. sed cum ab audacia in subi-  
tum metum, tum ab hoc in temerariam audaciam ruunt.*

Gallorum te-  
meritas.

P. Crassus  
Aquitanos  
subegit.

*Iisdem ferè diebus P. Crassus M. F. totam propè Aquita-  
niam subegit, quæ pars et ipsa Galliae est. Celtarum fia-  
nes attingens, atque præter Pyrenæos ipsos montes ad  
Oceanum pertinens. Eò cum exercitu profectus Crassus,  
Apiales prælio superauit, urbem eorum expugnauit,  
paucis nonnullis ex uniuerso exercitu in quodam collo-  
quio amissis. Quos dum acriter ulciscitur, alios populos  
conuenisse ad arma uidet, eosque milites ad se Sertorii-  
nos ex Hispania accersisse, bellumque ab his magis arte  
militari, quam temeritate administrari, existimare que  
eos forc propedicim, ut Romani inopia rei frumentariæ  
finibus eorum excederent. Quibus motus, metus opinio-  
nem de se hostibus præbuit, atque ita in contemptum ada-  
ductus, non tamen ut congredi secum uellent, effecit. Ce-  
terum eos iam nullam à Romanis uitimientes, subito  
in ipsis castris adortus est. Ea parte, qua oppugnabat,  
nihilo obtinuit, cruentibus barbaris, ac summa ui propu-  
gnantibus. Sed cum omnes copias suas in eum locum ac-  
cessissent, Crassus partem suorum ad alteram partem ca-  
strorum circunduci curat, qui cum uiris uacuam cum  
cepissent, in hostium inde terga inuaserunt. Ita et hi ad  
internicionem cæsisunt, et reliqui populi sine certamia-  
ne conditiones pacis accepterunt. Haec ea estate gesta. Cū  
Bellum ex- apud socios in hybernis Romani essent, Tenchtheri et  
Vyspe*

Bellum ex-

Vsipetes, Germani populi, cùm quòd à Suevis exacti, tū  
 quòd à Gallis accersiti essent, Rhenum transgreſſi in  
 Treuirorum fines peruenerunt. Ibi cum Cæſarem inue-  
 nissent, metu eius adducti legationem ad eum mittūt, qui  
 & fœdus icrent, & uel attribui sibi aliquam regionem  
 petcent, uel concedi, ut occuparent ipſi. Cum nihil ho-  
 rum impetravissent, primum polliciti sunt, ſe libēter do-  
 num regressuros, petcruntque inducias: ſed cum poſta  
 paucos Cæſaris equites ad ſe accedere uiderent, qui aet-  
 te erant ualidiore iis contemptis, pœnitentia actorum  
 correpti, omiſſaque profectione, equites Romanos ni-  
 hil timentes uiolauerunt: sublatisque exinde animis,  
 bello utendum ſibi ſtatuerunt. Maioribus natu ea res  
 probata minime eſt: iisque inuitis iunioribus ad Cæſa-  
 rem profeſſi, cauſa maleſificij in paucos coniecta, ueniam  
 implorarunt. Eos Cæſar tanquam haud multo poſt re-  
 ſponſum laturos, retinuit: ipſe ad reliquos in caſtris  
 commorantes contendit: eosque meridianos, neque  
 hostile quicquam expectantes, quòd ſui cum Cæſare eſ-  
 ſent, aggressus, facta irruptione peditum ingentem cæ-  
 dem edidit: qui nullo armā capiendi ſpacio ſibi relitto,  
 inter carros promiscuè cum coniugibus & liberis per-  
 turbati uerſabantur. Equitatus tum forte aberat, qui  
 ut hac de re certior eſt faclis, domum ē uestigio cona-  
 tendit, atque in Sicambros iam recesserat. Cæſar eò  
 miſis ſuis, eos ſibi dedi poſtulauit, non quòd id ſe im-  
 petraturum ſperaret, neque enim tum tantus Roma-  
 norum terror eos qui trans Rhenum incolunt, habe-  
 bat, ut id genus iuſſis corum obtemperarent: ſed ut hanc  
 occaſionem Rheni tranſeundi haberet. Maiori enim  
 quam ullus unquam antē Romanus imperator, rerum  
 gerendarum cupiditate flagrabat: habebatque in ani-  
 mo, non

A Sicabris  
 Cæſar proſu-  
 gos Teche-  
 ros poſtu-  
 lat.

mo, non modò Germanos longè Galliarum finibus arce-  
re, sed in ipsorum quoque terras proficiisci. Itaque cum  
equites non dederentur, atque ipse ab Ubis, qui Sicam-  
brorum vicini, üdēmq; hostes erant, uocaretur, Rhenū  
ponte constratum transit. Sed cum Sicambros in loca  
munita se recepisse inueniret, Sueuos autem ad auxiliū  
bis ferendum coire, intra uigesimum diem regressus est.

Rheni de-  
scriptio. *Rhenus ex Alpibus Germanie, paulò supra Rhētos ori-  
tur, inde uersus occidentem profluens, ad sinistram, Gal-  
liam eiisque incolas, ad dextram Germanos diuidit, tan-  
dēmque in Oceanum exit. Hic enim limes in hunc usque  
diem carum regionum habetur, ab eo tempore, quo di-  
uersa nomina adeptæ sunt: siquidem antiquitus populi*

Celtæ. *qui ex utraque parte Rheni habitabant, Celtæ uno no-  
mine appellati sunt. Cæsar cū primus Romanorum Rhe-*

*Britannia. num transmisisset, deinde in Britanniam projectus est,  
Pompeio Crassōq; Coſ. Britannia millibus passuum ad*

*minimum L VI, à Galliæ parte ea, quā Morini habitant,  
distat. uergit autem præter ceteram Galliam, sc̄rēque to-  
tam Hispaniā, in mare sese extendens. Primis Græcorū  
Romanorūq; ne esse quidem eam compertum fuit. po-  
steriores in controuersiam adduxerunt, continēs' ne ea*

*terra, an uero insula esset, multaque de utraque opinio-  
ne conscripta sunt ab iis qui certi quidem nihil nouerāt  
(quippe qui nec uidissent, nec ab indigenis qualis esset,*

*aceperissent) sed coniecturis tantum, quantū uel ocij uel  
studij singulis aderat, niterētur. Successu tēporis, prius  
quidem sub Agricola Proprætorc, nostris autem tēporis-  
bus sub Seuero Imperatore, liquidò deprehensum est,*

*esse insulam. In eam traiicendi cupiditas Cæs. rem incess-  
tit, cum Gallias pacasset, Morinōsq; etiam in suam potes-  
tatē redegisset. Nauigatio ei cū peditatu ex animu qui-*

*dem sen-*

dem sententia succedit: nō tamē cō loci appulit classem, Cæsar's la  
Britannia  
res gestæ. quo ex usū erat. Etenim Britanni fama aduentus eius ac cepta, omnes ad egrediendum idoneos locos antecepserant. Itaq; Cæsar promontorium quoddam in mare procurrentis circumiectus, ex altera parte terre accessit. Ibi hostes in paludibus exercitum deponenti occurrentes fudit: ac priusquam ad auxilia amplius cōcurreretur, terram occupauit: inde Britanos quoq; impetum facientes repulit. Ac quanquam paucos illi suorum amiserant (nā effedarij & equites ferē erant: itaq; Romanis, quibus ea quietatus nondum uenerat, facile fuga sc̄ se eripiebant) tandem perculsi fama eorum quae in continente à Romanis gesta audiebant, maximēque quod ad sc nauigare ausi fuissent, egredique in terram potuissent, Morinorum quosdam amicitia sibi iunctos ad Cæsarem mittunt, pacemque petunt. obſidēsque postulanti, daturos se pollicentur. Verū cum interim Romanorum naues & que aderant, & quae iam aduehebantur, tempestate affligerentur, sententiam mutauerunt. Aggredi Romanos, quia custodiis utebantur exquisitis, palam non ausi, quosdam ad petendos commeatus tanquam in amicorum regionem missos, exceperunt: paucisque demptis (nam celeriter reliquis à Cæsare subuentum est) interfecerūt. Ipsa deinde castra oppugnare aggressi, re infecta, non sine sua clade depulsi, non tamen antē pacem accepterunt, quām sepius aduersam fortunam experti sunt. Pacem iū dare Cæsar nequaquam in animo habuerat: sed ingrante hyeme, cum nec satis copiarum secum haberet ad bellum ibi locorum gerendum, parsque reliqua exercitus tempestate disiecta cursum non tenuisset, præterea ob suam absentiam noui in Gallia motus coorti esent, contra animiuiscentiam bellum composuit, postulatis

stulatis adhuc pluribus obsidibus, quorum tamen exia quam partem accepit. Ita in continentem Cæsar reuectus est: et quæ concitatæ se absente fuerant sedauit, nihil neque sibi neque Romæ ex Britannia adeptus, præter gloriam expeditionis in eam suscepit, quod cum ipse magnopcrè uerbis exornabat, tum ad urbem Romani misericordiæ extollebant. Ea quippe quæ ignota ante fuissent, sibi cognita, accessaque, quorum prius nefama ad se pervenisset, uidentes, futurorum spem animo iam percipiebant tanquam præsentem: et si quæ se consecuturos sperabant, ius quasi iam partis exultabant. Itaque harum rerum gestarum causa applicationem dicrum XX decreuerunt. Quo tempore hæc gerebantur, Hispania quoq; concitata fuit, ac propter eos motus Pompeio decreta.

Motus in  
Hispania.  
Metellus Ne  
pos.

Quidā enim rebellione facta, Vacceos duces sibi seditionis delegerant, eosq; imparatos etiamnum Metellus Nepos prælio fidit. Eundem ipsi Cluniā oppugnantem aggressi superarunt, Cluniāmque ceperunt: atque alibi uice uersa uicti, non tamen eò reducti sunt, ut subigi faciliè possent. Multitudine enim Romanis lögè præstabant: itaq; Nepos satis habuit, si citra periculum quiete frui posset. Eodem tempore Ptolemaeus reductus est, regnūq; recepit, quāuis decreto facto omne ei auxilium Romani abnuissent, atq; adhuc largitionib. eius infensi admodū essent: ea tamen res à Pompeio et Gabinio perfecta est.

Avaritia, &c  
turpis lucr<sup>t</sup>  
cupiditas a-  
pud Roma-  
nos.

Tanta tum potentiae, diuitiisque contra cum populi, tum senatus decreta uis erat, ut cum Pompeius Gabinio Syriae tum præfecto mandaret, Gabinius autem expeditiō nem faceret, quorum alter gratiae, alter largitioni concebat, inuita republica, et tum ea, tum oraculo neglecto, tamen is reduceretur. Dics quidem eius rei causa Gabinius dicta est, sed partim Pompeij opera, partim p:chus nūs

niū effectum est, ne damnaretur. Ea tūm temporis confusio Rome erat, ut cum Gabinius exiguam earum pccū= Gabinius  
niarum, quibus ipse corruptus fucrat, partem magistratū= absolutus & damnatus.  
bus quibusdam iudicib[us]que largiretur, non modō illi debita poena non irrogata sit, sed reliqui quoq[ue] docti sint pecunie causa delinqueret, quippe cūm se ea facile à sup[er] plicio redimere possent. Atque Gabinio quidem ea tūm ut absoluere tur auxilio fucrunt. Idcm pōst cūm ob alias nonnullas causas, tūm quodd ex prouincia quater milles sestertium, eoque amplius, compilasset, in iudicium per= traclus, damnatusq[ue] est. Due res Gabinio cum primis mī= rande euenerunt: altera, quod cum priori iudicio pecu= niae ergo absolutus esset, posteriori eiusdem causa potis= simum damnatus est: altera, quod cum priori iudicio Pom= peius longè remotus Gabinium per socios eripuisse[t], tūc in suburbanō, sc̄reque ad ipsum Tribunal præsens, nihil profuit. Porro omnis ea res itabebet. Gabinius cū multis maleficiis Syria afflixisset, adeoq[ue] plus damni quam præ= dones, qui tūm maxime uigebant, dcdisset prouincie, om nem quæstum quem inde ceperat pro nūnimo ducēs, pri= mū ad expeditionem in Parthos faciendā, quodd præ= diuites erant, animū adiecit, atque ad eam se parauit. Phraati enim à filiis per seclus sublato Orodēs in regno successorat, fratre suo Mithridate ex Media, cui impera= bat, cīcto: Isq[ue] ad Gabiniū configi[n]s, permouit ut se in= reditu confiiendo adiuuaret. Sed simul Ptolemeus cum literis Pompeij aduenit, magnāmq[ue] pecuniā cūm Gabi= nio, tū exercitui se partim illico, partim postquam resti= tutus esset, daturū pollicitus est: statim Gabinius Parthia= conegocio omisso, in Aegyptū cōtendit. Lege cautū erat, primū ne quis præfectus extra prouincie fines profici= secretur, deinde ne quod suo arbitrio bellum susciperet, ad hac

Gabinius  
prouincia  
afflit.

Phraatis.  
Orodēs.  
Mithrida= ces.

Gabinius ut ad hæc ex populus, et Sibylla interdixerant, ne Ptolemaeus reduceretur: sed Gabinius quanto magis id uetus sum sciebat, tanto maiorem inde questum faciebat. Ita que relitto in Syria filio Sisenna, admodum paruo natu, cum per paucis militibus, atque ita prouincia, que sibi obtigerat, prædonum iniuriis adhuc magis exposita, ipse in Palestinam profectus, Aristobulum (qui Roma profugus, tumultus aliquos ciebat) compræhensum Pompeio misit, imperatique Iudeis stipendio, in Aegyptum pro seclus est. Regnum Aegyptiorum ea tempestate obtine-

Berenice regebat Berenice. Ea quanquam Romanos metuebat, nihil gina Aegypti.

Seleucus. tamens mansueti Ptolemaeo exhibuit, sed accersito quodam Seleuco, qui regie eius stirpis, quæ in Syria quondam floruerat, esset, cum ex maritum appellauit, et recogni bellique confortem fecit. Vbi nullius precij hominem

Archelaus.: uidet, occiso eo, Archelaum Archelai filium, illius qui ad Syllam defecrat, virum rebus gerendis aptum, qui tum in Syria degebatur, eisdem conditionibus ad se pertraxit.

Poterat statim initio nascens malum opprimere Gabinius: nam id quod reierat, suspicatus, Archelaum cepserat, ut iam nihil negotijs restaret: Sed ueritus, ne quasi nulla magna re gesta minus pecunie, quam conuenerat, à Ptolemaeo accipret, ad hæc sperans propterea quod accris, ac magni nominis Archelaus haberetur, maiorem sibi pecunie sumam futuram: insuper ab ipso Archelao magna uiu nummorum accepta, hominem quasi is aufugis- set dimisit.

\* \* \*

Eo modo Gabinius nemine obstante, Pelusium peruenit, hinc dupli acie instructa progressus eadem die Aegyptios occurrentes fudit, mox ex flumen classe, et terram armis obtinuit. Nam Alexandrinis quidem ad au:

audenda omnia satis est animorum, naturaque sunt ad te. <sup>Alexandri-</sup>  
 merè uerbis exequenda quaecunque sibi proposuerint, <sup>norum in-</sup>  
 promptissimi: idem ad bellum, eiusque latores omnium  
 sunt ineptissimi, quanquam in seditionibus ( quæ apud  
 eos & frequentissime, & maximæ eueniunt ) ad cædes  
 subinde decueriant, contendendiq; de re proposita studio  
 uitam maximè contemnant, in ijsq; perire bonū quoddam  
 in primis expetendum existiment. Iis igitur uiclis Gabinius,  
 occisisq; præter alios etiam Archelao, è uestigio  
 omni Aegypto potitus est, cāmque Ptolemeo reddidit:  
 Isq; filiam, reliquosque primū ac locupletissimū quem-  
 que, ut qui plurima pecunia opus haberet, intererent. Ga-  
 binius cum ad hunc modum Ptolemeum restituisset, nihil  
 de his actis Romanam per literas nunciauit, ne ipse suo-  
 rum delictorum delator existeret. Cæterum occultum esse  
 tantum facinus non potuit, statimq; id populus comperit.  
 Cum Syri plurimum de Gabinio quererentur, idque &  
 alijs de causis, & quod per absentiam eius à prædonibus  
 infestati uehementer essent, cum item crederet accederent  
 publicanorum querele, qui cum per eos impediti uecti-  
 galia comportare nequissent, magnum & alienum con-  
 flauerant, irati Romani rem eam iudicandam statuerūt,  
 parati Gabinium condemnare: Ciceroque cum aliis ma-  
 gnoperè aduersum Gabinium contendret, tum consilium  
 quoque dedit, ut denuò Sibyllina carminare carentur,  
 sperans contra violatorem eorum p̄tnam esse adscris-  
 ptam. Gerebant adhuc consulatum Pompeius, Cras-  
 susq;: eorum alter Gabinio ultrò studiabat, alter, ut col-  
 legæ gratam rem faceret, simul etiam pecunijs quas Ga-  
 binius miserat acceptis: quare uterque aperte cum de-  
 fendens, nihil decerni patiebantur, inter alia Cicero-  
 ni quoque exilium exprobrantes. Postquam illi magis-

Cicerο' Ga-  
binij crime  
persequut.

P̄petus &  
Crassus Ga-  
binium de-  
fendunt.  
Anno V.C.  
700.

stratum deposuerunt, successeréque in eorum locum L. Domitius, & Appius Claudius, iterū dictæ sunt sententiæ, earumq; ploræq; Gabinio aduersæ fuerunt. Nam & Domitius ob contentionē in petitione Consulatus inimicus Pompeio erat, & quod eo inuito magistratum cepisset: & Appius, quanquam affinis Pompeij esset, tamen quia studio pernulcendæ plebis ducebatur, sperabatque fore, ut si quid nunc tumultus iriceisset, pecunia deinceps à Gabinio corrumperetur, omnes suas actiones eò dirigebat. Gabinium hoc in summam inuidiam uocauit, quod legatum à Crasso sibi qui succederet missum non admiserauit, sed magistratum, quasi perennem cum accepisset, retinuerat. Decr̄tum ergo est, ut Sibyllina carmina pronunciarentur, quātumuis Pompeius reclamaret. Interim

Tiberis, siue pluvijs supra urbem immensis delatis, siue uento ex mari uiolento effluxū eius repellente, siue Deo id quodam potius ( ita enim creditum est ) efficiente, incertum est certè ita ex improuiso inundauit, ut omnes in urbe planicies stagnarent, multaque etiam editiora loca aqua comprehendenderet. Inde ades, ut latericie illæ, maledactæ, ruinæque prostrate, omniaque iumenta submersa: itemq; homines qui non insublimiora evasissent, pars intra domos, pars in compitis deprehensi pericrunt: reliquæ etiam ades, ui in inundationis quæ multis dies durabat, uitiatæ, collapsæq; alie cōfestim, alie tempore intericto hominitus damnum attulcrunt. Ea mala Romani agrè ferentes, & ( quia ob restitutum Ptolemaeum deos sibi iratos esse arbitrabantur ) maiora alia timentes, Gabiniū absintē etiam tum ut morte multarent propreas bant, minoribus se malis afflictum iri sperantes, si quāt primū cum pcremissent. Ac quamuis nihil eiusmodi in Sibyllino oraculo inueniebatur, tanta tamen contentione

in id

Ira populi  
in Gabiniū.

binum absintē etiam tum ut morte multarent propreas bant, minoribus se malis afflictum iri sperantes, si quāt primū cum pcremissent. Ac quamuis nihil eiusmodi in Sibyllino oraculo inueniebatur, tanta tamen contentione

in id incubuerunt, ut acerbissimum in Gabinium supplicium statuendi magistratibus ac populo Senatus autor factus sit. Enim uero interea temporis pecunie à Gabino premissae Romam uenerunt, et non modo absens, sed ne presens quidem grauius quicquam ut pateretur, efficerunt. Ipse quidem conscientiam turpium facinorum ita urgebatur, ut et sero in Italiam aduenerit, et noctu in urbem inuenitus sit, multisque diebus extra Italiā conspicisci se ferre non potuerit. Accusationes in eum multæ, et actores haud pauci extabant: primum autem de Ptolemaei reducione, ut maximo crimine, cognitum est. In ea actione uniuersus fere populus ad tribunal confluxit, sibiisque illis eum discipere animus fuit, praesertim quod nec Pompeius ederat, et Cicero eum summa dicendi uia accusabat. Nihilo tamen munus absolutus est. Ipse enim, ut qui de tantis criminibus iudicium sustineret, immensam pecunie uim clargitus fuerat. Sociique Pompeij et Cæsaris promptissime ei opitulabatur, aliud tempus à Sibylla, aliisque regem indicatum dicentes: eoque maximè nitabantur, quod nulla in eo carmine rei perpetratæ poena erat assignata. Parum absuit, quin ipsos iudices populus interfecisset. Ijs elapsis, cetera crimina collegit, efficitque ut propter ea tamen perages retur. Quibus enim sorte obtigerat id iudicium, ijs simul populum timentes, simul quod nullum à Gabino munus accepérant (is enim leuioribus de causis in ius uocatus nullos sumptus iam faciebat, haud dubius causa se tum quoque staturum) reum damnauerunt: quamvis et Pompeius propè adesset, et Cicero pro Gabino dicceret. Pompeius, qui ad rem frumentariam explicandam profectus urbe erat (nam frumenti permultum exundatione Tiberis corruptum fuerat) ac tam in Italia uersus

Gabinius  
absolutus,  
& deinde  
damnatus.

Pompeius  
Gabinium  
defendit.

batur, ad hoc quoque iudicium ut ueniret, sicuti in priore adfuerat, properauit. Sed cum scrius uenisset, ex suburbis non ante recepit, quam id consummatum esset. Idemque populo extra pomærium congregato, quia ipsi Proconsulare imperium iam gerenti, in urbem uenire non licet, multa pro Gabinius uerba fecit, recitatis etiam literis, ad se pro Gabinius salute a Cæsare missis: iudicésque deprecatus est, Ciceronemque non modo a Gabinius accusando auertit, sed ut eiusdem causam ageret effecit, atque hinc Ciceroni nomen criménque persigae auclum uehementius est. Nihil tamen ea Gabinius profuerūt, sed exilio damnatus tum est, cumque Cæsar postea temporis reduxit. Sub idem tempus Pompeij coniunx filiolam enixa obiit; eamque nonnulli, siue ad hoc a Pompeij Cæsar isque amicis inducti, siue ut eorum bonam gratiam captarent, postquam in foro funebri laudatione ornata fuit, in campo Martio sepelierunt, quantumuis Domitio resistete, atque inter alia dicente, non fas esse eam in sacro loco sine decreto sepeliri. Tum, quoque temporis C. Pomptinus de Gallis triumphar.

Ciceronis  
leuitas.

Gabinius  
exul.

Julia Cæsa-  
ris F. Pompeij uxor  
moritur.

C. Pomptinus  
de Gallis  
triumphat.

extra pomærium manserat: ac ne tum quidem obtinuisse, nisi Sergius Galba, qui eius in ea militia socius fuerat, tunc Prætor suffragia quibusdam sub auroram (etsi lege cautum erat, ne quid cum populo ante primam horam ageretur) dedisset. Itaque Tribuni plebis aliquot concione relicta, inuicti cum pompa negocium exhibuerunt, ita ut ad cædes quoque deueniatur.

DION



# DIONIS ROMANÆ

HISTORIAE LIBER Q V A-  
dragēsimus, Gulielmo Xylandro  
Augustano interprete.

## I N D E X C A P I T U M

### H V I V S L I B R I.

Quomodo Cæsar denud in Britanniam traiecerit.  
Ut idem è Britânia reuersus, aliud contra Gallos bellū gesserit;  
Crassus quomodo bellum Parthis fecerit.

De Parthis.

Quemadmodum ab his Crassus superatus, perierit.  
Quomodo Cæsar omnem Transalpinam Galliam subegredit.  
Ut Milo Clodium occiderit, ac eo nomine damnatus sit.  
De initio dissentionis inter Cæsarem & Pompeium.  
Tempus hoc libro continetur, quod reliquum erat de Consulatū  
latus Domitij & Appij Claudi anno, ac præterea annū  
quatuor in quibus Consulatum gessere.

701. Gn. Domitius M F. Caluinus.  
M. Valerius Messala.

Anno V. C:

702. Cn. Pompeius. Cn. F. III.  
Cæcilius Metellus Scipio Nasicæ F.  
703. Serulus Sulpitius Q. F. Rufus.  
M. Claudius M F. Marcellus.

704. L. Aemilius M. F. Paulus.  
C. Claudius Marcellus.



A E C I T A ROME agebatur, anno ab  
urbe condita septingentesimo. Int.  
Gallia Cæsar, iisdem L. Domitio,  
& Appio Claudio Consulibus,  
præter reliquum bellicum appa-  
ratum, naues edificandas curauit,  
medie inter eas quas secum cele-  
res adduxerat, atque onerarias quas ibi accepérat, natu-

Cesaris in re, ut et quam maximè agiles essent, et uim fluctuum  
 Britanniam posterior transitus tolerare possent, inq; sicco destitute iniuriam nullam ac-  
 ciperent. His paratis, uili primùm tempus nauigationi  
 commodum incidit, iterum in Britanniam traicit, eo  
 obtento, quòd obsides ad se quos promiserant Britanni,  
 non omnes nūsi furant. namque illi quod re infecta Cæ-  
 sar discibisset, nunquam fore putabant ut ad bellum sibi  
 inferendum rediret. Cæsar re uita insulae potius in-  
 genti cupiditate tenebatur, haud dubiè si obsidum non  
 missorum praetextus defuisse, aliam causam inuenturus.  
 Is ubi ad insulam classem appulit, nemine resistere au-  
 so, propterea quòd multitudine nauium, quæ undique  
 que terre accedebant, terrebantur, confessim stationem  
 occupauit. Barbari cum ei ne ad nauigaret obflare his  
 de causis non potuissent, magis etiam quam ante sibi  
 ueriti, quòd maiorem quam prius exercitum Cæsar  
 adduxerat, in sylvis quam maximè obsita oppida, quæ  
 cunque preciosa habebant, contulerunt: ea cum incisis  
 circum circa arboribus, alijsq; insuper congestis sepissi-  
 sent, ut haud absimilem uallo speciem præberent, pabu-  
 latores deinde Romanorum infestauere: semelque pu-  
 gna in aperto loco uicti, in fuga se eò receperè: inde im-  
 petu facto, Romanorum plurimos ceciderunt. Post hac  
 cum Romanorum classem uistepstatis denuò afflixis-  
 set, Britanni euocatis sociis, summi que rei ad Suellam,  
 qui inter eius insule regulos plurimum poterat, dela-  
 ta, ad ipsam nauium Romanorum stationem contendea-  
 runt. quibus obuiam facili Romani, primò effedorum oc-  
 cursu perturbati sunt: deinde inter capidine inter ordines  
 facta, cuitatisque effedis, atque ex obliquo in hostem in-  
 currentem iaculati, pugnam restituerunt. Post eam pu-  
 gnam utriq; codem in loco perstiterunt: alio autē conflictu  
 barbari

barbari cum peditatum Romanorum uicissent, ab equis  
tu afflitti, ad Thamesin flumen si se repperunt: uadique  
sudius alij ex aqua extantibus, alijs infra eam delitescen-  
titus præmunito, ipsi e loci considerunt. Postquam in  
eos Cæsar uiolento facto impetu à transitu quem obstrua-  
xerant repulit, oppugnatosq; etiam castris, que munita  
habebant, ciecit, aliisque parte naualia castra aggressos  
Romani profligauerunt: tum demum metu perculsi, dan-  
tis obsidibus, constitutoq; quod Romanis in singulos ana-  
nos penderent tributo, pacem acceperunt. His actis Cæ-  
sar ex insula prorsus decessit, nulla ibi exercitus partere  
licet. nam & cā fore in periculo, si in aliena terra hyema-  
ret, existimabat: neq; consiliū uidebatur ut à Gallia diua-  
tius abesset. itaque præsentem rectum statum satis habena-  
dum duxit, ne maiora expetendo, de hoc ipso in pericu-  
lum ueniret. Re ipsa demonstratum est, Cæsarem recte  
eas rationes iniuisse. Nam posteaquam is in Italiā profia-  
cisci, ut ibi in hybernis esset, instituit, Galli quāquam ple-  
risq; præsidia essent imposita, tamen tumultus excitaue-  
runt nouos, & bellionemq; nonnulli palam fecerūt. Quod  
si eo in Britannia hyemate euenisset, omnem haud dubiè  
Gallia iij motus concitauissent. Bellū ab Eburonibus exor-  
tum est, duce Ambiorige, causam motus prætentitus cā,  
quod se præsentia Romanorū grauatos (aderat enim ibi  
in hybernis Sabinus, ac L. Cotta legati) dicerebat: re uera,  
contemptui eos habebant, ad defensionē ipsis nō satis ro-  
boris fore existimantes, tum Cæsare non posse celeriter  
aducsum sc̄ armis contendere. His constitutis, inopinatō  
Romanos aggressi sunt, primo incursu castris eorum se se-  
potituros cōfisi: quod ubi nō successit, ad dolū sc̄ conuer-  
terunt. Ambiorix collocatis locis opportuniſimis insidijs,  
impetrato per caduceatorem colloquio, ad Romanos

Eburones  
bellum in  
Gallia mor-  
uenit.

Ambioris  
Cottam &  
Sabinū de-  
ceplos cum  
exercitu per  
dit.

uenit, inuitum se bellum ipsis facere dicens: atque se quidem mutasse sententiam, ipsis tamen à reliquis caendum esse: neque enim eos sibi dicto audientes esse, et instituisse eos nocte proxima adoriri. suadre se, ut Eburoniam, in qua cum suo periculo sint futuri, relinquant, ad milites autem suos in proxima hyberna quam celerrime commigrent. His dictis adducti Romani, cōque magis quod Ambiorigen summis à Cæsare beneficijs affectum hanc ei bonam gratiam recurre uelle arbitrabantur, collectis uasis magna cum festinatione, statim sub uesperū profecti sunt: ac in insidias illapsi, magnam cladem pertulerunt, Cotta cum multis alijs exemplò interfectis. At Sabinum Ambiorix tanquam seruaturus ad se euocatum (et quia neque facinori huic interfuerat, in fide cum adhuc manere Sabinus existimabat,) comprehensumq; armis ac ueste exutum iaculis confixit, hec uerba inter alia addens: *Quidnam cum tales sitis, tantis nobis hominibus imperare uolebatis? Qui huic cladi elapsi sunt, ij in castra unde exierant, redierunt. ibi cum à barbaris oppugnarentur, neque aut defendendi sui, aut effugiendi facultatem haberent, se inuicem ipsi interfecere.* Secundum hec facta, Neruiorum defactio, & ab ijs oppu pūe: quanquam apud eos Q. Cicero, M. Ciceronis fragmatus. *Cicero.* ter, Cæsar's legatus in hybernis esset. His sibi adiunctis,

Ambiorix cum Cicerone confluxit, atque aequo Marte discerbit, captis nonnullis Romanorum. Deinde hunc quoque in fraudem adducere conatus, ubi id frustra fuit, obsessit, castraque eius exemplò uallo fossaq; cinxit. Eam ad rem et multitudine ei hominum, et peritis, quam sibi dum Romanorum esset militie socius, parauerat, ex usu fuerunt: præterea singula à captiuis docebatur. Dimicatum quoque aliquoties est, quod in ciusmodi re fieri solet. et quan

Et quanquam de barbaris multo plures caderet, quippe  
 et numero praestabant, tamen ijs ob abundantiam suorum  
 ne sentiebant quidem si quos amississent: contra Romanos,  
 quorum et ante numerus non ita magnus fuerat, et tunc  
 subinde idem decrecerebat, facile obsidione coercebantur.  
 Cum iam periculum esset, ne in potestatem hostium ue-  
 nirent, quia neque ad uulnera curanda quibus opus  
 erat habebant, et insperata obsidione obrutis rei frus-  
 mentarie parum aderat, ac nemo suorum, quamvis mul-  
 ti haud procul inde hyberna haberent, auxilio ueniret,  
 quippe barbari omnibus ijs accurate obsidis omnes  
 ab his emissos excipiebant. atq; in eorum conspectu inter-  
 imebat: Neruius quidam, qui ob acceptum beneficium Ro-  
 manis bene uolebat, ac tum un. i cum Cicerone obsideba-  
 tur, scruum quendam nuncium ei obtulit: is habitu lim-  
 guique cum hostibus eadem utens, cum in eos incidisset,  
 facile eos suum institutum celabat, unusque ex ipsis habe-  
 batur: deinde ab illis recedebat. Ita Cesar, cum nondum  
 Italiam attigisset, adhuc in itinere comperta re, assump-  
 ptis militibus ex hybernis per que ibat, magnis ad suos  
 liberados itineribus contedit. Interim ueritus ne auxilio  
 desperato Cicero aut extrema pateretur, aut cum ho-  
 ste pacisceretur, equitem quendam ex sociis (neque ue-  
 ro fidendum amplius Nerui seruo putabat, quanquam  
 eius animum re ipsa perspexisset, ueritus ne is miseri-  
 cordia suorum gentilium adduclus, magnum Romanis  
 malum daret) qui et lingua et ueritu hostium utere-  
 tur, delegit: Ei uerbis nihil mandauit, ne uel consulto,  
 uel imprudens euinciare quicquam posset, sed Gra-  
 cas ad Ciceronem literas dedit, ut si uel interciperentur  
 ex a. b. irbaris, tamen ab ijs non intellecte, consilium suum  
 hosti non proderent. Consuecerat alioquin si quid se

Cesaris ad  
Q Ciceronē  
Grecq literis.

Occulū feci  
bendi ratio  
Cesaris.

creti per literas cuiquam significaret, quartū semper clementū inscribendo pro eo quod scribi debeat, sumere, ne obvia literarum lectio cuius esset. Is igitur eques ad castra Romanorum uenit: ac cum proprius accedere nō posset, literis iaculo alligatus, id tamquam in hostes cōiecturus, dedita opera turri infixit. Eo pacto de aduentu Cæsaris Cicero certior redditus, animum resumpsit, maiorique cū alacritate perseverauit. Barbaros Cæsar ad auxilium suis serendum adueniens diu fessellit: nam et noctu iter faciebat, et interdiu in obscuris omnino locis subsidebat, quo uel maximè inopinantibus hostibus superueniret: tandem re ex summo obsecorum gaudio per coniecturam deprehensa, exploratoribus emisis, cum iam appropinquare Cæsarem intelligerent, aduersus eum ire instituerunt, ut

Neruij & Cæsar vidi.

inopinatò cum aggredarentur. Cæsar mature eo cognito, noctem in quo loco tum erat, exegit, summo manè alio quodam sua natura tuto castra posuit, qui in potuit maximè in angustum contractu, ut et paucos secum habere hostibus putaretur, et ex itinere fessus, et uereri ne ab ipsis inuaderetur, itaq; eos ad editum suorum castrorum locum pertraheret. Neq; aliter quidem accidit. Etenim Galli Cæsare has ipsas ob causas contempto, impetum in sublime fecerunt: tantaque sunt affecti clade, ut rebella landū in posterum sibi nunquam putarent. Ita et Neruij, et alij populi debellati sunt, neq; tamen ut bene Romane

Treuirorum sub inducio maro rebellio.

rei uellent, effectum est. Nam Treuiri, cum Cæsar in auctorres defectionis singulos ad se accersitos supplicia statueret, ueriti ne à se quoq; parne exigentur, ab Inducione maro persuasi denuò contrà Romanos bellum suscepérunt: per tractisque ad defctionis societatem nonnullis etiam alijs ciuitatibus, que idem metuebant, aduersus Titum Labienum, qui in Rhemis tum erat, profecti, à Romanis suis

T. Labie-  
nus.

nis subito erūpentibus cæsi sunt. His rebus in Gallia peractis, Cæsar ut pacare omnia rectius posset, itidē in hybernis permansit. Crassus autē cum & ipse aliquid agere cuperet, quod glorie sibi iuxta, atque lucro esset futurū, posteaquā in Syria nihil huiusmodi esse præ manibus uidet (nam & Syri quieti erant, & qui prius Syriā bellis uexārant, tum potentia Crassi perterriti, nihil mouabant) in Parthos expeditionem suscepit, cum neque ullam bellī causam contra ipsos afferret, neque id à Senatu decretum esset: enim uero & Parthos prædiuites esse acceperat: & Orodem, qui nuper rex factus esset, superatu facilem spē rabat. Tum igitur Euphrate fluvio transmesso, magnam Mesopotamie partem populando peragauit, nemine resistente, quod eius transitus in expectato barbaris acciderat, itaque nulla exquisita regni sui custodia utebantur. Ac Talymenus laces quidā, cius tum regionis præfectus regius, paucis equitibus ad Ichniam (id castello cuius non men est) cōgressus, uictusque accepto uulnere ipse ad regem se se recepit, eumque de expeditione hac certiore fecit. Interim Crassus & castella & urbes recepit, Graecas potissimum, atque in his Nicēphorium. Nam quia Mace-donū, aliorū mque Græcorum qui militiæ Romanis adfuerant, coloni erant, uim Parthorum grauiter ferentes, atque in Romanis, à quibus Græcos amari sciebant, multū spēi collocantes, haud grauatum ad eos defecerūt. Soli Zenodotiae ciues accersitis Romanis aliquot milibus, quasi se in fidem eorum daturi, eos cū intra muros accepissent, obtruncaverunt, que ipsi causa ut urbs euerteretur fuit. Præter hoc unū nihil neque fecit, neque passus est hominem Crassus. Ac profecto omnia quæ intra Tigrim sunt posita castella cepisset, si eodē impetu barbarorumq; terror usus fuisset, ac prætereà hybernis suis in ea regione habit

Crassus Orodem  
dis præfectus  
proligerat.  
Nicēphorium.  
Crassi ignavia.

habitatis, omnia diligentibus custodia continuisse, nunc captis ijs locis, quos primo incursu capere poterat, neque reliquorū, neq; horū ipsorum quae cuperat ullā rationē habēdo, dum in Mesopotamia commorari grauatur, Syriaq; auctoritatem desiderat, Parthis se ad bellū parādi spaciū, reliq; in Mesopotamia Romanos milites opprimendi occasionem præbuit. Hoc initium belli Romanorum aduersum Parthos fuit. Habitant autem trans Tigrim flumen, in arcibus ac castellis, adcōque urbibus etiam cūm alijs, tum Ctesiphonte, quæ regia eorum est. Etiam inter antiquos Barbaros genus corum fuit: nam nomen Parthorum etiam sub Persico regno gesserant. Ceterum eō tempore et regionem haud magnam obtinuerant, neque extra fines suos imperium suum extulerant. posteaquā autem et Persicum regnum eversum est, et Macedonū res floruerunt, successoresq; Alexandri inter sc̄e dissidentes, alijq; alijs regiones certas ui adimētes, regna sibi singuli cōstituerūt, tum primum sub Arsace quodā Parthi quoque innoverunt, unde et posteri eorum reges Arsacidarum cognomentum habuerūt. Deinde rebus secundis usi, omnes circum se positas regiones occupauerunt: Mesopotamiamque, quæ prius à prefecto regebatur, sui juris fecerunt. Tandem ad id glorie ac potentiae cœcli sunt, ut et tum temporis contra Romanos belligerarent, et in hunc usque diem aduersarij ijs habeantur. Sanè bello multum possunt, nomen tamen re ipsa maius adeptis sunt, non quod Romanis ipsi quicquam ademerint (nam de suis quoque finibus nonnihil concesserunt), sed quia in seruitutem redacti nondum sunt, atque etiamnum in bello cum nostris congressi superiores euadere solent. Ac de populo quidem isto, regioneque, tum quæ propria ipsorum uite instituta sint, multis scripscrūt, neq; mihi ea persequi consili

Parthorum  
historia.

Ctesiphon.

Arsaces.  
Arsacidz.

habitatis, omnia diligentibus custodia continuisse, nunc captis ijs locis, quos primo incursu capere poterat, neque reliquorū, neq; horū ipsorum quae cuperat ullā rationē habēdo, dum in Mesopotamia commorari grauatur, Syriaq; auctoritatem desiderat, Parthis se ad bellū parādi spaciū, reliq; in Mesopotamia Romanos milites opprimendi occasionem præbuit. Hoc initium belli Romanorum aduersum Parthos fuit. Habitant autem trans Tigrim flumen, in arcibus ac castellis, adcōque urbibus etiam cūm alijs, tum Ctesiphonte, quæ regia eorum est. Etiam inter antiquos Barbaros genus corum fuit: nam nomen Parthorum etiam sub Persico regno gesserant. Ceterum eō tempore et regionem haud magnam obtinuerant, neque extra fines suos imperium suum extulerant. posteaquā autem et Persicum regnum eversum est, et Macedonū res floruerunt, successoresq; Alexandri inter sc̄e dissidentes, alijq; alijs regiones certas ui adimētes, regna sibi singuli cōstituerūt, tum primum sub Arsace quodā Parthi quoque innoverunt, unde et posteri eorum reges Arsacidarum cognomentum habuerūt. Deinde rebus secundis usi, omnes circum se positas regiones occupauerunt: Mesopotamiamque, quæ prius à prefecto regebatur, sui juris fecerunt. Tandem ad id glorie ac potentiae cœcli sunt, ut et tum temporis contra Romanos belligerarent, et in hunc usque diem aduersarij ijs habeantur. Sanè bello multum possunt, nomen tamen re ipsa maius adeptis sunt, non quod Romanis ipsi quicquam ademerint (nam de suis quoque finibus nonnihil concesserunt), sed quia in seruitutem redacti nondum sunt, atque etiamnum in bello cum nostris congressi superiores euadere solent. Ac de populo quidem isto, regioneque, tum quæ propria ipsorum uite instituta sint, multis scripscrūt, neq; mihi ea persequi consili

consilium est. Armatura eorum, usūsq; armorum (huius  
 enim rei expositiō sermoni nostro coniunctior est, iſq; ea  
 opus habet talis est. Scuto nihil tribunt, sed sagittis iacu-  
 lisque ipsi equites utuntur, armati que maiori ex parte.  
 pedites inter eos pauci sunt, ijjq; infirmiores, sed et ipsi  
 sagittarij, ad quod à pueritia exercentur, calo ipsis suo  
 ac regione ad utrumque cōducente. Regio enim plana ut  
 plurimum est, et cōm ad alendos equos, tam ad equitan-  
 dum aptissima. Itaque armenta tota equorum in bellis du-  
 cūt, ut subinde mutatis equis, subito ex lōg in quo adequi-  
 tare, rur sūque repētē procul referre pedem possit. Iam  
 aer apud ipsis est siccissimus, humorēcīque ne minimum  
 quidem continent: itaque sagittarum usum ipsis intentissi-  
 mum prābet, excepto eo tempore, quo summa est hyems,  
 ideoque ea tempestate nūquam in bellum proficiuntur.  
 Reliquis anni partibus si uel in sua, uel in similis na-  
 turae terra bellum gerant, pugna superari uix possunt.  
 Consuetudine enim hoc habent, ut solis cōstum accerrimum  
 strant. aduersum potus defectum multa remedia inuen-  
 ta ipsis sunt, quæ res ipsis ad propulsandam uim, si quis  
 fines eorum ingrediatur, haud parum prodest. Extra suos  
 fines trans Eufratē aliquādo pugnis atque excursioni-  
 bus repentinis nonnihil quidem cegerunt. tamen iustū bel-  
 lum gerere nisi domi sue non ualent: quippe qui in alienā  
 sibi et terre et acris cōstitutionem deueniant, ac coma-  
 meatui impedimentisq; militū frēndis sarcinas nullas usur-  
 pent. Ita Parthorum res habēt. Cum Crassus in Mesopota-  
 miā ingressus fuisset, quemadmodum memorauimus, in Sy-  
 riā ad eum legatos Orodē misit, qui et expostularēt  
 cum eo, quod cā regionē inuasisset, et causas belli exqui-  
 rent. misit prēterea Surenā cum exercitu ad recipiēda  
 et quæ uel capta fuerant, uel defecrant; ipse expeditio-

Orodis ad  
 Crassum le-  
 gatio, & in  
 Armeniam  
 expeditio.

nem

nem in Armeniā, quæ Tigranis quondam fecerat, instituit, ne Artabates Tigranis filius, qui tū ibi regnabat, ipse de suo regno sollicitus, ullum Romanis auxilium mittere posset. Crassus legatis respondit, Scleuciae se (urbs est Mesoa potimis, in qua nostro quoque tempore multi Greci sunt) causas belli cediturum. cum quidam ex Parthis sinistram manum dextræ digitis percutiens: Ante, inquit, hinc pīli enascentur, quām tu Seleuciam peruenias. Ea hyeme,

An. V.C. 701  
prodigia. qua Cn. Calvinius, & Valerius Messala Consules extiterūt, multa ad ipsam quoque urbem Romā prodigia euerūt. Buto enim lupique apparuerūt, canesque oberrantes ululauerunt: simulacra alia sudauerūt, alia de cœlo tanta sunt: magistratusque non nihil quidē propter cōtentiones, magistramē etiā auspiciorum atque ostentorum causa uix tandem septimo mense creati sunt. Ceterū hēc quidem quid portenderent, palam non siebat, quia & ad urbem tumultus, & in Gallia noui motus existebant, & cum Parthis bellum contractum erat, incertum Romanis quo cūventu. Crasso autem Euphratē apud Zeugma (ita loco isti nomen est ab expeditione Alexandri, quod ibi trans fluvium profectus est) transculti, manifesta, ac quae quid designarent intelligi facile posset, signa euerunt.

Aquila. Aquila exigua quedam est facelli effigies, inque ea aquila aurea est collocata. cōstituitur autem in omnibus legionibus Romanis: neque prius hibernaculis effertur, quām uniuersus exercitus egrediatur. Eam aquilum hastæ impositam unus quidam uir portat, cuius hastæ pars infima præacuta est, ut in solum defigi posit. Huiusmodi ex aquilis una noluit cū Crasso Euphratem transire, sed perinde ac si terræ adnata esset, ita infixa hastis, donec tandem à multis circūstantibus uiuulsa fuit, inuitaque contata est suos. Vexillum preterea quoddam ex corum nus-

MERO

mero quæ magna, uelorumq; similia sunt, inscriptu puni-  
ceis literis, ad noticiam exercitus imperatorisq; facienda,  
inuentum ui uehementis uenti, à ponte in flumen decidit.  
At Crassus reliquis uexillis quæ eiusdem erant longitu-  
dimis, præcisis, ut breviora atque ad ferendum aptiora  
essent, numerum prodigiorum auxit. Tanta enim in ipso  
fluminis transitu coorta est nebula, ut ex ipsi inuicem  
impingentes corruerent: nec prius terram hostilem cer-  
nerent, quām in ea pedē posuissent. itaque & transgres-  
si Euphratē sunt summacum difficultate, & de ponte in  
terram perquām difficulter descenderunt. Sub hæc uen-  
tus incubuit ualidus, fulmināq; deciderunt, pōnsque antè  
quām omnes transiuerint disiectus est. Quæ cum ita eue-  
nissent, ut facile stupidum etiam atq; imperitum quemq;  
docere possent, calamitatem ipsis prædici, redditūque  
abnui metus ac mortalia ingens militum animos occupa-  
uere, quos ut consolaretur Crassus, exercitum allocutus,  
non perterriti eos debere dixit, propterea quòd pōs des-  
iectus esset, neq; id pro portentu accipiendū, iuramentoq;  
confirmauit, statuisse se per Armeniam copias reducere.  
His dictis cum animum suis reddidisset, addidit maga uo-  
ce exclamans: Bono animo este milites, hāc enim nemo  
nostrūm reuertetur. Quo auditio dicto milites, idque  
non minorem reliquis uim ominis habere arbitrati, in ma-  
iore prolapsi sunt tristitiam, ut iam neque ceteris eius  
cohortationibus animum aduerteret, barbaros uerbis ele-  
uantis, remque Romanam prædicantis, adhæc pecuniam  
exercitui distribuentis, præmiisque promittentis. Nihilo-  
minus sequebatur, neque aut uerbo, aut re quispiam resis-  
tibat, siue (ut uideri potest) legi in hoc parentes, siue  
quòd iam animis consternati, neque consilium sue salutis  
capere, neque agere quicquam salutare poterant: itaque  
deinc

Crassi vox  
in omen  
vertitur.

deinceps omnia que uel animo uel corpore moliebantur,  
ad perniciem ipsis spectabant, quasi iam tum ab aduerso

**Augarus** Os fato damnatis. Maximam autem calamitatis partem Au-  
rorenus sub garus ipsis Osroenus attulit. Is Romanis antè fœdere  
amicitię spe cie Roma- iunctus sub Pompeio, barbarorum partes tum potiores  
nos in per- habuit, quod idcm Alchaudonius quoq; Arabs fecit, sem-  
niciem ab- per potentiori se solitus adiungere. Ceterū hic quia ma-  
ducit. Alchaudo- nifestò defecerat à Romanis, caueri facile potuit: Au-  
nius.

garus autem cum Partho studeret, simulauit se Crassi  
amicum, liberaliterque ei pecuniam suam impendens, et  
explorauit omnia eius consilia, et Partho enunciauit.  
Idem si quod utile consilium Crassus cepisset, dehorta-  
tus hominem est: sin damnosum, confirmauit, ac tandem  
huiusmodi rem consecit. Crassus Seleuciam contendere

Crassi consi decreuerat, quòd se tutò cum exercitu ac commatu præ-  
lia.

ter Eusfratem, ac trans eundem peruenire posse cogita-  
bat: à Seleucia (quam, ut à Grecis hominibus habitatam,  
facile sperabat in suam potestatem uenturam) ad Cte-  
siphontem urbem haud difficulter se traiecturum. Id

**Augari** per- constitutis, cum Crassum ut periret, Surenam (cum quo sub  
fidum con- speculandi prætextu frequenter congregiebatur) ut su-  
gillum.

perare posset, parauisset, Romanos nihil sollicitos ac tan-  
quam ad certam iam uictoriam proficiscentes eduxit,

Prælium in in cisq; tum per insidias opprimendis Parthum adiu-  
ter Roma- uit. Res tota ita acta est. Parthi maiore suarū copiarum  
nos & Par- parte absconditi (erat enim regio aliquibus locis in-  
thos. qualis, arboribusque consita) Romanis occurrerunt.  
Quos cum Crassus, Imperatoris filius, qui ex Gallia ad  
patrem peruererat, conficatus esset, atque eos solos hos  
fles

stes esse putaret, cum equitatu ijs obuiam uenit, fugaque  
 se se dedita opera mandantes, uictos ratus inseccutus tan-  
 tisper est, dum procul à suorum acie subduclis, deinde cir-  
 cumuentus ab hostibus intercijt. Hoc factio, in fugam tamen  
 pedites Romanidati nequaquam, sed Crassi ulciscendi  
 causa acriter cū Parthis congressi sunt: uerum nihil suo  
 nomine dignum efficere potuerunt, cū ob multitudinem  
 hostium, tunc ob genus pugnæ, præsertim insidijs insuper  
 Augari circumuenti. Nam sicubi orbem uoluere inten-  
 debant, ut propter densitatem ordinum sagittas hostium  
 euitarent, Parthorum hastati equites magno impetu ir-  
 ruentes, aut confodiebant Romanum peditem, aut agmen  
 utique dissipabant: sin eius uitandi causa se se disiunge-  
 bant, sagittis Parthorum expositi erant. Ita multi ipso  
 hastatorum incursu consternati peribant, alijs ab equiti-  
 bus deprehensi interficiebantur, alijs cōtis proturbaban-  
 tur, configebanturue. Quòd si qui denuò pugnam tenta-  
 rent, iacula quām plurima undiquaque incidentia ple-  
 rosque eorum letali uulnere sternebant, reliquos pu-  
 gnae inutilles reddebat. Denique omnibus sagittæ iacu-  
 láque negocium facebant: in oculos, manusque, & uni-  
 uersum omnino corpus aduolantia, pérque ipsa arma  
 transcutia, eadēmque nec caueri à Romanis poterant,  
 & incrmes eos crebros iclus expectare cogebant. Nam  
 dum quis aut à i. sculo adueniēte sibi cauebat, aut infixum  
 corpori suo euellebat, alijs super alia uulnerib. sauciaba-  
 tur. Itaq; nec loco ne se se mouerent Romani satis scire po-  
 terant, an fixo potius uestigio quisq; persistet, quorū  
 neutrum satis tutū ipsis relinquebatur, sed utramq; cum  
 pernicie ipsorū coniunctum erat, quorū alterum non lice-  
 bat per hostes, alterum ut uulneribus opportuniore  
 essent, efficiebat. Hoc modo pugnā aduersus hostes aperte

R. Crassus pe-  
rit.

congressos Romanis sustinebat. Postquam Augarus quoque (nam is aliquandiu se continuerat) ex insidijs eos aggressus est, ibi et Osroeniconuersos in Parthum a tergo ceciderunt: et ut a Parthis facilius cedi possent, fecerunt. Romani enim coacti acie conuertere in Osroenos, a tergo siti Parthos habuerunt: rursum in Parthos conuersi, atque iterū in alteros, tum denuo alteris sese opponentes, crebris conuersionibus maiorem suis quam ante perturbationem attulerunt: ac quia semper ad eam partem unde tela inguebant, sese obuertere necesse habebant, proprijs se gladijs confixerunt, multiq; in uicem sese occiderunt. Deniq; adeò in arctum ab hoste undiquaque irrumpente coacti sunt, ut quisque quod in erme in suo corpore erat, scuto proxime assistentis, tegendo, in uniuersum ne mouere quidē iam sese possent. Sed ob tantam cadauerū multitudinem fiebat, ut ne stare quidē firmis uestigijs possent, ac collaborerentur: tum astus, sitisq; (quippe media astate, atq; in meridie pugnabatur) puluisq; que undiq; circuequitādo barbari immensum cōcitauerat, reliquos affligebat ita ut multi his cōfecti sine uulnere cadarent. Ac proculdubio occidione omnes occisi tū essent, nisi barbarorū hastæ partim retuse, partim fractæ, neruique arcuū continentia iaculatione rupti, sagittæ consumptæ, omnēsque gladij hebetati, et (quod erat maximum) ipsi uiri cœdendo desatigati fuissent. Ita cum nox superuenisset, Parthi quia procul ipsis ab hoste recedēdum erat, equis auctisunt: ita enim mos eorum fert, ut prope hostem ne maximè quidem imbecillum castra ponant, quod nec munitione castrorum utuntur: et si quis eos in tenebris adoriat, neque equis, neque sagittis quicquam prestatre possunt. Nemo ea pugna Romanus ab hostibus captus est: sed cum omnes eos Parthi stantes in armis conspicantur,

rentur, neque ullū aut ea proijcentem, aut fug.e se com-  
mittentem, adesse ijs adhuc roboris aliquid putauerunt,  
neque aggredi ausi sunt. Post hanc cladem Crassus cum  
ceteris quicunque poterant, Carras se se receperunt, quæ  
urbs tuta ipsis à reliquis in ea Romanis afferuata fuerat: multi ex ijs, qui uulnerati fuerāt, cum neq; pedibus uiam  
carpere possent, neq; uehicula ijs præstò essent, neq; du-  
ctores ( optimè enim reliqui contenti erant, si semetipso  
hinc auferre possent ) in ipso pugn.e loco remanserunt.  
Eorum pars ex uulneribus mortui sunt, pars sibi ipsis  
mortem consciuerunt, reliqui postridie capti sunt: quo-  
rum magna pars in uia se se exuerunt: multi deinceps  
quoque sauciorum perierunt, cum ab initio qui ipsis cu-  
raret diligenter, haberent neminem. Crassus animo deie-  
ctus, ne in oppido quidem diutius manere sc̄ posse existi-  
mans, statim, quomodo inde fug.a se eriperet, rationes ini-  
bat. Quia impossibile erat ut interdiu discedens latèret,  
noctem ad id delegit: sed proditus à Luna, quæ tum plena  
luce fulgebat, nō fihillit. Itaque eas noctes opertus, in quis  
bus Luna non luceret, cum suis profectus est: tum eos in  
tenebris, atque aliena in regione iter facientes, eadēque  
hostili, ingens metus disiecit, ac pars capti sub diem, pe-  
rierunt: pars in Syriam cum Caſio Longino Questore  
incolumes peruererunt. Crassus cum reliquis in montes  
euasit: ibique ita se parauerunt, tanquam per eos in Ar-  
meniam aufugituri. Surenas eo cognito, metuens ne si id  
successisset, bellum contra Parthos deinde renouarent,  
cum Romanos in sublimi loco, & equitatui alieno aggre-  
di non auderet ( armati enim erant, pugnaturique ex lo-  
co edito, tum quod ex desperatione ad insaniam iam ali-  
quam redacti essent, haud citra periculum uidebat se  
eos aggressurum ) misit ad eos ex suis, qui conditiones

Crassus Car  
ras perfugit  
ac rursus  
inde auſu-  
gente tentat.

C. Cæsarius

M. Crassus  
à Surena de  
cepitus pe-  
rit.

pacis offerrent, si omni intra Euphratē posita terra exce-  
derent. Crassus nihil in dubium vocatam rem credidit.  
Nam in summo metu constitutus, actum sue, tum publica-  
ce calamitatis terrore animo perturbato, ad hęc multos  
iter longum asperumq; reformudare, & ab Orose sibi ti-  
mere sentiens, nihil eorum quae opus erant praeuidere po-  
terat. Quem ubi ad transactionem paratu Surenas ani-  
maduertit, cum nolle id negotium per alios confici, sed  
ipsum Crassum cum paucis in suam potestatem accipere,  
ostendit se cum eo ipso uelle in colloquium uenire. Conue-  
nit igitur, ut in medio inter utriusq; stationem loco cum  
equali uirorum numero utrinque congregenderentur. Ita  
Crassus in planicie descendit, eq; à Surena, quo celerius  
ad eum perueniret, equus dono missus est. dum hesitat  
Crassus, secumque quidnam ageret, deliberat, correptus  
à barbaris, ui in equum impositus est. Ad hoc repugnan-  
tibus Romanis, res ad manus peruenit, quo in certamine  
cum aliquandiu pares fuissent Romani tandem succurren-  
tibus alteri parti nonnullis ( nam & in plano loco bar-  
bari erant, & ad eam rem se composuerant, atq; ita Ro-  
manos suis auxilio uenientes anteuertebant ) superati

Crassi inter-  
ritus, au-  
tumque in ( neque constat an à suorum aliquo post graue acceptum  
es eius insu-  
uulnus, ne uiuus in hostium manus ueniret, an uero ab ho-  
sum.

sibus ) occisus est. Hic ei uite exitus fuit, in eiusque os,  
ut quidam refrunt, Parthi aurum liquefactum uerbis in-  
super insultantes infuderunt. Tantum enim fuerat in co-  
homine pecuniae acquirende studium, quanquam esset di-  
tiissimus, ut quasi pauperem eum miseraretur, qui non ex  
suis facultatibus exercitum alere possit. Militum pleriq;  
per montes in amicorum fines perfugerunt, nonnulli ab  
hostibus capti sunt. Ceterū Parthi e tempore omni-  
ditione

ditione intra Euphraten recuperata, cum transgresi non  
 sunt. postmodò Syriam quoque inuaserunt, non magno  
 tamen exercitu, quod in ea neque milites neque impera-  
 torem ab Romanis esse putabant; itaque Caſſius eos non  
 magno negotio repulit. Huic Caſſio cum Carris à militi-  
 bus odio Crassi adductis imperium eſſet delatum, atque  
 ipſe etiam Crassus ob magnitudinem calamitatis ultrò id  
 concederet, non acceperat; tunc, autem neceſſitate rerum  
 adductus, Syriā adiunxit, idq; deinde etiam. Barbari  
 enim ab iincepto non deſtituerūt, ſed maiori cum manu, no-  
 men ducis Pacoro Orodis filio gerente, re uera autē Osas  
 ce( nondum enim ex ephebis Pacoris excederat ) duce  
 itcrum in Syriam proſecti, atque in itinere positis locis  
 omnibus in ſuam potestate redactis, ad Antiochiam uſq;  
 progreſſi ſunt, cum ſe reliquorum etiam potiundorum:  
 nam neque Romani iustis copijs eam prouinciam tene-  
 bant: & populi Romanorum dominationem moleſtè fe-  
 rentes, ad Parthos, tanquam uicinos cognatosque ſuos  
 inclinabant. Verūt enim uero cum Antiochie capiende  
 ſe deieci essent, Caſſio magna ui eos repellente ( ipſi  
 autem ad oppugnationem locorum ineptissimi erant )  
 Antigoniam contenderunt: cuius urbis suburbana cum  
 eſſent arboribus confita, atque eō ipſi accedere neque au-  
 derent, neque poſſent, arbores ſuccidere, locūnique ſylua  
 depoliare instituerunt, ut audacter tutoque urbē eā ag-  
 gredi poſſent. Cum ne hoc ſuccederet, quia & magni la-  
 boris negotium erat, & tempus incassum terebat, &  
 Caſſius palantes ab ipſis affligebat, aliò arma uersuri,  
 Antigonia diſceſſerunt. Interea Caſſius collocaſis in uia,  
 quā tranſituri erant, insidijs, ſe ijs cum paucis ostendit,  
 atque ad inſequendum pertraxit: tum ſuos circumiecit,  
 Parthorumque cūm alios, tum ipſum Osacen occidit. Eo

C. Caſſius  
Parthos à  
Syria repel-  
lit.

Osaces dux  
Parthorum  
à Caſſio vi-  
quis petiſ.

intersecto, Pacorus totū Syria excesit, neque ab eodem  
 Bibulus Sy- pore unquam in eam intravit. Pacoro regresso, Bibulus  
 rie prate- in Syriam, ut ei regioni præcesset, aduenit: quāquam sena-  
 Quis. tatus con- tus consulto cautum fuerat, ne quis Consul, neque quis Pre-  
 scutum de tor, neque statim, neque ante quintum annum in prouin-  
 cias exteras exiret, ne uidelicet à prouincias ambientis  
 bustur: be existerent. Bibulus quiete ea quæ Romanis pa-  
 rebant, administravit: ipsos autem Parthos contra se-  
 inuicem concitauit, Ornodapante quodam præfeto, qui  
 Orodī infensus erat, sibi adiuncto, persuasoq; per inter-  
 nuncios, ut Pacorum regem constitueret, atque eius auxi-  
 lio Orodī bellum ficeret. Eo modo bellum Romanorum  
 contra Parthos, quarto quām incepérat anno, desigunt, M.  
 Marcello, & Sulpitio Ruffo Consulibus. Parthici belli  
 tempore, Caesar Gallie partes nouis motibus concitatas  
 armis recepit, multa ipse per se, multa persuos legatos  
 gerendo, ex his ea tantum quæ memoratu mihi maximè  
 digna uidebuntur, refram. Ambiorix Treuiris, qui mor-  
 tem induciomari molestè etiamnum firebant, adscitis, ma-  
 gnam sibi manum in ijs locis parauerat, à Germanis quo-  
 que milites stipendio conductos accersuerat. Cum eo La-  
 bienus ut antequam ijs copijs augeretur, dimicaret, Tre-  
 uirorum fines ingredi occupauit. Cum ad defendendam re-  
 gionem Treuiri non exiret, quia adhuc auxilia expecta-  
 bant, sed præsidio fluminis, quod inter ipsos ac Romanos  
 labebatur, contenti quiesceret, Labienus conuocato exer-  
 citu concessionem habuit, qua hostib. terroris de se ac suis  
 opinionem præbuit: prius quam Germanorum auxilia  
 Treuiris aduenirent, ad Caesarem & in tuta loca receden-  
 dum esse sibi uideri, statimque se signum uasa colligendi  
 daturū. Nec multa intericta mora, castra mouit, id quod  
 accidit, fore suspicatus. Barbari enim eo percepto, quibus  
 Romano

Labienus  
 Ambiorige  
 & Treuiro  
 uincit.

Strategema

Romanorum consilia cognoscendi multa cura erat, atque  
eo fine palam Labienus id dixerat, serio ipsum abire, sua  
gāmque capere crediderūt: itaque ē uestigio flumē trans  
gressi, quanta maxima potuerunt celeritate Romanos in  
secuti sunt. In eos palantes Labienus conuersus, primis  
perterritis totum agmen in fugā dedit: fugientēsque spar-  
sim, ac sese inuicem impeditentes compulsoſq; ad fluum,  
consectatus, magnum eorum numerum interficit: complu-  
res fuga ſecripuerunt. De ijs Cæſar nihil ſolitus, in  
Ambiorige, qui multorum maleſiorum autor erat, mo-  
dò hac, modò illac diffugiente, inſequendo negocium ha-  
buit. Postquam cum nulla ratione compræhendi poſſe ui-  
dit, in Germanos, quod Treuiris ſuppetias ferre uoluif-  
ſent, arma couertit: inde quoque maturè metu Sueuo-  
rum ſe recepit, nulla re perfecta, quām quod gloriā Rhei  
ni altera uice traiecli reportauit: ponti, ea parte que  
ad Barbaros pertinebat rēſcissa, caſtellum imposuit, ut  
crebro ea transiurus uideretur. Secundum bæc ira effu-  
giij Ambiorigis permotus, eius patriam, quanquam nihil  
tum mouiffet, omnibus qui uellent diripiendam palam  
proposuit, eo consilio, ut quām plurimi ad hoc couenien-  
tent: itaque multi cūm Galli, tum Sicambris ad prædam  
confluxere. Ceterum Sicambri non ſatis fuit ex Eburo-  
vibus prædam egisse, ſed ipſos quoque Romanos petie-  
runt: quos cum frumentatum digreſſos animaduertiffent,  
caſtra aggressi ſunt: Romanorūque repercepta ad de-  
fendendum caſtra concurrentium multos occiderunt: ab  
hoc facto Cæſarem timentes, ſumma cum ſtitutione do-  
num redierunt. Cæſar, quia ex hyems propè, et Ro-  
ma tumultus erant, nullam vindictam exigere cum poſ-  
ſet, milites in hyberna dimiſit, ipſe in Italiam proſectus  
eſt: uerbo quidem, ut Gallie citerioris curam haberet, re

Cæſar Rhei-  
num denud  
transi.

Eburonia  
depredāda  
barbaris co-  
cessit.  
Sicambri  
Romanorū  
caſtra inau-  
dunt.

ipsa autem, ut haud procul ab urbe remotus, intentus ijs  
qua*e* ibi agebantur esse posset. Interim noui Gallorū mo-  
tus coortis sunt. Aruerni duce Vercingētorige defecrūt:  
ce Vercin- omnesq; Romanos, quos in oppidis finibūsque suis inuc-  
gento.ige fellura mo nissent, trucidauerunt: proctēque in regiones Romanis  
uent. amicas, quoscunque ad societatem defectionis pertrahere  
potuerunt, ijs pepercerunt, ceteros maleficijs infestauer-  
re. Quibus cognitis, Cæsar in Galliam regressus, cum ho-  
stes in Biturizum fines intrasse deprehenderet, neque eis  
opitulari possit, (nondum enim omnis ad eum exercitus  
conuenerat ) in Aruernorum ipse contrā proctus est re-  
gionem, atque ita hostes domum retraxit: ipse tamen, quod  
satis uirium sibi ad pugnam non adfset, ante aduentum  
Auaricū à corū discessit. Arue: ni denuò in Bituriges procti, Aua-  
Cæsare utca- rico oppido occupato, diu se in eo sustinuerunt. Difficul-  
trum. ter murus adiri poterat, altera parte paludibus imper-  
ujs, altera flumine rapido cinctus. Itaque cum Roma-  
ni oppugnarent, barbari, quorum immensus erat nu-  
merus, facile eorum conatus repellebant: factisque eru-  
ptionibus, crebrò molesti ipsi erant. Tandem non agris  
modò uicisque, sed oppidis quoque, unde Romanos com-  
meatus auxilia posse habere existimabant, incensis,  
omnem rem frumentariam, quae Romanis à socijs sup-  
portabatur, diripiebant, ita ut Romani obsidentes ipsi  
ijs incommodis premerentur, quibus obsecrī solent. Acci-  
dit, ut Romanis muro succendentibus, effusus imber cum  
magna uenti ui cooriretur, (hec enim hyeme iam in-  
stante gerebantur ) ac primū ipsos ab oppugnatione  
in castra compelleret, deinde Gallos quoque intra do-  
mos suas coiceret. Quibus à propugnaculis digressis, Ro-  
mani confestim ea uiris nudata aggressi, turrim, prius-  
quam de eorum aduētu quisquam cognouisset, cuperunt:  
recliquis;

reliquisque iam partibus quoque haud magno labore occupatis, totam urbem diripuerunt: atque ira oppugnationis, toleratorumque in ea laborum concitati, omnes in ea homines occiderunt. Secundum hanc rem gestam Cæsar in Arvernorum fines cum exercitu profectus, cum ab hostibus omnes pontes quæ transcurrentem ipsi erat, præoccupati essent, dubius ad ripam fluminis aliquandiu itinere facto, uadum quæ pedibus exercitus traduci posset, quærebat. postquam in sylvestrem atque umbrorum locum peruenit, præmisso impeditamentis cum copiarum maiori parte, iussisque in longum quam maximè explicato ordine proficiendi, ut totius exercitus speciem præberent, ipse cum robustissimis substitit, ligna cecidit, ratesque cōpegit: his ipse fluuum transiuit, dum barbari progressi intenti, ipsum quoque unā his adesse Cæsarem existimat. Hoc facto, reliquos qui progressi erant, noctu reuocatos, eādem traduxit, totam regionem occupauit. sed Arvernii Gergobiam sese uniuersi, collatis eodem ijs que chara habebant omnibus, contulcrant. In eo oppido obsidendo plurimum frustram Cæsar laborauit. Erat enim sitū in egregiè munito colle, murisque defendebatur ualidis. Galli quoque omnia circum edita loca præoccupauerat, præsidiisque tenebant, itaq; ex ipsi in suis locis essent, ex decurrentibus plerunque superiora orinia euenirent. Cæsar enim castra loco plano habebat, cum editum nihil ad manum esset, itaq; oppugnandi ne cogitationem quidem ullam habebat: contra barbari, ut quilocco sublimiori cōsisterent, in eius castra cum impetu defrebantur, et q; decurssiones ipsis opportune erant: ac si quando ulterius quam expediret, procurrebant, paruo momento in tutum se recipiebant, neque enim Romani ad castra eorum intrantum spaciū quantum lapide aut iaculo penetrari

Cæsar in Arvernios deuenit.

Gergobiz oblidio.

poteſt, accedere tutò poterant. Itaque Cæſar, cum tempus ſine fructu abſumeretur, ac tametsi iſum collēm cui oppidum impoſitum erat, ſe pene numerò aggressus, aliquæ eius parte potitus eſſet, ut iam eo communito facilius oppugnare cetera poſſet, quia tamen in uniuerſum repeilebantur, non ſine plurimorum iactura militum, poſtquam urbem capi non poſſe uidet, Heduique interim nouos mo‐  
 tus excitauerant, ad quos ſedandos ipſo profeſto, in ſumum periculum ad Gergobiam relictus exercitus ab ho‐  
 ſtibus adductus erat. his omnibus cauſis permotus, caſtra ab oppido mouere statuit. Porrò Hedui cum initio fidem  
 seruaffent, cæſarique auxilia miſiſſent, eo tempore con‐  
 tra animi ſuam ſententiam ad rebellionem faciēdam pen‐  
 tracti ſunt, fraude cūn aliorum, tum Lituici in primis.  
 Nam is cum nullis coſrationibus ad fidem uiolandam im‐  
 pellere poſſet, id obtinuit; ut quos Hedui auxilio Cæſari  
 tum mittebant, ipſe ad eum perducere: ea occaſione pro‐  
 feſtus, premissa equitatu, quibusdam ex ijs iuſit, ut re‐  
 uertiſi dicerent, ceteris ſecum premissis, ac ijs qui præter‐  
 ea ex Heduorum Ciuitate apud Cæſarem fuiffent, Roma‐  
 nos manus inieciſſe, atq; interfeciſſe. His ita annuciatis  
 concionem ad milites huiusmodi nuncio conuenienter ha‐  
 buit: qua effecit, ut & ipsi à Romanis deficerent, & ce‐  
 teros ad idem faciendum permouerent. Simul atque id  
 Cæſar reſciuit, Heduos quos ſecum habebat, quiq; in‐  
 terfecti ab eo crediti erant, ad Heduos premissi, ut uiu‐  
 ab omnibus conſpicerentur: ipſe cum equitatu ſubſecutus  
 eſt. ita euenit, ut Hedui prænitentia admiſi correpti, cum  
 eo in gratiam tum redierint. Haud multo poſt, cum Ro‐  
 mani Cæſare abſente ad Gergobiam male accepti eſſent,  
 ac ſecundū id detrimentū acceptum ab obſidione omnino  
 recedere: heritihi qui deſectionis autores furat, aliūque  
 qui

Heduorum  
rebellio fa‐  
ta à Lituai  
co.

qui nouis semper rebus studebant, ne penas admissorum penderent nouos motus excitaerunt. Quod ubi hi qui cum Cæsare militabant, cognoverunt, petierunt ab eo ut sibi domum eundi potestatem ficeret, polliciti omnia sc̄e composituros. Impetrato commeatu, Nouiodunum, quo in oppido pecuniam, frumentum, obsidesque plerosque Romanī deposuerant, uenerunt; usique auxilio Nouiodunensis, custodibus de improviso necatis, omnia obtinuerunt, ipsum oppidū loco opportuno situm, ne id Romani receptaculum belli haberent, incendierunt; ac reliquam Heduorum partem in rebellionis societatem pertraxerūt. Cæsar confitimi in Heduos suscep̄ta expeditione, fluvio Ligeri obstante, ab incepto hoc quoque desistere coactus est, nulla re perfecta. Sed Labienus insulam in Sequana flumine occupauit, deuiciis ijs qui in terra ad arcendum ab ea ipsum confluxerant: traductisque uariè cū secundum aduerso flumine copiis, ne si uno loco id conaretur, prohiberi ab hostibus posset. Id priusquam fieret, Vercingetorix Cæsare desfecto ob detrimentum quæ is accepterat, Allobrogibus bellum intrare intendit: Cæsar cm ijs auxilio proficiscentem in Sequanis deprehensum circumdat. Verum id Vercingetorigi longè securus quam institerat, cecidit. Nam non modò cladem Romanis nullam intulit, utrum eos desperatione salutis ad fortitudinem compulit: ipsèque temeritatem sua, quia multitudini suorum fidebat, succubuit. Haud parum ad eam uictorium Germani, quos Cæsar ad auxilium euocauerat, Romanis contulerunt, qui audaciam suam ingenti corporum mole acrobore confirmantes, circumclitorum hostium ordinem perruperant. Ab ea uictoria si ioblata Cæsar nihil remittendum ratus, hostes Alexiam perfugientes, oppido inclusit, ac in obsidione habuit. Vercingetorix antequam

*Alia Hedao  
tū desectio.*

*Labienus la  
sulam in Se  
quana capit*

*Vercingeto  
rix in sequa  
nis à Cæsare  
vincitur*

*Germanoru  
s opera Cæsar  
vincit*

antequam munitiones Casaris omni ex parte absolucrentur, equitatū à se dimisit, quia pabulum equis non suspectabat, utq; in suas quique ciuitates profecti, commecatus super Alexiam Cꝫ<sup>et</sup> s̄t obsidet. petiāque Alexiam adserrent. Cum ea res extraheretur, ac iāres frumentaria ipsos desiccere inciperet, liberos atq; mulieres, atq; reliquos bello inutiles oppido expulit, frustrā sperans alterutrum fore, ut aut hēc multitudo à Romanis prædæ causa recepta seruaretur: aut ipsi certè diutius uitium, unde uitam tolerarent, haberent. Casar enim, qui non adeò re frumentaria affluebat, ut alijs quoq; alen dis sufficeret, quod eam multitudinem ad suos reuersam haud dubiè receptam iri putabat, atque ita hostes ad maiorem peruenturos penuria, omnino repulit. Itaq; ea turba in medio urbis castrorumque, neutrīs ipsam accipiētibus, nūc rīma morte perīit. Ceterū auxilia equitum, reliquāq; à barbaris non multo post cū aduenirent, cuncti strī prælio à Romanis repulsi sunt, maximè Germanis auxiliaribus tum quoque uitioriam adiuuantibus. Deinde conati noctu per munitiones Romanorum in urbem pervenire, magnum detrimentum passi sunt. In ijs enim locis, que equitatū accedi poterant, occultas fossas Romani duixerant: desixisque in eas stipitibus, superficiētus texerant, ut etales reliquo circumposito solo essent: in eas fossas equi viri que imprudentes delapsi peribant. Neque tamen ante Galli quicquā de instituto remiserunt, quām ad ipsas munitiones commissō prælio, cum et ipsi, et qui urbem tenebant, Romanos aggredierentur, succubuerunt. Ea clade accepta, Vercingetorix cum integrum corpore effugere posset, sperans quia aliquando Casaris amicitia usus esset, posse se ueniam ab eo impetrare, ad eum non implorata ante per illum internuncium pacem, se contulit, sedentique pro tribunali repente in conspersum

Vercingetorix  
 regem se de-  
 dentem Cꝫ  
 s̄t ut acce-  
 perit.

dum uenit: quæ res animos quoque nonnullorum terruit.  
 Erat enim Vercingetorix statura proceræ, magnamque  
 armorum gloriam habebat. Facto silentio, nihil locutus  
 in genua concidit, manusque tendens supplicis gestum ex-  
 hibuit. Erant quibus ea res misericordiam moueret, pris-  
 stimam hominis fortunam cogitantibus, presentemque ca-  
 lamitatem ante oculos cernentibus. At Cæsar, id quod ma-  
 xime ad suam salutem ille facturum sperauerat, amicitie  
 prioris coniunctionem cum bello illato contulit: ostensioq;  
 quibus eum meritis affecisset, queq; ab eo accipere ip-  
 sum par fuisset, delicti gravitatem auxit: tamque causam  
 habuit, cur neque misericordia tum prosequeretur Verc-  
 ingetorigem, et statim in vincula conderet, quem post  
 in triumpho ductum necauit. Porrò reliquos Cæsar par-  
 tim conditionibus pacis impositis recepit, partim prælio  
 superatos subegit. Belæ enim finitimi ad Comium quen-  
 dam Atrebatem summa rerum delata, diu restiterunt,  
 duobusque equestribus prælijs cum Romanis incerta ui-  
 gloria certauerūt. Tertiò pedestri prælio congregati, cum  
 incerto adhuc euentu pugnaretur, inuidentibus ex im-  
 proniso terga ipsorum equitibus, fusi sunt. Ita uicti, qui à  
 pugna supererant noctu desertis castris in syluam quan-  
 dam se contulerunt: ea incensa, carrisque solis reliquis  
 sperauerunt se, dum hostibus ignis carrique moram inij-  
 cerent, in tutu loca posse euadere. uerum hæc fides frustrà  
 fuit. Nam Romani, ut primum fugam hostium copererūt,  
 insecuri sunt: cùmque ad ignem peruenissent, eo restin-  
 do, disiectisque carris, nonnullis etiam per medium ignem  
 currentibus, hostes ir: opin:tos affecuti, ingenti cæde affe-  
 cerunt. Hoc factum deditio multorum exceptit. Comius  
 autem lapsus, ne sic quidem quicuit, quin Labienum per  
 insidias aggredi institueret, atque tum superatus prælio  
 in col

Comij Atre  
 batis & Bel  
 gatum con-  
 tra Cæsarem  
 bellum.

in colloquium ut ueniret, persuasus est. Ibi à quodam Romano uulneratus, priusquam de ulla re conueniret, quod nunquam certam pacem initurus uidebatur, aufugit, iterumque Romanis molestus fuit: tandem desperatis rebus, his qui ipsum secuti erat, impunitatem actorum impetravit: sibique, ne in Romani ullius conspectum unquam ueniret. ita enim quidam referunt. Hoc pacto et hi, et si qui reliqui erant, deinceps pars uolentes, pars bello uicti in Romanorum potestatem redacti sunt. ac Cæsar præsidij conditionibusque impositis, pecuniisque et tributis annuis imperatis, alios fregit, alios missuertos reddidit. Atque haec eo modo consummata sunt L. Paulo, C. Marcellio Consulibus. Cæsari iam ex Gallia Roma redeundum erat, quod et eam omnem subegerat, et temporis ad quod ei imperium concessum fuerat, ratio sic postulabat.

Cæsar cur  
bello conse-  
quo exerci-  
tum dimit-  
tere nolue-  
rit.

Etenim cum id exiisset iam, bellumque conflctum esset, nulla præterea honesta causam cur exercitum non dimitteret, priuatu[m]q[ue] deposito imperio uiueret, habebat. Enim uero quandoquidem et Romæ seditiones erat, et Crassus interierat, Pöpeius autem rursus ad potentiam pristinam peruenerat (quippe et Cōsul tertium fuerat, et in quinq[ue] annos ut sibi Hispania decerneretur, effecerat) animoque iam a Cæsare alieniore (mortua praesertim iam filia, que sola eorū amicitiam continuerat) esse incipiebat: ea Cæsa rem, ueritum ne legionibus nudatus in Pompeij, inimicorumq[ue] potestate esset, mouerunt ut exercitum retineret.

Romæ tu-  
multus.

An. V. C. 701

Q. Pöpeius  
Rufus Tri-  
bunus plebis  
In carcere mali

Proinde his iisdem annis multi tumultus in urbe grassati fuerant. potissimum uero in comitijs, ita ut Caluinus atque Messala Consules uix septimo tandem mense creati sint. ac ne tum quidem id cōflectum fuisset, nisi Q. Pompeius Rufus Tribunus plebis, Syllaq[ue] sororis filius, in carcere

Senatu coniectus esset: que eadem pena omnibus qui

mali

mali alicuius facinoris existere autores uellent, cōstituta,  
potestāsque in eos animaduertendi Pompeio mandata  
est. V̄su ueniebat quidē aliquoties, ut quia aues interrea-  
gibus non addixissent, comitia auspiciorum causa impedi-  
rentur; sed maximē omnium Tribuni plebis, ne magistra-  
tus crearentur, obſtabant: qui ita omnibus urbanis rebus  
ſeſe admifſebant, ut ludos quoque populi loco Pr̄tori-  
um ipſi peragerent: atq; hanc ob causam Rufus in carce  
rem abductus fuerat. Idem pōst Fauonium Aedilem non  
magnē rei cauſa in eundem carcerem coniecit, ut igno-  
miniae nimirum confortem aliquem haberet. Iniſcibant  
autem Tribuni comitijs tum alia impedimenta, tum hoc  
agebant, ut in locum Consulū Tribuni mūlitum (quō per  
plures R̄es publica regeretur, quemadmodum olim in-  
ſtitutum fuerat) ſubrogarentur: cum nemini id persuade-  
rent, Pompeium utique Dictatorem dicendum eſſe con-  
tenderunt, in eāque ſententia diu perfeuerauerunt. Nam  
et abrat Roma Pompeius et nemo uel decernere ei  
hunc honorem (nam odio Syllane crudelitatis confilium  
id omnibus inuisum erat) uel metu potentiae eius denega-  
re ſatis audebat. Tandem ubi ipſe aduenit, Dictaturam,  
que non obscurē iam ei offerebatur, repudiauit: ate-  
que ut Consules crearentur, curauit. Consules ob tu-  
multus eorum qui cædes edebant, neque ſucceſſores ſibi  
conſtituerunt, et tanquam in magnoluctu, ſenatoria ue-  
ſte poſita, ſenatum in uextitu equeſtri congregauerunt:  
tum ſenatus consultum fecerunt, ne quisquam ex hiſ  
qui Cōſulatum aut Pr̄eturam geſſiffent, exteriorem ali-  
quam prouinciam ante clapsum quintum annum accipe-  
ret: ſperantes uel hac ratione certamina de occupandis  
magistratibus tolli poſſe, ſi patēret eum qui obtinuifſet,  
non ſtatiuim cum potentia aliqua futurum. Nihil enim  
ſani

Fauonius in  
carcerē cō-  
iebas.

Pompeium  
Dictatorem  
Tribuneple  
bis facere  
volunt.

Senatus con-  
ſultum de  
prouinciis.

sani moderatius agebatur, sed cum largitionibus acriter cōtēdebant, tum plus etiam dimicationibus, ita ut Consul quoque Caluinus aliquando uulnus acceperit. Ita factum est ut neq; Consulibus, neque Pr̄etoribus, neque urbanis alijs magistratibus succederetur, sed prima anni parte sine omni magistratu Romae uiucretur. Ea res cum alijs malis ansam pr̄ebuit, & nundinæ, quæ nono quoouis die celebrabantur, ut ipsis Calendis Ianuarijs agerentur Prodigia. effecit. Cūn hoc, quasi non forte fortuna ita accidisset, sed prodigijs rationem haberet, Romanos terruit, tum quod bubo etiām uisus erat, totōque triduo simulacrum quadam fudauerat, faxque à cœli parte que meridiem sp̄etat ad orientem transcurserat, multa quoque fulmina deciderant: s̄epius glebis, lapidib⁹sque & testis pluerat. Ac mihi quidem id quoque decretum quod prioris

Decretum  
de Iſidis &  
Serapidis  
fanis.

anni exitu de Serapi Iſideque factumerat, inter prodigia nō extrellum uidetur locum obtinuisse. Eorum diuorum fana, quæ priuatim nonnulli extruxerant, senatus demoliri iuſſit, quod eos non magnopere inter numina numerabat. ubi ea sententia obtinuit, ut publicè iam coeli inciperent, extra pomarium eos deos collocauerunt. Cum is Romæ status eſſet, ac summe rerum nemo pre- eſſet, singulis fermè diebus cædes perpetrabantur, ac quanquam ad magistratus capiendoſ plurimi contendenteſ, cāque de cauſa & largitiones & cædes fierent, tamen comitia non perficiebantur. Milo cōſulatus candidatus, Clodium in via Appia ſibi obuiam factum initio leui- ter uulnerauit. pōst ueritus ne is eam rem vindicaret interfecit: ſperans, ſi omnes ſeruos qui eam cædem feciſſent statim manumitteret, facilius ſe de cæde, mortuo Cladio, quām uulneris eodem ſuperſtitie, abſolutum iri-

Milo Clo-  
diuim inter-  
ficit.

tiō Ea re ſub uesperam Romam perlata, ucheinmēs perturbas-

tio coorta est, oblati factionibus ansa belli ac maleficiorū: atque hi quoque qui in neutraruī erant partium, tamē hū manū sortis memores, rem indignè frerant: idque eo am plius, quod hac occasione Milonem quoque de medio tol li cupiebant. Populum ita affectum, nati Rufus, ac T. Mu natius Plancus, qui tum Tribuni pletis erant, magis etiā accenderunt, caa aucre prima luce in surum prolatō, pro Rostrisque exposito, & omnibus ostentui exhibito, his que lugubri gestu additis uocibus, que ad rem præsentē competebant. Ita plebs iūs que uiderat, queq; audiuerat perturbata est, ut ne religionis quidem iam rationē ha beret: sed omnibus sepulture ritibus temeratis, prope modum totam urbem incendio misceret. Nam corpus Clo dij sublatum ad Curiam honesto cum funere portauere: idque rogo ex subcelliis constructo, cum ipsa curia combusserunt, quod non repentina quodam impetu, quales plebem multi solent incessere, sed consultō fecerē: iidēm que hora demum nona in ipso fero comessati sunt, fuman te etiamnum Curia. Milonis quoque domum succendere conati, ab incepto multis eam propugnantibus repulsi sunt. Milo catenus propter cædem sibi metuens, se se abs diderat: ac non plebeiorum modō, sed equitum quoque, senatorūque se quorundam præsidio sepierat: tum uero iram senatus in aduersæ factionis homines ob hoc ab ipsis admissum flagitium conuersum iri sperans, cum senatus statim huius rei causa uesperi in palatio conuenis set, interregemque nominari, eique ac Tribunis quoque plebis, Pompeiōq; mandari ut curam urbis susciperent, ne quid ea detrimenti pataretur, iussissent: ipse quoq; in medium progressus, pari, aut maiori etiam quam prius contentione magistratum petuit. Hinc iterum ad pugnam cedēsque res deuoluta est, ita ut senatus decretū id cōfir-

Rufus.  
T. Munati<sup>o</sup>  
Plancus.

Curia cum  
Clodij cada  
uere cōfla-  
grauit.

Seditio post  
cædem Clo  
dij.

mārit, Pompeiumque Romam euocauerit, ei nouorum scribendorum militum potestatem concesserit, ipsiq; sor didam uestem sumpserint. Pompeius paulo post ad urbem uenit: tam circunsuso præsidio extra pomariū ad theas trans senatus habitus est, decretū inque ut Clodij ossa coligerentur, Curiāmque Faustus Sylla F. restitueret. Curia enim que incendio perierat, Hostilia fuerat, sed à Syl la aliter edificata; itaq; statuerant ut is reficeret, nomine que curie mutaretur. Cum omnium animi suspensi expetarent quinam ipsis magistratus præficerentur, ramorēq; alijs spargerent, Pompeium esse Dictatorem creandum, alijs Cæsari, qui tum in tanto erat ob res gestas honore, ut supplicationes in sexaginta dies earum causa indexerint) Consulatū deferendum: Senatus atq; Bibulus præcipue, qui primus sententiam erat dicturus, cum horum utrumq; metueret, studiis plebis anteuerterūt, Pompeio Consulatū ne Dictator fieret, tribuētes, eumq; soli ipsi, ne Cæsar collega eius fieret. Id inusitatū, neq; ulli ante Romanorū cōtigerat haud absurdē aliquin factū est. Quia enim Pompeius minus plebi quam Cæsar studebat, omnino ab ea ipsum diuellere, si quis iuris efficere se posse sperabat. neq; falsi hac sunt expectatione. Non enim ex inopinato honore elatus, nihil iam amplius in plebis gratiam agebat, sed omnia planè ex animo Senatus gerebat. Ceterū solus magistratum gerere haud uoluit, fastisque glorie in eo sibi obtigisse existimans, quod ita decretum esset, inuidiam eius rei declinandam duxit: quod uerebatur, ne regione armis uacante, Cæsar sibi studio militum atque multitudinis collega daretur: ne is omnino neglecius uideri, iustumque ira causam habere posset, per Tribunos effecit, ut Cæsari permitteretur legitimo tempore etiam absenti Consulatura petere. Ipse Q. Scipionem

*Curia. Ho-  
stilia à Fa-  
usto Sylla re-  
stituta.*

*Bibulo au-  
tore Pompei  
us sic III.  
Consul, &  
solus.*

*Cæsaris vi-  
gibscnis ea-*

pionem sacerorum suum, ambitusque tum reum collegam si-  
bi assumpsit. Is Scipio cum Nasicae esset filius, testamen-  
to in genus hereditatemque Metelli Pij adoptatus, atque  
hinc cognomentum Metelli ferens, filiam Pompeio in ma-  
trimonium dederat, ab eo contrà Consulatum, ac ne cau-  
sam diceret acceperat. Erant omnino multi, quibus ambi-  
tus causa dies dictus esset, maximè quia Pompeij legibus  
effectum erat, ut iudicia accuratius quam antè haberentur.  
Nam is omnes ipse delegerat eos, ex quib. iudices  
sorte duci deberent, certumque utrique parti in iudicio  
certantium aduocatorum numerum finuerat, ne à multi-  
tudine horum iudices confusi perturbarentur: ad causam  
uerò dicendam auctori duas, reo tres horas concedi iussa  
erat: id quoque quod plerunque iudicia corrumpebat, cor-  
rexerat, interdicto ne qui reorum laudatores haberentur,  
aut pro accusatis deprecarentur. Complures enim eos  
rum qui rei facti erant, e modo, uiris fide atque autoris-  
tate præclaris intercedentibus, iudiciis crepti fuerant.  
Hæc, aliisque horum similia de omnibus iudiciis constitu-  
ti erant. Qui uero largitiones magistratum adipiscen-  
dorum causa fecissent, ad eos in iudicium pertrahendos  
cum alios accusatores constituit tumhos quoque, qui si-  
mili antè de causa damnati fuerat, magno proposito ipsi  
delationis præmio. Nam quicunque duos eadem de ca-  
sa, aut minori etiam quam cuius ipse damnatus erat,  
reos peregisset, aut unum maioris criminis conuicisset, ei  
impunitas sui peccati dabatur. Hinc factum est, ut multi  
rei fierent, ac Plautius quoque Hypsæus qui in petitio-  
ne Consulatus cum Milone & Scipione certauerat. Nā  
ex tribus his ambitus reis, solus Hypsæus damnatus  
est. Scipioni quidem dies dicta erat à duobus, sed pro-  
pter Pompeium iudicium effugit. Milo in iudicium Milo in iu-

In largicio-  
nib. magi-  
strum que-  
rentes statu-  
tum.

Plautius Hy-  
psæus reus  
ambitus.

dicio de ex  
 de Clodia-  
 na damnatus,  
 ob hoc crimen pertractus non est, quia cædis culpa, in  
 qua erat, maior extabat. Cum de cæde Milonis iudicaretur, iudicatum sententiis damnatus est. neque enim uim  
 ullum facere poterat: siquidem Pompeius præsidiis per  
 totam urbem dispositis, armatis cum militibus ad iudiciu-  
 um uenerat; ac cum Milonis causa nonnulli tumultua-  
 rentur, militibus imperarat, ut eos fero depellerent, træs  
 uersis planicie gladiorum ictibus pulsatos: non cessanti-  
 bus illis, sed in percutientes tanquam in re ludicra con-  
 uicia coniuentibus, vulnerati etiam aliqui sunt, ac non-  
 nulli cæsi. Ita iudicatum sine turba confessu facto, alij aliis  
 de causis, Milo autem cum quibusdam aliis propter ca-  
 dem Clodij damnatus est, quamquam Cicrone patroci-  
 nante. Cum enim orator ille Pompeium armatis militi-  
 bus præter consuetudinem in iudicio adesse uideret, ani-  
 mo collapsus, ac terrore percussus ita est, ut nihil eorum  
 que præmeditata erant ipsi, diceret, sed breui ac languida oratione contentus, finem dicendi fecit. Que enim  
 nunc Cicronis quasi tum pro Milone habita extat ora-  
 tio, eam postea temporis Cicero animo colicchio per o-  
 cium scripsit. Ferturque Milo in exilium actus missam  
 hanc sibi à Cicrone orationem cum legisset, Cicroni re-  
 scripsisse, bene sibi euénisse, quod eā is non in iudicio pro-  
 se uiciasset: nunquā enim futurum fuisse, si hoc modo pro-  
 se dictum fuisse, tantos ut mullos Massiliæ (cō enim exul-  
 tus)

Milonis in  
 Cicerone lo-  
 cus.  
 quasi delectaretur præsentis statu (quippe multa reditus  
 sui causa impetrandi molitus est) sed Cicronem uerbis  
 exagitans, quod cum defensionis tempore nihil cause  
 conducibile dixisset, deinde inutiles orationes compo-  
 neret, si ique mitteret, quasi uero turn aliquid ab his iu-  
 Rufus &c. uari posset. Milo itaque ita damnatus est, ac Rufus quo-  
 que,

que, Plancusque, ut primum magistratu perfuncti sunt, <sup>Plancus de-</sup>  
*natur.* multique preterea alij propter incendium curie. Nec profuit Plancus Pompeium habuisse sui studiosum: neque liber ab eodem ad iudices missus, quo & laudatio, & deprecatione Planci causa cōtinebatur, M. Catone (is enim de causa cognitus erat) dicēte, se laudatorē cōtra illius ipsius lege non admissurum. Et quamuis Cato suffragiū de ea causa non tulit (permittebatur enim lege eiusdem Pompeij cūm actori, tūm reo, ut quinque ex iudicūm numerō eximeret) quos contrā se aperte sententiam dictiūtros opinione p̄cipere et, idque de Catone sentiens Plancus, ex iudicib⁹ eum exemerat) tamen reliquorum sententiis Plancus damnatus est. Nam & iniquum uidebatur Rūso damnato, Plancum, cuius eadem erat causa, abs solui. & quia Pompeius pro Plancō gratia certib⁹bat, op̄ponere se ci uolebant, ne seruicius potius, quam iudices esse existimarentur. Etenim Cicero tūm quoque nihilō dexterius Plancum accusauit, quam defendera t Milonē: quia & iudicij eadem erat que tūm fuerat facies, & in utraq; causa Pompeium habebat uoluntate atque reipsa sibi resistentem, cūmq; non mediocriter tūm iterū offendebat. Accesit his illius temporis actis Pompeij, ut legem quoque de comitiis (hēc magistratum aliquem ambientes, ad ipsa omnino comitia p̄stō esse, neque ullius absens rationem haberii iubebat) que iam neglecta quodammodo erat, renouaret: decretū m̄que paulo prius factum, ut qui in urbe magistratus gesissent, exterās prouincias ante quinti anni exitū, ne sortirentur, confirmaret. Nec puduit Pompeium, qui tūm eā promulgabat, ipsum Hispaniæ imperium in aliud quinquennium accipere: Cæsari autem (cuius amici indignissimè legem ferebant) absenti quoque Consulatus petendi potestatem codem decreto.

Lex de co-  
mittiis.

Pompeii, leg.  
uias.

concedere. Adicetur enim hoc legi, al sentibus petere solis his licet, quibus nominatim atque aperte id permitteretur. id nihil aliud erat, quam ne prohibitum quidem omnino esse, quod hi qui potenter obtinerent, haud dubie effecturi erant, ut sibi hoc decreto indulgeretur. Atque haec tum Pompeij erant actiones. Scipio neque legem ullam

Censoria protestas à Q. Scipione restituta.

tulit, et ea que de Censoribus erat à Clodio statuta, abrogavit, iisque pristinam potentiam reddidit: quod cum in eorum gratia facili uideretur, tam in contraria partem uertit. Cum enim et in equestri et in Senatorio ordine multi nullius precij homines essent, quandiu Censoribus nullum ex his neque accusatum loco mouere pernissum erat, utio quoque ipsis dari non potuit, si homines improbi ignominia non notarentur. At postquam Censores pristinam suam potentiam (qua priuatim quoque in unius cuiusque uitam inquirendi, meritosque infamia notandi ius habebant) recuperauerunt, neque offenda rem multos, neque in reprehensionem aliorum incurrere, quasi in meritos sua dignitate despoliassent, uolebant. Itaque nemo prudens uir Censoriam petiit. Ceterum Cato, quanvis nullum alioquin ipse magistratum desiderbat, quia tamen Caesarē Pompeiumque auctos supradicātū ē Republica esset, uidebat, cōiecturaque colligebat fore, ut aut simul summā rerū inuaderent aut inter se dissidēt, maximā seditionem excitarent, quique ex iis uicisset, solus rerum potiretur; statuit potentiam eoru, antē quam ad certam deueniret, destruere: idque ut efficere posset, cum priuatim se nihil ostenturū uideret, Consulatum petiit.

*Cato Consul  
Iunc repul-  
lē patitur.*

Quia à Cesaris Pompeii que fautoribus animaducereturatur hoc cum moliri, Consul factus non est: sed M. Marcellus, et Sulpicius Rufus Cos. creati sunt, alter ob legū peritiae, alter ob eloquentiā; idque eō magis, quod non largitio

*Anno V. C.  
703.*

tlonibus aut ui, sed demulcēdis omnibus cōpellandis que  
 eam dignitatem petierant. Catoneque ullum demereri uo  
 luit, & in posterū petitione Consulatus abstinuit, quod  
 diceret uiri boni esse, administrationem reipublicæ, si qui  
 ipso uti uellent, non subterfugere, neque tamen eam ultrā  
 quam conueniret, expetere. At Marcellus, qui Pompeij  
 partes sequebatur, cōfestim omnia ad deprimendum Cæ  
 sarem agitat: ac cum de aliis contra eum multis ad See  
 natum referret, tum ut ante legitimū tempus ei success  
 or mutteretur. Marcellus, & Sulpicius, & tribuni nōn ul  
 li resistebant; hi, quia Cæsari cupiebant: ille tum hac ipsa  
 de causa, tum quia plerisque non probabatur, imperium  
 cuiquam al rogarī, ante quam eius tempus exiisset, nullo  
 eius extante delicto. Hæc ubi Pompeius cognouit (qui  
 Roma profectus erat, tanquam in Hispaniam cum exerci  
 tuiturus, ne cum tamen Italia exceperat, sed legatis om  
 ni re Hispanensi commissa, ipse his que Rome agerent  
 tur intentus substiterat) simulauit sibi quoque non pro  
 bari, ut imperio Cæsar despoliaretur: hoc egit, ut Cæsar  
 simul atque tempus ei constitutum exiuisset, (id statim  
 insequeuti futurum erat anno) depositis armis, priuatus  
 domum redire iubetur. Id ut efficaret, C. Marcellum so  
 brinum, siue (ut runque enim fertur) fratrem M. Marcel  
 li, Cæsaris (quanquam cum eo ipsi affinitas infercedes  
 bat) inimicum, ad Consulatum euexit: itemque C. Cu  
 rionem, qui iam pridem Cæsarem moderat, ad Tribunatu  
 promovit. Cæsar alioquin difficulter passurus, ut ex tan  
 to tñque diuturno imperio redigeretur ad priuatam  
 uitam, cum prætereat uiceretur, ne eo facto, in inimic  
 corum potestate esset futurus, ita se comparauit, ut uel  
 inuitis illis imperium retineret. Itaque & nouos mili  
 tes scripsit, & pecunias confecit, utq; suū imperiū omnia

C. Marcellus  
Consul

C. Curio Tel  
bunusple  
bis, vt à  
Cæsare cor  
ruptus, eius  
rem egerit.

bus quam maxime acceptum esset curauit. Intercare res ur-  
banas quoque aliquo modo si i constitutas putans, ita  
ut ne ui omnia, sed persuadendo etiam uagere uideri pos-  
set, cum Curione in gratia redire statuit, qui ex nobili Cu-  
rionum genere ortus, animo perspicaci, uique dicendi pre-  
ditus magna, atque ad persuadendam multitudinem per-  
idoneus, idemque ut uel ipse primas in aliquare obtine-  
ret, uel alios in simili causa iuuaret, nullis pecuniarum pro-  
fusionibus pepercera. Eum ad magnas spes crevit Cæsar,  
omni que aere alicno, quo ingenti ob magnum prodigali-  
tatem obstriclus erat, liberatum sibi adiunxit. Nulli om-  
nino pecunie impense, ut quod animo conceperat obti-  
neret, Cæsar parcerat: quippe ex ea re confecta satis ad  
se argenti redditum sciens, multisque plurima pollicie-  
batur, quorum ne minimam quidem partem praestare co-  
gitabat. itaque non ingenuos tantum, sed scruos quoque, si  
quos aliquid apud dominos suos posse intelligebat, deme-  
rebatur, eoque modo plurimos equestris Senatorieque di-  
gnitatis uiros sibi conciliabat. Curio, et si Cæsar is iam re-  
bus studebat, non tamen constim id praescitulit, occasio-  
nem quandam probabilem querens, ut non ultrò, sed coa-  
ctus ad eum transiisse uideretur. hoc quoque existimat-  
bat, quanto diutius Cæsaris inimicus, quorum ipse amicus  
habeatur, adesset, tanto se et plura et maiora eorum  
secreta posse perdiscere. His de causis diutissime sua con-  
siliatrixit: ac ne quam de se suspicionem animi immutati  
praebaret, inter eos primas sibi tum quoque uedicauit, qui  
omnia contra Cæsarem et sentirent et dicerent: ac iam  
inde ab initio sui Tribunatus concionabatur in eum, mul-  
tasque iniquas rogationes firebat, nonnullas etiam contra  
Senatum, potentissimisque, qui Pompeio maxime stude-  
bant: non quod aut putaret, aut uellet aliquam harum rati-  
onem

nam futuram, sed ut ipsis repudiatis, ne contra Cæfarem quidem decerneretur quicquam (multa enim contra eum iam conscripta erant) ipseque hanc transiendi occasionem haberet. Ab eo tempore cum multum temporis aliis atque aliis obtentis causis, ne quid horum omnium decerneretur, consumpsisset, indignè se id ferre simulans, petuit, ut aliis mensis ad eas leges tandem perferendas intercalaretur. Ea intercalatio usurpabatur, quoiescunque id res exigebat, tum uero non competitbat: quod Curionem ipsum, quippe Pontificem, minimè fugiebat: uerū tamen opus esse intercalatione contendebat, collegasque Pontificij clamoribus exagitans, cum ut assentirentur sibi persuadere non posset (ac ne uolebat quidem) ne aliam quidem ullam rem quoque decerni passus est: iamque aperte Cæsar is causam defendens, quod diu contra eum frustra contendisset, omnia ea quae approbatum iri nequaquam putabat, ostendit: idque præcipue uoluit, ut aut omnes qui in armis essent, iis positis exercitus dimitterent: aut ne Cæsar quidem suis copiis nudatus, aduersariorū potentiæ obuerretur. Id nō eo animo pronunciabat, q[uod] uellet Cæarem ab armis discedere: sed quod satis competrunt habebat, Pompeium huic sententie non obtemperaturum, unde Cæsar quoque non dimittendi exercitus causam esset habiturus. Enim uero Pompeius, cum aliis rationibus nihil effecisset, aperte iam exasperatus, omnia palam contra Cæfarem et dixit et fecit: neque tamē obtinuit quicquam, defendantibus Cæfarem cum multis aliis, tum L. Paulo, qui Marcelli in Consulatu collega erat, Lucioque Pisoni Cæfaris socio, qui tum Censuram gerebat. Erant eo tempore Censors constituti, Appius Claudius, atque Piso: inuitus quidem hic, quem affinitas Cæfarii uere iudebat. Appius Cæfarii inimicus, ac Pom-

Curio Pon.  
tis ex.

pio cupiens, preter animi suisententiā Cæsari multunt  
 profuit. Multos enim equites senatorēsq; cū notaret, inui-  
 to collega, effecit ut hi omnes deinceps Cæsarianas partes  
 sequerentur. Etenim Piso cum alioquin quieti studeret,  
 ac propter generi quoque amicitiam multos obseruaret,  
 ipse notandum sibi neminem duxit, collega tamen omnes  
 libertinos, multos etiam nō bilium, atque inter eos Cris-  
 sum etiam Salustium, eum qui historiam conscripsit, Se-  
 natu eiicenti non repugnauit; Curionem tamen, cui ipsi  
 quoque iam eadem fortuna impendebat, ipse cum Paulo  
 eius cognato deprecando eripuerunt. Cæterū senten-  
 tiā de Curione Appius ne sic quidem immutauit, sed  
 eam publicè in senatu clidit. cuius facti indignitate Pan-  
 lus commotus, uestem suam proscidit: Marcellus arrepto  
 Curione, sferans fore ut odio cū ipsius, tamen Cæsarī,  
 Senatus grāue quippiam in eum statueret, sententia ro-  
 gauit de eo. Curio primò contendere expit, non esse de-  
 se sententias ferendas; mox cognito multos ex Senato-  
 bus qui tum aderant, partim omnino Cæsaris rebus stude-  
 re, partim eum magno pere timere, ut de se cognosceret  
 Senatus permisit: hoc prefatus, ita se sibi conscient, ea se-  
 egisse quæ optimæ atque ex usu patriæ essent. proinde uo-  
 bis, inquit, corpus uitamque meam dedo, de his ut uisum  
 fuerit, ita statuite. Cum Marcellus ita eum accusasset, ut  
 damnatum iri nihil dubiaret, postquam pluribus senten-  
 tiis absolutum uidit, rem indignam iudicās, Senatus exi-  
 luit: ad Pompeiumq; in suburbium procurrēs, eique ipse  
 per se, nullo facto decreto, custodiam urbis mandauit, ut p-  
 duas urbanas legio:es haberet. Aderant iam tum milites  
 isti, incerti cuiusdam negotijs causa collecti. carēs sic ha-  
 bebat. Pompeius cum adhuc amicitiam cum Cæsare serua-  
 v̄c duas legiones Cæ-  
 giones

militibus ir.digeret, ac Pompeius nullū bellū gereret. Post  
 quam inter se disse dicer, Pompeius ut ex suam legionem  
 repeteret, ex aliam in super Cæsari adimeret, Bibulo in  
 Parthos militibus opus esse commentus est: ac ne noui de-  
 lectus haberentur, quod celeritatem requiri in hac  
 re, et magnam esse copiam exercituum dicebat, effecit  
 ut decretum fieret, quod iuberet ab utroque, Pompeio  
 et Cæsare, singulas legiones Bibulo mitti. Pompeius ex  
 his quas tum secum habebat legionibus nullam dedit: sed  
 qui huic negocio erant præfeti eos iussit legionem quam  
 Cæsari ipse dederat, à Cæsare petere. Ita cum uterque ui-  
 deretur unam legionem suppeditare: re ipsa Cæsar am-  
 bas præbuit. Quod tametsi Cæsar intellecterat, tamen ne  
 locum criminis daret, quasi non obtemperasset imperatis,  
 paruit: presertim quod hac occasione futurum uidebat,  
 ut multo m. iorem militum numerum contrà deligeret.  
 Hæ igitur due legiones ut in Parthos mittende, adorna-  
 bantur: quum uero nullus eorum ad id bellum usus esset, ue-  
 ritus iam antè Marcellus ne Cæsari redderentur, in Ita-  
 lia retineri iussit: tunc autem Pompeio (quem admodum  
 dixi) eas tribuit. Et quia nec exitu anni agebantur, fu-  
 turumque uidebat Marcellus, ut non diu rata haberentur,  
 cum neque Senatus, neque populus iussisset, Corne-  
 lium Lentulum, Caianque Claudium Coß. designatos se-  
 cum ad Pompeium perduxit, iisque ut eadem mandarent  
 effecit. Quia enim littera designatis Consulibus tradun-  
 tur, atque alia quedam ad magistratum eorum pertinen-  
 tia, ante quam cum inveniant, agere licet, huius quoq; rei po-  
 testatē habere uidebantur. Pompeius, homo in omnibus  
 aliis rebus diligēs, legiones animo libenti accepit, nihil  
 neque à quibus neque queratione ex offertenur, solici-  
 tus. Nihil tamē, quale quistam audaci ex facto expecta-  
 set, sub

Consulum  
designato-  
rum poter-  
tias.

*set, subsecutum est: sed inimicitia tantum in Cæsarē manifesta, ipsi uim præterea nullam parauerunt, Cæsari autem non absurdum prætextum retinendarum suarum legionum obtulerunt. Etenim Curio, cum multis apud populum in Consulibus ac Pompeio accusandis fuisset, postquam satis sibi id fecisse arbitratus est, rectā ad Cæsarem contendit.*

*Curio urbe  
ad Cæsarem  
profugit.*

# DIONIS RÖMANAE HISTORIAE LIBER Q V A- dragelimus primus, Gulielmo Xy- landro Augustano in= terprete.

## I N D E X C A P I T V M H V I V S L I B R . I.

*Quomodo Cæsar in Italiam venerit, utque Pompeius ea relata in Macedoniam traiecerit.*

*Vt Cæsar Hispaniam subegerit.*

*Vt in Macedoniam aduersum Pompeium traiecerit.*

*Conflitus Cæsaris cum Pompeio apud Dyrrachium.*

*Quomodo Pompeium Cæsar ad Pharsalum vicerit.*

*Annis hæc duobus gesta sunt, in quibus Consules fuere;*

*Anno V. C. 705 L.Cornelius P.F.Lentulus.  
C.Claudius M.F.Marcellus.*

*706 C.Iulius C.F.Cæsar II.  
P.Seruilius P.F.Ifauricus.*

*Anno V. C.  
705.*



*E C V N D V M hæc Curio literis à Cæ-  
sare ad Senatum acceptis Romam uenit  
ad ipsas Calendas, quibus Cornelius Lé-  
tulus, & C.Claudius Consulatum ini-  
bant. Eas ne foris acceptas suppresseret  
Consules, non antè ipsis exhibuit, quam in Senatum ues-  
tum*

*Curio lite-  
ras Cæsaris*

tum est. Nihilominus diu cunctatos, demum Q. Caſius ad Senatum perferrit. Longinus, & M. Antonius Tribunipletis, ut publicè recitarent eas, adegerunt. Antonius quidem pro beneficio hoc, quod tum Cæſari præstabat, postea temporis ab ipso magnam gratiam reportauit, & ad summam dignitatē eueclus est. In literis Cæſaris cum enumeratio meritorum eius in Rēpublicā inerat, tum purgatio eorum quæ obiiciebantur crimine: promittebatque se exercitus dimissurum, à magistrati que decessurum, si quidem Pompeius idem fecisset: qui dum in armis esset, iniquum fore se cogi ut ea deponcret, quippe quisic hostilis traderetur. Cum sententiae essent hærendæ, & non à singulis pronunciatæ sunt (metuebant enim ne quis uerecundiā timore: compulsus secus quam sentiret, diceret) sed in diuersas Curiæ partes discessum est: ibi qui Pompeium (is tum insuburbanis cum exercitu erat) ab armis iubaret discedere, repertus est nemo: Cæſarem uero uniuersi, præter M. quendam Cæciliū, & Curionem cum qui literas attulcrat. De Tribunis enim plebis nihil dico, quod non uel ui intercesserunt, quippe eam potestatem obtinent, siue quid statuere uelint, siue infirmare. His ita decretis, tamen per Longinum Antoniumque effectum est, ut neque ea die, neque postridie eius dici quicquam ratum esse iuteretur. id reliquis indignè ferentibus, lugubrēmque uestem sumentibus, cum ne sic quidem ratum fieret decretum, tamen ea sententia perscribita est. Constatim ad rem ipsam inde peruentum est: quicquid eius decreti autores fuerant, statim Curiæ egressi, mutataque ueste reuersi, de suppliciis eorum qui se opposuerant, delibauere. Qui cum repercepta primò restitissent, pōst territi cūm aliis de causis, tum quod Lentulus suāsisset ut urbe exirent prius quam sententiæ perferrētur,

tur, multis uerbis factis obtestatique, cum Curione de Cæsilio ad Cæsarem abiēre, non iam magni pendentes, quod essent ex Senatorum albo sublati. Secundum hoc decreatum, Consulibus porrò reliquaque magistratibus urbis custodia de more mandata est: deinde extra pomorum ad ipsum Pompeium progreffi, tumultum esse eam rem quæ tum agebatur, censuerunt, ipsique pecunias et milites tribuerunt. Decreuerunt prætereat, uti Cæsar imperium successoribus traderet, et ante certam diem exercitus dimitteret: si non fecisset, hostem habendum, ac contra patriam egisse iudicandum. Cæsar cum hac cognouisset, Ariminum perrexit, tunc primum suæ provincie fines egressus: ibi conductis in unum locum militibus, Curionem, qui que cum eo aduenerant, iusfit coram illis quæ acta essent narrare. Quo facto, ipse insuper quæ presens negotiū requirebat adiiciens, adhuc magis suorum animos accendit: motisq; castris rectâ Româ uersus exercitum duxit, receptis citra pugnam omnibus quo in itinere incidebat oppidis, præsidiis aliis quod hosti imparia essent diffugientibus, aliis Cæsari se se coniungenti bus. Ea percepta Pompeio terrorem incusserunt, iuxta omnia quæ animo Cæsar agitatus ex Labieno discenti.

Labienus à  
Cæsare ad  
Pompeium  
perfugit.

Is enim à Cæsare perfugerat, omniisque eius arcana Pompeio enunciabat. Mirum uideri alicui posset, quid Labieno in mentem uenerit, ut à Cæsare deficeret, à quo in summo semper honore habitus, omnibusque quæ erant trans Alpes copiis ab eo dum in Italia ipse moraretur, præfectus fuerat: sed in causa fuit, quod Labienus ipse cum esset diutiis ac gloria auctius, maiori cum fasti quam pro imperio se se gerebat: cùmque Cæsar sibi exequari uidens, minus iani diligebat. Eam mutationem uoluntatis Casaris Labienus non firens, simulque sibi metuens, defctionem fecerat. Pompeius his quæ de Cæ-

sare perceperat adductus, præterea quod haud pœnitendam manum ille iam coegeret, adhuc qui in urbe erant, eosque in primis qui partibus studebant, memoria Marij Syllaq; facinorum territos bellum reformidare, cuperentque ab eo citra periculum liberari uidebat, sententia mutata, legatos ad Cæsarem L. Cæsarem eius agnatum, Legati Pompeii ad Cæsarem. & L. Roscius Praetorem, qui ultrò eam prouinciam ceperant, mittit, si qua cius impetum effugiens mediocribus conditionibus pacem componere posset. Cum Cæsar eadem, quæ prius per literas significauerat, respondisset, ac præter ea uelle se ipsum cum Pompeio colloqui, et si plerisque hoc minime acceptum erat, quod timerent, ne contra se aliquid illi componerent, tamē postea quād legati multas laudes Cæsaris retulerūt, idque adicō, fore ut nemo quisquam ab eo ullam acciperet iniuriā, utique exercitus statim dimitteretur pollicitisunt, permulsi his promissis, eosdem legatos ad Cæsarem remiserunt, magnaque semper et ubique locorām ab iis uocē postulauerunt, efficeret ut uterque simul ab armis discederet. Meatum ea res Pompeio incit, satis certo, se apud populum Cæsare longè inferiorem futurum, quando utrique privato uicendū esset; itaq; prius quād legati redirēt, in Campaniam abiit, ibi se filius bellum administrarc posseratus: iusitq; ut uniuersus Senatus, omnesque se magistratus sequerentur, proposito Senatus consulto, quo impunitatem eius demigrationis ostendebat: prædictoq;, se eum qui ad urbem remansisset, eodem cum hostibus habiturum loco. Iusit etiam decerni, ut secum pecunias publicas, omniaque que ad urbem erant diuis dedicata dona auferrent, sperans inde se magnam uim militū posse conducere. Tāta erat uniuersis propemodū Italie urbibus benevolentia in Pompeium, ut haud multo antē cū aud

Pōpeius in  
Campaniā  
abit.

Pōpeij de-  
creta.

audiuissent eum periculo morbo conflictari, pro incolumentate eius publica sacra uouerint. Quod sanè magnū fuisse ac splendidum munus nemo hominum negauerit, nī mirum nulli unquam alij, præter eos qui post ea tēpora summā in omnia potestatē obtinuere, decretū: nō tamen id satis firmū argumentum fuit, nunquam eos Pompeiū metu potentioris derelicturos. Porro et si de pecuniis donariis que factum fuit decretum, neutra tamen loco mota sunt. Vbi enim acceperunt Cæsarem legatis iam nihil patenti respondisse, sed insuper uitio eis dedisse, quod de semendacia retulissent, tum mulites ei multos esse, eosque audaces, ex ad maleficiū omnibus rebus inferendum animo paratos, quemadmodum ferre in id genus negotiis omnia magis terribilia refriri solent, quam res ipsa ferat: his nunciis perterriti, prius quam pecuniam donariāue attingerent, magna cum celeritate Romam reliquerunt.

Fugæ ex Roma descrip.  
tio.

Fuit omnino ea fuga alioquin etiam turbarū ac tumultuum plena. Qui enim urbe exhibant, hic erant ordinis senatorij equestrisque frē primarij omnes, itemque per multi de plebe, et si uidebantur ad bellum profici sci, tamē re uera ea patiebantur quæ captiuis usu uenient. Summum ipsis afferebat dolorem, quod patriam relinquere, uitamque alibi locorum ducere, murōsque extraneos suis magis sibi aptos habere cogebantur. Nam qui cum tota familia emigrabant, ita delubra, aedes suas, solimque patriæ reclinquebant, ut ea statim aduersariorum futura scirent: satisque ipsis constabat, Maccdoniam, Thraciamue sibi, si belli periculum euasissent, habitandam fore, non ignaris sententiae Pompeij. Qui uero ad urbem liberos uxoresque suas ex preciosissima quæque relinquisserent, uidebantur quidem illi spem redundi in partim halcre aliquam: uerum longe quam ceteris difficilior

ficilior ipsis discessus erat, ab his quae homines carissima  
habent, diuisis, duplicitate, et inter se quam maximè  
contrarie fortunæ expositis. Quia enim coniunctissimos  
suos in potestatem hostis dedissent, uidebant sc̄, si in bello  
parum strenuos sese gesissent, in periculo uitæ futuros:  
si strenui fuissent, illis priuatum iri: adhuc neutrum se  
amicum, utrumque infensum habituros: Cæsarem quod  
non ipsis quoque Romæ mansissent: Pompeium, quod non  
omnia sua secum abduxissent. Ita hi sententijs uotisque  
et spe alterantes, corporibus à suis summè necessarijs di-  
uulsi, animis in duas partes distrahebantur. Qui Romæ  
remanebant, diuersis ab his, sed tamen et ipsis iniicem  
pugnantibus affectibus percellebantur: quippe à suis se-  
iuncti, ac quasi patronis orbati, cum ad sese defendendos  
satis virium nequaquam haberent, bello expositi, futuriq;  
in potestate ciuii, qui urbem obtinuisse, ipsis quoque me-  
tu iniuriarum accedidum quas iam tumante oculos suos  
representabant, affligebantur: ijsq; hi qui discedebant,  
alijs tanquam desertoribus ea imprecabantur, alijs ueniam  
necessitati dantes, cœnturata tamen hec uerebantur. Reli-  
qua omnis multitudo, ut maximè discedentibus genere  
propinquii non essent, tamen eorum causa dolebant, alijs  
uicinos, alijs socios vrocul à se profecturos, multaque et  
facturos et percessuros indigna existimantes. Suam ue-  
rò ipsorum sortem longè maximè lugebant. Cum enim  
uiderent à magistratibus, Senatuque, et omnibus alijs  
quorum aliqua esset potentia ( neque uerò constabat, ul-  
luscne eorum esset Romæ perseverarius ) et patriam,  
et se deseriri, quos nequaquam excessuros urbe conse-  
rent, nisi multa ei horrendaque mala imminent, iam ma-  
gistratibus socijsq; destituti, planè orborum parentibus  
puerorum, uiduarumque mulierū similes erant. iam cum

p

iras, cupiditatisque eorum qui Roman petebant, secum expendebant, memoriaque repetebant mala superiorum temporum, quae partim ipsis senserant, partim ex alijs audiuerant, cogitantes quae et quanta Marius ac Sylla edidissent facinora, nihil de Cæsare moderati sibi pollicebantur: sed longè plura atque atrociora metuebant, quod eius milites maiori ex parte barbari erant. Eo modo omnibus affectis, ne minèque rem hanc seculo animo accipiente, exceptis his qui Cæsari amicitia iuncti videbantur ( tametsi his quoque ipsis non firma fiducia aderat, sed mutatione morum, quos plerique pro rerum statu conuertunt, fidebant ) ne cogitari quidem facile potest, quantum in profectione Consulū reliquorū mique qui eos comitabantur, turbæ atqueluctus extiterit. Totam noctem obambulantes, tumultum excitaere. sub diluculum, cum circumcuntes ad singula fana, vota conceperint, deos invocassent, solum ex osculati essent, quibus et quot ex periculis erupti, nunc ( quod nunquam ante tentatum ab ipsis esset ) patriam relinquenter, deplorassent, inges omnium commiseratio coorta est. Iam ad portas urbis ciulatus plurimus extitit; ibi alius alium, tanquam postremum hoc et ipsum, et urbem uisurus, salutare: alij suam ipsorum sortem lugere, atque cunctibus bene optare, plurimi tanquam a suis proditi, eis imprecari: aderant enim omnes quotquot in urbe remanere statuerant, cum omnibus liberis uxoriibusque suis. Post haec illi quidem urbe excesserunt, hi uero eos deduxerunt, ac nonnulli dum a notis suis detinentur, moras fecerunt, alij in mutuis complexibus diuitius haeserunt. Qui in urbe permanere decreuerant, abeentes quam longissime comitantes, clamore et commiseratione prosequuti sunt: ac quasi furore diuino consti, ut aut se una abducerent, aut ipsis quoque in patria remane

remancrent, obtestati sunt. Ad horum unumquodq; ulula-  
tus magnus, lacrymae q; adstantium immensæ erumpcebāt.  
In hoc enim statu spes melioris conditionis menti mini-  
mè accidebat, sed misericordia primò ad urbem manentium,  
deinde etiam proficiscuntur animis obuersabantur. Po-  
terat totares haud iniuria si quis eam coram inspexisset, Comparatio.  
comparari duobus populis, duabusque ciuitatibus, que ex  
uno populo, unaque ciuitate existerent, quarum altera in  
exilium abiit, altera desertu caperetur. Ad hunc igitur  
modum Pompeius plurimis secum atductis Senatorū (non-  
nulli enim ibi permanerunt, quorum alij Cæsaris rebus,  
alij neutri studebant) urbe excessit, delectus militem ex  
oppidis instituit, pecunias coegit, & presidia in omnes  
partes misit. Cæsar postea quam hoc comperit, Romanam  
quidem non contendit: nam eam in premium uictori pro-  
positam nouerat, dicebatque se bello non Romā tanquam  
hostem, sed propter eam aduersarios impetere. Ceterum  
literas per totam Italiam circummisit, quibus & Pompeiu-  
m ad disceptationem cause prouocabat: & alios ut  
bono essent animo, seq; domi continerent, multis annexis  
pollicitationibus cohortabatur. Ipse Corfinium, quod op-  
pidum à L. Domitio tenebatur, nec dum deditioñem fer-  
cerat, profectus est: obuiisque sibi manu prælio supera-  
ta, reliquos obsidione cinxit. Igitur Pompeius, ubi eos  
obsideri, reliquorum uero complures ad Cæsarem trans-  
ire sensit, quod iam Italie obtinende nulla spes resta-  
ret, in Macedoniam, Greciamque & Asiam traiçere  
statuit. nam & in memoria rerum ibi à se gestarum, &  
in populorum regumque amicitia multum fiducie collo-  
cabat. Et quamuis omnem Hispaniā sub se habebat, tamen  
tutò proficiisci eò non poterat, Cæsare Gallias obtinente.  
Præterea reputabat si abnauigasset, neminem futurum

Corfinium: Cæsare ob-  
sideretur.

Pompeij de  
Italia relin-  
quenda cō-  
suum.

qui se persequeretur, cum ob nauium defclum, tum ob anni tempus, iam enim autumnus exierat; interim se ex regionibus populi Romani imperio subditis, atque è sciorum ditionibus magnam et pecunie et militum vim

Pompeius  
Brundusium  
se recipit,  
Domitius à  
Cæsare ca-  
ptus dimis-  
titur.

cogere posse. His concilijs adductus, Brundusium perrexit: Domitioque mādavit, ut Corfinio relicto cōdem se conferret. Domitius et si virium non nihil habebat, s̄t que bona utebatur ( nam cūm alijs rebus milites, tum promissione agrorum sibi deuinixerat: ipse enim Syllanas partes antē secutus, ad magnas opes inde peruenecrat ) tamen Pompeio parendū ratus, quā ratione tutò Corfinio excedere posset, circunspiciebat. Quod ubi qui cum eo erant animaducrētē, discessiōnem eam, quae à fuga nihil differret, aspernati, Cæsari se coniunxerunt, eiusque signa secuti sunt. Domitius, ceterique Senatores à Cæsare verbis increpati quod sese ei opposuerint, dimissique ad Pompeium se receperunt. Magnopere cupiebat Cæsar cum Pompeia congregdi antequām enauigaret, bellumque in ipsa Italia confidere, atq; ipsum Brundusij adhuc morantē comprehendere. ( quia enim ad transportandum exercitum naues nō sufficiebant, Pompeius Consules cum alijs quibusdam premiserat, ne in Italia subsistentes noui quid molirentur ) uerū locū expugnatū difficilem esse cernens, ad conditiones pacis Pompeiu prouocauit, cum pace amicitiam offrens. Cum aliud nihil is responderet, quam se et de re cum Consulibus communicaturum, hi uero iam antē decreuissent neminem armatum ciuem in colloquium admittere, oppugnationē urbis Cæsar aggressus est. quam per aliquot dies Pompeius defendit, donec nauigia redirent. Quae simul accepit, inaedificata urbe quo tutius auchi posset, noctu naues soluit incolumisque in Macedonia transmisit: Brundusium, duæq; ibi naues uiris reserte,

Pompeius  
Brundusio in  
Macedonia  
traicit.

fuit, e, in potestatem Cæsar is uenerunt. Hoc modo Pompeius patriam, omnemque Italiam reliquit, omnibus deliberatis et aëlis modo contrario ei, quæ prius tenebat, cum in eam ex Asia aduheretur; itaque et fortunam et existimationem priori contraria næfus est. Nam qui prius Brundusij suos milites, ne quam ciuibus molestiani asserret, dinus irat, tum aduersum eos suis auspicijs alios inde auexit: quique ante dinitias barbarorum Romanum aduixerat, tunc omnia quæcunq; poterat inde aliò asportavit: de que rebus patriæ omnis spe projecta, auxilijs alienigenarum, corumque quos olim in seruitutem redeget, contra patriam uti statuit, malisque in illis salutis ac potentia sue præsidium, quam in his de quibus erat bene meritus, posuit. itaque ita abiit, ut pro splendore quem bellis istis sibi parauerat, pusillanimitatem ob metu Cæsar is, pro gloria auctæ patriæ, summam eius à se dereliciæ ergo infamiam adeptus fuerit. Enim uero ut primiunt Dyrrhachium appulit, statim malo omne se patria exceisse didicit; nam in ipsa adnavigatione fulminibus aliquot milites exanimati sunt, signaque nulitaria arance insederunt, ipsiusque Pompeij è naui egredi uestigium serpentis aduluti confuderunt. Hæc portenta Pompeio euenerunt: cæterum alia toti urbi eo anno, ac paulo ante data sunt. nam in ciuilius discordijs haud dubie ab utraque parte Res publica detrimentum capit. Igitur in ipsa urbe lupi noctuque frequentes apparueré, terræ mortuisque cretri cum mugitibus editi sunt, ignis ab occidua coeli parte in orientalem perlatus est: alius ignis cum alia ædificia, tum Quirini ædem exusit: Sol totus deliquium pertulit. sceptrum Louis, galeaque Martis in Capitolio deposita, itemque columnæ in quibus leges extabant, de celo talta sunt. Multa item animalia partus monstrosos

Pompeius mutatus.

Omnia p. peio clade significan- tia.

Prodigia.

edid: runt, oraculaque quasi Sibyllina cecinere, multi fuisse rore diuino correpti futura praedixerunt. Adhac nullus praef. eius urbis qui ferijs celebrandis praesesset, eo anno constitutus ( ut more erat receptu ) fuit, sed ( quae nonnullorum est sententia ) omnia que eius officij erant, Praetores administraverunt: quod tamen in sequenti anno factum, alii memoriae prodidcrunt. Illud quidem denuo quoque cuenit: hoc uero Perpenna quoque fecit, qui Censor olim cum Philippo cum esset, diem suum clausit, quem admodum a me relatum ante est, nouissimus omnium corum qui in Censura eius Senatores fuissent. quod ipsum quoque nonnum ille fecisse creditus est. Irroinde quamquam his prodigijs perturbabantur ( ceteri par erat ) Romani, tamen quod utraq; factio ea quae ijs denunciabantur mala in aduersariam partem decubitura speraret, omnis expiatio ab ijs omissa fuit. Ceterum Cesar ne consilium quidem in Macedoniam nauigandi eo tempore cepit, quum et nauibus destitueretur, et de Italia sollicitus esset, ne eam Pompeiani legati ex Hispania superuenientes occuparent. Itaque Brundusio praesidiū imposuit, ne quis eorum qui ab nauigassent, reuechi eò posset, ipse Romā profectus, ad Senatum,

**Cesar** Romanum aduenit, ac quem egerit. qui extra pomerium ab Antonio et Cassio ( ita qui prius Senatum cicili fuerent, tunc eundem conuocabant ) erat conductus, concione habuit longam, humanitatisque plenam, qua et eorum sibi uoluntates ipse conciliaret in presentia, et bonam spem de futuris ostenderet. Cum enim eos hec quae acta erant et gererent, sinistrisque de se opiniones ob militum multitudinem conciperent intelligeret, consolando eos sibi, demulcendosque aliquo modo duxit, ut donec debellaret, quietem agerent. Itaque neque culpauit quenquam, neque munas ulli proposuit: quinimò in eos qui ciuibus suis bellū facere cuperent, non sine imprecationibus

bus inuenitus est: denique autor fuit, ut constet in legati de pace & concordia ad Consules & Pompeium mittentur. In eandem sententiam ad populu quoque, qui et ipse extra urbem confluxerat locutus, frumentum ex insulis ad uehi iussit, & uirilim se ccc festercios numeros largiturum recepit, eo modo se eos illecturum sperans. At uero homines illi cum animis suis reputantes, diuersas planè & sententias esse & actiones eorum qui rem aliquam expectunt, eorumque qui ea potiti iam sunt, quando initio his qui resistere inceptis eorum possunt, acceptissima quæque promittentes, re quam cōsequendam proposuerant, perfecta, neque politicoru meminerunt, et suis uiribus contra eos ipsos, à quibus eas accepere, utuntur: memoria quoq; repetentes, ut quandam Marius, Syllaque humanissima quæque politici fuissent, utq; contraria omnia praestassent: ad hæc quid affectaret Cæsar sentientes, eiisque arma plurima per totā paxim urbem conspicentes, neq; eius dictis fidem habere, neque animo securu esse poterat, sed obuersante adhuc animis suis pristino terrore, iam tum de impendente malo coniecturā faciebant. Augebat metum, quod legati pacis componendæ causa delecti quidem, non autē profecti fuerant: sed et' socco Cæsaris Pisoni criminis dabatur, quod aliquando mentionem eorum fecisset. Iam pecuniam promissam uitum acciperent, tantum aberat, ut reliquæ insuper omnes que in ætrio habebantur pecuniae ad sustentandos milites, quorum ipsi metu urgebantur, dandæ fuerint. Inter hæc omnia, tanquam res latae obtigissent, uestem qua in pace uti solent, quāmque eatenus posuerant, resumpsero. Cæterum rogationi de pecunijs L. Metellus Tribunusp!ebis intercessit: cumque nihil obtingeret, ad ætrium se contulit, eiuseque ianuas custodiuit. Non pluris ciuis custodiam, quam

Alius cupiē  
centium ali-  
quid, & a-  
lius adepro  
rū animus.

L. Metellus  
ætrium con-  
tra Cæsare  
defendit.

in dicendo libertatem milites fecerūt: iijq; sc̄ra effracta (claus enim secum Consules abstulerant, perinde ac si non earum loco securi licet uti) omnem pecuniam abstulerunt. Ad eundem modum, quemadmodum sepius demonstriaui, decretū quoq; alia multa facta sunt, sub titulo quidem equalitatis (de plerisque enim Antonius restebat) re ipsa autem dominationis firmāde causa. Vtrique enim aduersarios suos, patrie hostes appellabant, seq; pro Republica bellum gerere dicebant: suas tantum uterque res priuatas augebat, rēmque ex aequo publicam corrumpebant. Præterea Cæsar Sardiniam, Siciliāmque insulas, excedentibus præfatis earum, absque pugna occupauit, Aristobulūmque in patriam eius Palestinam dimisit, ut contra Pompeium is aliquid moueret: filii corum qui à Sylla fuerant proscripti, magistratum petendorum postulatam fecit: denique omnia non Romæ modò, sed per omnem Italiam ita constituit, ut sibi ad presentem rem essent quam maximè commoda. Quarum rerum cura Antonio commissa, ipse in Hispaniam ire contendit: quæ et impense Pompeio faubat, et metum ei iniecerat, ne Galliam quoque ad defctionem permoueret. Interim Cicero cum Cæsar is in conspectum nequaquam uenisset, cumque eo alij quidam Senatores, ad Pompeium profecti sunt, quem et iustiorem se gerere, et bello uicturum existimabant. Iusserant enim et Coſ. ante suum discessum et ipse Cicero tum Proconsul, ut omnes se Thesalonicanam sequerentur, Roma ab hoste occupata. Ipsius uero Senatus facile principes erant, secumque quocunque deuenissent, speciem Reipublicæ perlaturi: itaque eis se maiori pars Senatorum equitūmque alij è uestigio, alij postmodò coniunxerunt, itemque omnes ea urbes quæ Cæsar is armis non coerebatur. Enim uero soli ex omnibus

Aristobu-  
lus.Cicero ad  
Pompeium  
se conserit.

bus Galliae incolis Massilienses neq; Cæsar's partes sequunti sunt, neq; in urbem eum receperunt, & memorabile ei responsum dederunt: Esse se socios populi Romani, ceterum in presentiarum neq; curiose inquirere, neq; suffice re ad dignoscendum utrius corū causa sit iniusta: proinde si quis amici more ad se uenire uellet, utrumque se absque armis uenientem accepturos: sin bello ueniant, neutrum. Idem obsidione cincti à Cæsare, cum uim eius propulsauerunt, tum Trebonium & D. Brutum obsidentes diu admodum sustinuerunt. Etenim Cæsar aliquantum temporis in oppugnanda Massilia, quam captu facilem putarat, perseverauit, indignum ratus se qui Romam ipsam nullo cum certamine cepisset, à Massiliensibus excludi: posteaquam uero eos resistendo esse sensit, oppugnatione alijs mandata, ipse in Hispaniam properauit. Ed C. Fabiū præmisserat: sed ueritus ne is prælio proprijs auspicijs commisso superaretur, ipse quoq; eō se contulit.

Hispaniae ea tempestate præerant Afranius ac Petreius, ijdē inque saltum quoq; Pyrenæum præsidio firmauerat: omnes autem copias suas ad Ilerdam conducentes, ibi hostium aduentum operiebantur. Fabium quoque qui deiecto Pyrenæi saltus præsidio Sicorim fluum transibat, repente adorti, multos corum qui ponte in transitu rupto à suis reliquerant, occiderant. Paucis post diebus Cæsar superuenit, aliquaque ponte flumen transgressus ad pugnam eos prouocauit: ipsi per multos dies cum prælio congregredi non auderent, castris contra Cæsar's castra positis quieuerunt. Quare Cæsari animus ita auctus est, ut locum natura munitum, qui erat inter eorum castra atque oppidum positus, occupare institueret, ea ratione muris hostes interclusurus. Ceterum Afranius cum suis eō Cæsar's proposito præuiso, ipse locum cum antecepit, cō-

Massilia Cæ  
farem nō re  
cipiens, ob  
sideratur.

Cæsar's in  
Hispania  
bellum con  
tra Afraniū  
& Petreium  
Pompeij le  
garos.

grediōsq; secum repulit: quos dum insequitur fugientes, ab ipsis ad castra hostium pertractus, eorum qui inde procurrebant impetum sustinuit: consultoque praelium remittens, in loca sibi idonea pertraxit. ibi cædem eorum prior maiorem edidit. His factus audacior, pabulatores hostium aggressus est, palatēsque damnis affecit. Forte Cæsariani quidam fluuium transgressi fuerant, interim tempestas uehemens coorta, pontem, quo utebantur, interterrita perat. Itaq; qui cum Afranio erant, per alterum pontē qui erat prope urbem transeuntes, hostes, quibus nemo suorum auxilio uenire poterat, uniuersos delcuerunt. Hæres Cæsarem, cum præterea neque sociorum quisquam suspectias ferret (quippe Pompeiani si quos accedere sentirent, eos statim intercipiebant) et ipse in aliena terra rebus aduersis utens, difficultate commeatum laboraret, in summam anxietatem coniecerunt. Quibus auditis hi qui Romæ erant, desperatis Cæsaris rebus, quem haud diutius superstitem futurum existimabant, ad Pompeij secesserunt, inclinauere: multique ad eum tunc cum alijs, tum

**Mæslienses**  
nauali proprilio à D. Bruto vincuntur.  
Senatores quoq; profecti sunt. Eodem tempore D. Brutus magnitudine nauigiorum, claviariorumq; robore fitus, Mæsilienses auxilio Domitij, usque rei naualis praestantes, nauali prelio uictos in urbem penitus compulit: quod nisi euenisset, utique de rebus omnibus Cæsaris tam actum fuisset. Nunc id factum dedita opera inflatius quam re uera contigerat Hispanis annunciatum, ita eorum non nullos affecit, ut mutata sententia Cæsar's partes sequentur

Afranius discedens à Cæsare circu-  
venit, ei que se de-  
dit. \* acceptosque perdidit. Afranius cum hæc molestè ferret, lerdamq; ad diuturnū bellum sibi neq; tutam neq; idoneam esse animaduerteret, ad Iberiū fluuium, urbēsque propter eam sitas discedere intendit, noctuque siue latendi, siue antcuertendi hostem causa, castris

castris motis profectus est. Cæsar, quanquam ea profectio ipsum non fallebat, non tamen illico insecutus hostes est, quod non tutum censebat per tenebras cum regionum ignaris hostem locorum peritum consecutari. Ut uero dies illuxit, magna celeritate usus, in medio itineris Pompeianos deprehendit, iisque exercitum è longinquo undique que circumfudit: ad quam rem ei et multitudo, (qua hostibus longè anteibat) et locorum concavitas conducebat. Manum uero conserere minime statuerat, partim quod timebat, ne ad insaniam uersi hostes, atrox aliquod ederent facinus, partim quod eos se sine ui subacturum sperabat. ca spes Cæsarē nequaquam decepit. Posteaquam enim sepius conati perrūpere, nusquam id consequi ualuerunt: iamque et ea re, et uigilia insuper, itinereque defatigati, ad hæc neque cibum habuere (neque enim secum quicquam tulerunt, quia unicis castris se quod statuerant, peruenturos sperauerant) neque potum (est autem ijs locis summa aquarum penuria) pauci, ut et uis omnis a se abstinetur, neque contra Pompeium cum Cæsare militare cogerentur, ei sese dederunt. Vtramque conditionem summa fide Cæsar præstauit; nam et neminem ex his, quos eo bello cepit, occidit, (quanquam Afraniā ni aliquando induciarum tempore nonnullos de Cæsariae incautos interemerant) neque ad militiam contra Pōpeium quenquam adagit: sed dimissis principiis ipsorum, reliqui lucri honori: inque causa ultrò eius signa sunt secuti. Hoc factum Cæsari haud paruum cum ad gloriam, tum ad rem gerendam momentum attulit. Omnes enim Hispanie ciuitates, omnesque qui in ea erat milites, quorum præter eos qui in Baetica erant, magnum secum M. Terentius Varro Pompeij legatus numerum habebat, sibi adiunxit. Quibus receptis, constitutisque rebus, ad Gades usque

Omnis Hispania à Cæsare recipitur.

usque decurrit, nemine illa alia recta, praterquam imperata pecunia: eam enim plurimam exigebat undique quoque. Honores quoque priuatim publiceque multis habuit

Gaditanis ci-  
vitate do-  
natur.

*E*t Gaditanum populum ciuitate Romana donauit: quantum

donationē deinde populus ratam esse ius sit. Ita eos insomnijs ergo remuneravit, quod Questor ibi per somnum uisus erat cum matre sua rem habuisse, atque inde ut supra diximus) solum solus rerū potiundi conceperat. His actis, ei genti Q. Cassium Longinū praefecit, qui mores Hispanie sub Pompeio Questor didicerat. Ipse nauibus Tarraco-nem usq; subiectus, inde per Pyrenæos montes progressus, trophæū ibi nullum constituit: quoniam ob eam rem Pompeio iam antè obtrectatum fuisse nouerat, aram autem magnæ molis ex lapidibus politis constructam haud procul à trophæis Pompeianis posuit. Quo tempore hæc gesta sunt, codem Massilienses nauibus alijs à Pompeio acceptis, denuò prælio contendenterunt. Iterum superati,

Ara Cæsaris  
in Pyrenæo.

Massiliens-  
es iterum  
victi, Cæsa-  
ri se deduxerunt.

quanquam Cæsarem Hispania iam potitum audirent, tandem persecueruere, oppugnantesque vi repulerunt. Deinde inducias pacii, dum Cæsar ueniret, in cuius se se potestatem dedituros ferebant. Domitium clam ablegaverunt, militesque tempore induciarum nocti se adorientes ita acceperunt, ut in posterum nihil mouere illi auderent. Ipsi uero Cæsari ultrò se dediderunt. Isque tum quidem arma, nauesque, et pecuniam omnem eis ademuit: post uero reliqua etiam omnia, solo relicto ipsis libertatis nomine: quia Pompeius Phœcam quoque, unde Massilienses oriundi erant, liberam reliquerat. At Placentiae Cæsaria-ni quidam milites tumultuabantur, imperiumque detrectabant, obtendentes se iam confessos laboribus esse: recti autem uera indignè ferebant, quod ipsis diripiendæ regi onis, ceterarumque suarum cupiditatū execundarum.

Militum re-  
ditione Pla-  
centiae, vt  
Cæsar com-  
pescuerit.

potesta

potestatem Cæsar non faciebat. etenim nihil putabant se  
 re, quod ab eo impetrare non possent, adeò ipsorum ope-  
 ra, indigente. At uero Cæsar nequaquam concessit, sed  
 conuocatis eis in unum, adhibitisque etiam reliquis suis  
 militibus, partim quò à seditionis tutior esset, partim ut  
 hi quemadmodum in istos animaduerteret, cernentes, dis-  
 scerent nihil sese indignum admittere: Velim quidem, in-  
 quis, milites, me à uobis diligi, sed eius amoris causa in  
 parte: n uestrorum peccatorum uenire nolim; etenim uos  
 amo, quód q; pater liberis suis cupit, uelim uos & saluos  
 esse, & secundis rebus affluere, gloriāque florere. Enim=  
 uero existimare non debetis, hoc esse amantis suos offi-  
 cium, ut hæc eos committere patiatur, unde necessariò  
 pericula infamiaque consequantur: sed ut eos optima  
 queque doceat, à malis admonendo castigandoque coer- Amor ve-  
rus.  
 ceat. Vera autem me loqui ita cognoscetis, si non id quod  
 in presentia iucundum est, sed id quod in perpetuum pro-  
 dest, utile iudicaueritis: neque implere suas cupiditates  
 potius, quam moderari: isdem, egregium censueritis. Tur-  
 pe est enim modò ea uoluptate duci, cuius post pœnitentia:  
 indignumque est eos qui hostibus suis superiores euase-  
 rint, uoluptatibus succumbere. Que èò à me dicuntur,  
 quia uos (dicam enim libero ore, neque quicquam suppri-  
 mam) rebus omnibus necessarijs abundantes, tamen con-  
 tenti non estis; cum & stipendia integra legitimo tempo-  
 re accipiatis, ciboque semper & ubique locorum affatim  
 s. t. tremini, neque laborem ullum dishonestum, neque peri-  
 culum ullum inutile subeat, præterea virtutis uestræ fru-  
 tus, multa & magna præmia fratis, pro delictis uix uer-  
 bis increpemini. Atque hæc mea oratio non ad uniuersos  
 pertinet (neque enim omnes hoc animo estis) sed ad illos,  
 qui sua cupiditate reliquos etiam deprauant. nam ple-  
 rique

Oratio Cæ-  
saris ad se-  
ditiosos mil-  
ites.

rique uos accuratè admodum pulchreq; meis iussis obtent  
peratis, morēsq; patrios obseruatis: quò effectum est, ut in  
possessionē tot regionum, tantarūq; diuitiarū & glorie  
perueneritis. Pauci quidam ingens dedecus infamiāmque  
uniuersis uobis conciliant: quos ctsi iam antē qualcs es-  
sent cognoueram, (nihil enim uestrū meam curam effu-  
git) tamen id dissimulaui, fore putans ut qui peccasset,  
séque id clam me fore arbitraretur, is in posterum mea-  
lius sese gereret, ne peccata augendo ctiam eorum que  
condonata iam fuerant, pœnam sibi excitaret: nunc quo-  
niā, perinde ac si suppliciorum remissione licentiam  
omnia pro libidine sua agendi adepti essent, audacia effe-  
runtur, reliquōsque etiam innocentes ad seditionem con-  
citare conantur, med. ri huic malo, & animaduertere in

*Suppliciorū  
in ceteris  
humanis ne-  
cessitas.* autorcs opus utique habeo. Nimirū alioquin cœtus homi-  
nū omnino consistere atque saluus esse potest nullus, ubi  
nō mali castigantur: quod pars ergo, nisi medicina cō-  
uenienti sanctur, in reliquas etiam omnes morbum dif-  
fundat, ut in corporibus cernimus. Verū id in exercitiis  
bus præsertim contingit. nam milites cum virium ali-  
quid habeant, eò magis fiunt audaces, atque in corrupta-  
lam bonos etiam adducunt, mœstia eorum animos im-  
plentes, dum se nullum iustitiae sue præmium manere  
putant. Vbi enim audacia priorcs partes habet, ibi pro-  
bitatem laborare necesse est: & apud quos iniustitiam  
pœna non sequitur, ibi modestia quoque suo honore sh-  
oliatur. Quid enim uos boni speretis, si nullum hi malum  
inueniant? aut quì consentaneum sit, uos honorem expes-  
tare, nisi hi meritas pœnas luant? An ignoratis, ubi me-  
dius suppliciorum auferitur, ubi spes præriorum præcidi-  
tur, ibi nihil boni, mala autem innumera existere? Proin-  
de si uerè uirtutē colitis, hos iuxta hostibus odisse debe-  
tis.

tis. Non enim natura inter amicum et hostem distinxit, sed mores, actionesque eas sunt que hoc discrimen faciunt, ac si bona sint, etiam peregrinos nobis omnes familiaritate iungunt; si mala, etiam cognatos a nobis abalienant. Reputate etiam hoc uobiscum, quod uestra refert, omnino nonneceesse est, ut qui de nostra multitudine ac proposito quicquam perceperit, is criminis paucorum uniuersos nos oneret: ita quibus nihil cum horum libidine commune est, eandem cum ipsis culpam sustinemus. Etenim quis non indignetur, si audiat nos nomen quidem Romanorum ferre, Gallos uero actionibus nostris representare: aut quis non lamentetur, si uidet Italiam perinde ac Britanniam uastari? Nonne indignum est, cum a Gallorum debellatorum bonis maleficia iam abstineamus, nos eas quae sunt cis Alpes regiones, Epirotarum, Carthaginensium: aut Cimbrorum more populari? Iam illud quomodo tandem turpitudine uacat, iactantes uos, quod primi Romanorum et Rhenum traiceritis, et Oceanum nauigaueritis, patriam uestram ab hostibus incolument diripere? ac pro laude uituperium, pro honore ignominiam, pro lucris dannata, pro premijs supplicia reportare? Neque uero preferre uos ciuibus qui domini sunt debetis ob id, quia stipendia meretis: Romani enim utrique estis, et leges (quae maiorem uestra potestatem obtinent) ex aequo maleficijs uos prohibent. deinde tamen haud dubie ueniet, cum uos quoque arma deponatis. Iam ne multitudini quidem confidere uobis conuenit. longe enim plures sunt hi quos ledetis, si quidem coitionem facere uelint: quod faciet, si in proposito uestro perrexeritis. Nec quia barbaros deuiciistis, hos quoque contemnendos putate, quibus et genus, et institutio, et uisus ratio, et studia uobiscum sunt eadem: Itaque, ut uobis et conue-

Et conueniens est et conducibile, neque vim nego; iniurias  
 in eos ullam facite, sed a uolentibus ipsis res necessarias  
 accipite, honorisque a non inuitis expectate. Nam praeter  
 haec, quae a me commemorata sunt, eaque que si quis longa-  
 gam orationem instituere uelit, proponi possent, hoc uos  
 etiam expendere oportet, in hunc nos modò finem huc  
 aduenisse, ut patriæ iniurias propulsaremus, in eosque  
 qui eam male habuerint, vindicaremus. Etenim nisi ea in  
 malis uersaretur, neque nobis in Italiam cum armis pro-  
 ficiendum fuisset, cum id alioquin licitum non sit, neque  
 res Gallicas Britannicasque imperfectas reliquissimus,  
 cum eis extremam manum interim imponere licuisset.  
 Qui ergo absurdum non sit, nos qui ad aliarum ulciscen-  
 da flagitia huc nos contulcrimus, nihil illius laedendi studio  
 inferiores inueniri? qui non miserandum sit, qui ad opitu-  
 landum patriæ uenerimus, ei hanc nos necessitatem im-  
 ponere, ut alios auxiliarios contra nos desideret? Equi-  
 dem tanto meam Pompeij causa iustiorem esse censeo, ut  
 se penumero eum ad disceptationem iuris inuitauerim: ac  
 quoniam is conscientia sua uictus pacatam transactionem  
 renuit, spero me cause mee bonitate totum populum Ro-  
 manum, omnésque socios in partem meā pertracturum. At  
 uero si quid huiusmodi nos committamus, neque iustum  
 ipse excusationem, neque quod iure aduersarios cul-  
 pem, quicquam habuero. Proinde omnino summa nobis  
 iustitiae est habenda cura, cum qua etiam de armorum  
 potentia spes bona proposita est, sine ea nihil perpetuum  
 extat, ut maximè in presentiarum quis uictoria obtinet.  
 Haec uera esse, plerique compertum habetis: atque ideo, ne  
 mine etiam iubete, officio uestro satisfacitis, quae mihi cau-  
 sa fuit, ut uos tanquam testes coram his que a me dicuntur  
 agunturque adhiberem, uosque probitatis uestre causam  
 laudarem

laudarem. Sed uidetis, quemadmodum pauci quidam non  
 contenti s̄epius iam impunē delinquisse, in super nobis mi-  
 nentur. Ego sanè neque alias rectū esse arbitror, ut qui  
 magistratum gerit, subditis suis sit inferior: neque saluta-  
 re quicquam agi posse censeo, ubi hi quibus iniunctū est,  
 ut dicto sint audientes, imperare ipsi uelint. Intelligitis  
 enim quām probè ornata sit futura ea domus, in qua na-  
 tu minoribus etate grandiores despectui sint: aut ludus li-  
 terarius, ubi discipuli magistros contemnunt: que s̄t es sa-  
 nitatis ægrotis, si non per omnia medicis obtēperent?  
 quām tuta nauigatio, si naute gubernatoris iussis non  
 pareant. Ita natura duas necessarias res, casdēmque sa-  
 lutares comparauit in humano genere, ut alij cum im-  
 perio essent, alij ei subijcerentur: nihilque est quod, abs-  
 que hæc essent, ne minimo quidem perdurare spacio  
 queat. Proinde decet eum qui alij præfetus est, exco-  
 gitare quæ usui sint, eaq; mandare: qui uero subditus est,  
 absque omni excusatione obtēperare, inque exequendo  
 mandato elaborare: qua in re præcipue prudentiā impru-  
 dentiae, scientiamq; ignorantiae preferri uideremus. Quæ  
 cum ita sint, profectò neque necessitate eò unquā compel-  
 lar, ut his tumultuantibus quicquā condonem, neque uē  
 adigar, ut concedam. Quid enim attinebat ab Aenca &  
 Iulo ortum esse? quid Præturam gesisse? quid Consulatu?  
 quid uos partim domo mecum eduxisse, partim pōst sa-  
 cramento rogasse? quid tam longo iam tempore Procon-  
 sularcm magistratum obtinuisse? si cui uestrūm scriibo,  
 succumbamq; hic in Italia prope Romanū alicui eorum,  
 cum quibus Gallos subegi, Britannosque uici? Quo uero  
 terrorē, cuius metu rei adductus id fecero: anne quis me  
 uestrūm interficiat? Atqui si una esset omnibus uōis sen-  
 tentia, mortem oppeterē malim, quām maiestate imperij

euerterc:animique magnitudinem eam , quam hec præstantia requirit , deperdere. Longè enim profectò , longè maius periculum imminet , quām unius uiri iniusta sit cædes , ubi milites consuerint suis ducibus imperare , iūsq; legum in manibus suis ponere . Cæterū nemo quidem eorum hoc minatus est . Nam satis noui , talem è uestigio uos reliqui necassetis : at militiam , tanquam exhausti iam laboribus , detrectant , armaque ut defatigati , deponunt : omninoque nisi missionem à me bona uenia impetrant , ordinibus desertis ad Pompeium descendent : id enim nonnulli præ se firunt . Enim uero , quis nam est , qui non perculit huiusmodi homines à se abesse ? aut quis non optet aduersario suo tales milites , qui nec datis contenti , nec iusso aucti-  
 dentes sunt . sed ualide etati senectutem , robori imbecilitatem prætexentes , dominium in magistratus , tyrannia  
 dēmque in duces suos sibi postulant . Ego quidem infinitis modis malim uel cum Pompeio quibuscunque conditionibus redire in gratiam , uel quecunque alia perpeti , quām ut indignum quicquam patria animi altitudine , meoque instituto committam . An uos latet , me neque dominationem , neque opes affectare nec propositum mihi esse , quacūque ratione captū meum confidere , ut ex men-  
 tiendum mihi ex assentandum ex adulandum esset ? Agea-  
 dum igitur uos , quos quo nomine compellem digno , non habeo : missos uos ab ista mea militia facio : non tamen co-  
 quem uos decreuistis ac exposuistis modo , sed ut Reipu-  
 blice , nūisque fore bono arbitror . Hæc locutus , forte  
 eos ad mortem delegit , audaciissimisque ( ita enim compo-  
 fuerat , ut illis forte notarentur ) uita multatis , reliquos ,  
 quod sibi nullo usui essent futuri , dimisit : uerum hi postea pœnitentia delicii corrupti , iterum sub signa Cæsar-  
 ris recepti sunt . Dum Cæsar adhuc in itinere moratur ,

M. Acmi

suppli-  
cum  
de sedi-  
cio-  
nis sumit.

M. Aemilius Lepidus, is qui postmodò Triumuir factus est, Prætor eo tempore, populo consuluit, ut Cæsarem Dictatorem dicerent: idque more patrio statim factum est. Cæsar simul atque Romam peruenit, Dictaturam iniuit: nihil tamen asperum in ea gesbit: sed ex exilibus omnibus, Milone excepto, redditum liberum fecit, & ad sequentem annum magistratus constituit (hactenq; enim in locum eorum qui aberant nullos alios subrogauerant: cùmque nullus Acidilis ad urbem esset, Tribuniplebis eorum munia obiuerant) Pontificesque defunctis suffecit, non quidem omnib. eorum legib. in ea re obseruatis: Gallos qui cis Alpes trans Padum incolebant, quod sub sua imperio fuissent, ciuitatis ius dedit. His peractis Cæsar Dictaturæ nomen depositus, cum nihil scias omnē eius potestatem semper in manibus teneret: nam & armis utebatur, & legitimam insuper potestatem ab eo qui tum Roma erat Senatu accipiebat, concedente, ut quæcunque uellet, libere agere posset. Hæc adeptus, statim rem magnam necessariū imque eam perfecit. Quum enim credito res acerbissime à debitoribus suis pecunias (quibus ipsi ob seditiones ac bellum multis opus habebat) exigerent, eorumque plerique, et si maximè uellent, soluendo non essent (quippe ea tempestate nec reddere mutuò acceptum, nec mutuò sumere proclive erat) itaque multa mala fide inter eos, ac per fraudem agerentur, mactisq; esset, ne ea res ad sumnum malum deueniret: quanquam rei scœnabri iam antè quoque Tribuni plebis quidam modum posuerant, tamen ne sic quidem æris alieni dissoluendi ratio constabat, cum debitores rebus oppignoratis cederent, creditores nihilominus argento sibi de summa satisfieri antiquo more postulararent. His utrisque Cæsar pro viribus ut succurreret, pignorum precium actia

Cæsar Di-  
ctator à M.  
Aemilio Le-  
pidus factus.

Cæsar's de-  
dissoluto-  
ne æris alie-  
ni statutū.

mari ius sit, ut q; iudices forte deligerentur ad huiusmodi controvrsias explicandas. Ac quia complures multam uim pecuniae habere, eamque omnem suppressimere dicebantur, edixit ne quis uel in argento uel in auro etiam pos-

**Lex de pecunia possidenda modo.** ipse legem non tulit, sed iam ante latum tunc renouauit,

siue ut creditoribus debitores aliquid pendre opus habarent, indigentibusque alij mutuo darent, siue ut locuples qui essent, manifestum esset, neve quis immodicam pecuniam haberet, ne se absente noui motus aliqui existerent. Hac lege populo animis elato, postulatęq; ut seruis quoque dominos deferentibus indicij prænum proponeatur, non modò legi nihil ea de re adiecit, sed sibi ipsi insuper perniciem imprecatus est, si quid unquam seruo contra dominum dicenti crederet. His confessis Cæsar, & ornamenti omnibus cum ex alijs locis, tum ex Capitolio

**Cæsar Roma contra Pompeium exiit.** sublatis, sub exitum anni, ac priusquam Consulatu ( erat enim Consul designatus ) iniret, Brundusium contedit.

Expeditionem eo iam moliente, miluus in foro frondem oleæ uni assistentium ei iniecit. Deinde cum Fortuna sacra faceret, taurus, antea quam seriretur, clapsus, urbe exiuit: cumque ad paludem quandam peruenisset, eam trahauit. Hec Cæsarem mouerunt, ut magis etiam iter maturaret: idque in primis, quod arioli dixissent, ipsi si domi maneret, interitum: sin mare transmisisset, salutem ac uictoriam obuenturam. Postea quam Roma dicensit Cæsar, pueri urbani nemine id iubente in duas partes se se distribuerunt, alterique Pompeianorum, alteri Cæsarianorum: nomen sibi sumpsere: tum absque armis coniuncto in speciem prælio, qui se Cæsarianos vocauerat, superiores discesserunt. Quo tempore hec Roma ac in Hispania gesta sunt, eodem M. Octavius & L. Scribonius Libo, P. Cornel

Cornelium Dolobellam Cæsaris administrum, ex Dalmatia, in quā tum fortè erat, profligauerunt, classe Pompeij usi. Dehinc C. Antonium subuenire ei uolentem in insulam quandam exiguum concluserunt: ibique ab incolis desertum, fameque pressum, paucis demptis cum omni manu quam secum habuerant, ceperunt. Nonnulli enim in continentem effugerunt, aliique quidam ratibus mare traiacentes, cum intercipierentur, sibi ipsis mortem consciuerunt. At Siciliam Curio sine pugna recepit: cuius praefectus Cato, cum neque ad pugnam satis esset instrutus, neque frustra urbes obiçere periculo uellet, ante Curionis aduentum insula relista ad pompeium conderat. Curio in Africam traiecit, ad cuius aduentum L. Cæsar Clupea urbe, quam tum forte tenebat, excessit: ac P. Attius Varus, qui rebus in ijs locis præcrat, multosq; sub se milites, multas urbes habebat, congressus cum Curione, prælioque uictus omnia amisit: Sed Iuba His empalis filius, rex Numidie, qui causam Pompeij prætulerat, quam populi et Senatus esse censuerat, Curionique cum alias, tum quod is Tribunus plebis regno se spoliare, regionemque publicam Romanis facere intenderat, magna ui bellum Curioni fecit. Itaque non præstolans eius in Numidiam aduentum, oppugnanti Utiam occurrit, non quidem omnibus cum copijs suis, ueritus ne Curio ( quem non tam reiçere, quam supplicium ab eo sumere cupiebat ) re mature cognita se intutum recipere, sed paucis præmissis, sparsoq; etiam ruore, quasi ipse in longinquas alio regiones proflius esset, suos subsecutus est. Neque falsus sua spe iuba est. Etenim Curio auditio cum aduentarc, in castra se quemadmodum propinqua habebat, receperat: decreueratque, si ab hostibus premeretur, nauibus cōscensis tota Africa deceperetur.

Curio Sicilia potitur.

Curio in Africā Vario uicto, à Iuba superatus perit.  
Iuba cur in fensus Cuzioni.

dere. Sed postea quām paucos quosdam, eosque sine Iuba aduenire accepit, animo collecto, statim de nocte tanquam ad certam uictoriam, néue sibi hostes elaberentur, profectus, cum in itinere quosdam qui agmen hostile præcesserant, sonno captos interfecisset, longè alacrior factus est. Albente primū ex loco cum in reliquos è castris progressos incidisset, quanquam itinere uigiliaque confectos milites habebat, tamen nulla interiecta mora statim manus cum eis conseruit: qui cum resisterent, incertoq; etiānum euentu certaretur, subito Iuba uisus est, isque Curionem cum suis inopinato superuentu, multitudinēque suorum perdidit, ipsum Curionem cum multis eo ipso in loco concidit, reliquos ad castra usque persequutus est: eaque in trepidatione multis pecunijs potitus, multos interfecit. Complures ex his qui effugerant, partim in contentione propter concessionem nauium pulsati collapsiq; partim in ipsis nauigijs nimio pondere desidentibus, perierunt. Quibus ita euidentibus, ueriti nonnulli ne eandem fortunam experirentur, sive salutis sue Varo sese dediderunt: sed ne hi quidem humanitatem ullam experti, fere omnes à Iuba, qui per se uictoriam stetisse obtendebat, occisi sunt. Sic Curio cum plurimis in rebus Cæsarem adiuuisset, maximāque sibi de eo polliceretur, perijt. Iuba autem à Pompeio, reliquisque qui in Macedonia erant Senatoribus, honoribus affectus, rexque appellatus: à Cæsare uero, ijsq; qui ad urbem erant, incusatus, hostisque iudicatus est. Bocchus ex Bogud, quod hostes Pompeijs essent, reges dicti sunt. Anno in sequenti Roma duplices magistratus, contrà quām leges ferrēt, habuit: eodemque anno prælium ingens commissum est. Romæ duo Consules, Cæsar & P. Seruilius, Prætores quoque & alij legitimi magistratus delecti erant. Qui uero Thessalonice degabant,

Iuba rex vox  
catus.

Anno V.C.  
706.

degebant, nihil horum constituerunt: quamuis, ut quidam autores sunt, ibi cum Consulibus &c. senatores agerent, & ad prescriptum legis locum ad auspicia capicda publicum fecissent, ut iam uniuersus ibi ex populus & urbs ipsa esse uideri posset. In causa tamen fuit, quo minus nouos magistratus crearent, quod lex Curiata a Consulis lati non erat. Itaq; iisdem quibus ante usi sunt magistratus, appellatioib; q; tantum mutatis, eos Proconsules, Propraetores, Proquaestores dixerunt. Morum enim pauciorum magnam adhuc cura gerebat, quamuis armis casptis, patriaq; relictis, non omnia que ad re presentem reaquirabantur, neq; omnino secundu*m* instituta patriae persisterere possent. Verum enim uero cum hi utraque ex parte nomen magistratus gererent, ipsa tamen summa rerum uerēpcnes Pompeium & Cæsarem erat, qui ut legum à se obseruatarum famam reportarent, hic Consulis, ille Proconsulis nomine ferebat: neque tamen ex magistratu*m* prescripto, sed suo arbitrio cuncta administrabant. Ad hunc modum imperio in duas distracto partes, Pompeius quidem Thessalonice hyemabat, neque ore maritimæ custoditæ diligenter intentus erat, quod neque redisse adhuc ex Hispania Cæsarem putabat: atque ut maximè recuersus esset, minime tamen suspicabatur cum hyeme Ionium mare traiçere ausurum. At Cesar Brundusij ueris aduentum præstolobatur: cumq; Pompeium lögè abesse, parum accurate oppositum continentē custodiri perecipisset, occasione belli gerendi arrepta, cursum ibi expectauit, medique iam hyeme cum parte exercitus (neque enim fastis nauium habebat ad uniuersas copias simul traiçendas) uela dedit: ac non obseruatus à M. Elio, cui maris custodia mandata fuerat, ad promontoriū appulit, quo Ceraunia uocantur, & ab Epiri extremis partibus ad fauces

Pompeii Thessalonice  
hyemantis  
negligentia,

Cæsar in Ionijs maris pertinent. Eò cum prius peruenisset, quam  
Macedoniā transmittit, fama nauigaturum esse assertetur, naues Brundusium ad  
Oricum & reliquos etiam transtechendos remisit: quibus in altū proa  
Apollonia capit. uelatis, Bibulus damnum intulit, ac nonnullas submersit, ut.

Cæsar ab euentu disceret, fortunā magis quam consilium  
Apollonia. suæ nauigationi adfuisse. In hac mora Cæsar Oricum,  
Apolloniūque, & alia item eò loci oppida, à præsidij s  
Pompeij derelicta occupat. Apollonia Corinthiorum coa  
lonia loco peropportuno sita est, siue terram, siue mare,  
siue flumina respicias: idque præ reliquis maximam mih  
admirationem mouit, quod ad fluuium Anam ignis mula  
tus editur, qui tamen neque in adiacentem tellurem se se  
exerit, neque eam in qua existit, inflamat aut arescit:  
sed ea herbas, arborēsque etiam pone ignem germinan  
tes edit, quæ imbribus superfusis adolescunt, & in altitu  
dinem ex crescunt, unde ei loco Nymphæum nomen indi  
tum. Ibi & oraculum editur, idque hoc modo: Thure ac  
cepto, precibūsque eius rei ergo quam uolunt, factis, ipsius  
thus ut secum eas preces desirat, ad ignē proiecunt: tum  
si ratum sit futurum uotum, ab igni thus cuestigiò corri  
pitur: ac si thus extra ignem forte deciderit, accurrens  
ignis id abripit & consumit: sin irritum erit uotum, neq;  
accipitur ab igni thus: & si in ipsam flammā cōsciatur,  
recedit ab ea, atq; effugit. ita in utramque partē ignis fu  
tura prædictit, morte, nuptijsq; exceptis: de his enim non  
licet cuiquā oraculum id cōsulere. Atq; ea est istius ora  
culi ratio. Cæsar Antonio, qui reliquis militib. à Brundus  
sio transtechendis propositus erat, moras faciente, ac ne  
nuncio quidē ab illis hyeme ac Bibulo prohibentibus, ad  
ueniente, suspicatus eos medio inter utramque partē scr  
uato uelle euentū rerum operiri, quod in bellis ciuilibus  
firè usu uenit, statuit unicus ipse in Italia nauigare: itaque  
conscenso

Oraculū ad  
Appollo  
niā.

consenso lēbo, sēq; alium quendā à Cēsare missum p̄r̄a dicans, gubernatorem ut proucheretur, quanquam uētus īcumberet, coegit. Postquā à terra prouectos uentus ue-  
 bementer oppugnauit, procellāque admodum conturbauit, ita ut ne coetus quidem nauis magister ulterius naz uigare auderet, sed co inuito retrò uertere cursum aggre deretur; ibi Cēsar se cognoscendū p̄rabuit, quasi ea re tē pestatem sedaturus, dixitque: Bono animo es, Cēsarem enim uehis: tanti spiritus illi, tantaque spes erat, siue ea aliunde, siue ex oraculo concepta, ut certissimam sibi salutis fiduciam etiam cum contraria omnia apparerent, propositam teneret. Non tamen transmissum tunc ei magre est: sed multo incassum exhausto labore, ad terram rea dij. Secundum id factum: Cēsar ad Apsum fluuium contra Pompeium castra posuit. Is enim ubi primum de aduentu Casaris certior est factus, nulla interposita cunstatione, quod eo se facile superiorem futurum, antequam  
 is Antonianas copias acciperet, sperabat, magna festina-  
 tione cum exercitus parte ad Apolloniam profectus est. Ei Cēsar, cum satis virium sibi esse aduersum eos qui tum aduenissent putaret, usque ad fluuium obuiam iuit: ibique cum intellexisset se multitudine hostibus lōgē imparem esse, substituit: ac ne uel timore adductus id agere, uel belli ipse initii uelle facere existimari posset, de coma positione ad Pompeium qui loquerentur misit, ipse interim tempus ei rei intentus extraxit. Qyibus cognitis, Pompeius dimicandum quām primum statuens, fluuium transire instituit: sed pōte sub pondere interrupto, amisīs aliquot suorum, qui p̄r̄a ceteris cum transiissent, à suis defeci occidebantur, dolens primum hunc sibi belli conatum male cecidisse, restitit: territusque interim aduentu Antonij, ad Dyrrachium recessit. Etenim quan-

Cēsar quād  
 cum suis for  
 tunę tribue  
 rit.

Castra Pom  
 pei & Cēsa  
 ris oppolita  
 ad Apsum  
 fluuium.

Antonius diu Bibulus in uiuis fuit, ne Brundisio quidem aucti An-  
 vt coplas tonius ausus erat, tantam ille in maritimo officio diligen-  
 Cesari ad- duxerit, tiam adhibebat: poste à uero quām Bibulus tot laboribus  
 miserijsq; absemptus obiit, reique naualis administratio  
 ad Libonem deuenit, eo despecto Antonius, uel ui nauiga-  
 tionis sibi potestatem paraturus, proiectus est: cūque  
 terram attigisset, Libonem se aggressum ui repulit: euna-  
 démique cum ex nauibus egredi deinde uellet, ea conti-  
 nente quam tenuerat, prohibuit. Ita Libo et portus, et  
 et aquae egens (insula enim exigua, que ante portum sita  
 erat, et ad quam unicam ci naues appellere licebat, aqua,  
 portuque carebat) procul aueclus est cō, ubi utrumque se  
 habere posse nouerat. Post eum Antonius quoq; naues sol-  
 uit, nihilque à Libone, quanquam is in alto eum adoriri  
 instituerat, detrimenti cecepit: nam uehemens coorta te-  
 pestas et Libonis conatum impediuit, et utrique dam-  
 num intulit. Militibus incolunibus in terram aduectis,  
 quemadmodum demonstratum est, Pompeius Dyrrha-  
 chium se recepit, cūque Cæsar audacter insecurus est,  
 quod accessione ad suū exercitum tanta facta, multitudine  
 Pompeium anteibat. Dyrrachium in terra Illyriorum  
 Parthimorum (ita enim primū uocabatur, nunc, ut isto  
 quoq; tempore, Macedonie annumcratur) positum est;  
 admodū opportuno situ, siue ea Epidamnus, urbsque Cora-  
 cyrenium sit, siue alia quædam, qui enim Dyrrachium  
 ab Epidamno diuersam faciunt urbem, iij illam conditam,  
 noménq; duxisse à Dyrracho quodam heroe afferunt:  
 alijs autores sunt, mutato nomine hanc urbem à Romanis  
 Dyrrachium esse uocatam, quod ibi difficultia sint littora  
 (Rachia enim littus Græcis est) quia ipsis Epidani uoca-  
 bulum, cum detrimentum, adeoque damnum ipsorum lin-  
 gua significet, cō traiacentibus sinistro omni fore uisum  
 sit.

Dyrra-  
chium.

Sit. Ad eam igitur tum Pompeius urbem confugiens, castra extra urbem posuit, cæque actis fossis altis, defixisq; trabibus præsepijt. Cæsar castris ei oppositis: postquam a castrorum Pompeianorum oppugnatione, quæ se ob multitudinem militum facile expugnaturum confisus erat, reiectus est, ea operibus claudere instituit. Quo in opere dum uersatur, interim Pompeius alias partes trabibus præfixis firmauit, alias munitionibus fossisque cinxit, in locis editis turres & præsidia constituit, ita ut ex circu<sup>t</sup>us operum infinitus esset, neq; hostes etiā uiribus præxalerent, irruere cō possent. Interim crebra prælia, ea tē mē parua, siebant, instabili fere, ac modò in hanc, modò in illam partem inclinante uictoria, ita ut propcmodus idē militū numerus utring; desideraretur. Verū ubi Cæsar ipsum Dyrrachium, quā inter paludes atque mare possum est, spei eius per præditionem eorum qui ibi præsidio reliqui erant occupandi, aggressus est, atque in angustias locorū deuenit, ibi multis ex aduerso irruentibus hostibus, multis à tergo adorientibus, qui nauibus in hunc usum subuedi erant, permultis suorum amissis, ipse quoque in summo periculo fuit. Quare Pompeius animo cōfirmato, munitiones Cæsarianas contra se ædificatas nondiu aggressus, partem carum inopinato aduentu occupauit, multis excubitorum coloco occisis. Cæsar hoc euenter motus, quodque frumenti penuria laboraret (nam ex mare uicinū, & terræ propinquæ à Cæsare alienæ erat) eiisque rei causa nonnulli transfugissent: metuens ne se Pompeium obsidente debellaretur, aut ipse ab alijs deceretur, omnibus castellis quæ ex ædificauerat, deiectis, omnibus munitionibus euersis, subito uasis conclamat<sup>i</sup>s in Thessalam contendit. Nam quo tempore Dyrrachium obsessum est, eodem L. Cassius Longinus, ac Cn.

Pompeij &  
Cæsaris ad  
Dyrrha-  
chium ca-  
stra.

Cæsar cla-  
dem apud  
Dyrrha-  
chium ac-  
cipit.

Cæsar in  
Thessalam  
abit.

L. Cassius  
Longinus.

Domus

Domitius Caluinus, qui à Cæsare in Macedonia & Thes-  
saliā miseri fucrant, alter quidem à Scipione, & Sadulo  
Thrace magna clade affectus erat. Caluinus autem, cum

Cn. Domitij Caluini ge-  
sta in Mace-  
dona.

cum Faustus Macedonia pepulisset, acceptis Locrensisbus  
Actolisque, eorum auxilio in Thessaliam profectus est:  
Scipionēque duobus prælijs profligato, quorum altero  
cum per infidias adortus fucrat, altero eius infidias ut ui-  
taret, ipse quoq; occulte per dolum hostem petierat, ur-  
bes nonnullas in suam potestatē redegerat. Eò Casar  
properauit, quod & commecatum se facilius cum ijs para-  
re posse, & bellū gerere sperabat. Cū ob aduersam fortu-  
nam, quā ad Dyrrachium expertus erat, à nemine reci-  
peretur, omīsis reliquis urbibus etiā contra animi sui scit  
tentia, Gomphos oppidū Thessalīæ oppugnauit: cōque uē  
potitus, magna editi cēde, omnia diripuit, ut & eo facta  
alijs quoq; terrorem inijceret. Itaque confessim Metropo-  
lis, oppidum & ipsum Thessalīæ, antē quam ad manus  
deueniretur, se cōdedidit: quibus cū nihil omnino nocuiſ-  
set, utroq; exēplo plures siti adiunxit, uirēque suas re-  
parauit. Pompeius Cæsarem, quia is & repente & nocte  
discesserat, & flumen Genusum magna celeritate trans-  
uerat, insecutus nō est: debellasse autem iam se persuasum  
habebat, Imperatorisq; nomē ea ex re acceperat: quāvis  
neque orationē ullam inflatam habuit, neque fasces lauro  
inuoluit, de ciuib; uictis hoc ferre indignum iudicās. Ea-  
dem causa ipsi fuit, cur neque in Italiam ipse nauigaret,  
neque alios cōmitteret, quamuis perfaciē cī erat uniuers-  
sam regionem occupare, cum ex omnibus locis eodem  
momento nauis cō appellere posset: cīmque alioquin is  
esset in Italia rerum status, ut animi hominum à Pompio  
non essent alieni: atque ut maximē fuissent, tamen ad re-  
sistendum uirium nequaquam satis habebant. Ceterū  
Pompeius

Gomphos  
capit & di-  
ripit Cæsar.  
Metropolis.

Pompej cō  
silia, utq; in  
Thessaliam  
Cæsarem in-  
secutus fue-  
rit.

Pompeius eò procul ab Italia abesse, ut pro ed bellū gerere uideretur, neque ullum metum iis, qui tum Romae erant, obiugere uolebat; itaque Italiam tunc intentatam reuoluit, ac ne literis quidem ad Rē publicam missis de rebus à se gestis, Cæsarem in Thessaliam insecurus est. Cum castra castris opposita essent, speciem ea res belli quādam exhibuit: usus tamen armorum, perinde ac in pace, intermissus est. Ut cunctarentur, et magnitudo periculi expensa faciebat, et urecundia mouebantur, quod eiusdem nationis, adeoque cognati prælio dimicaturi essent: interim de componenda amicitia per internuncios utrinque actum est: nec defuerunt, qui posserem ad compositionem perduci opinarentur. sed ea spes ab re fuit. Quippe solus imperium obtainere summum uterque cupiebat: cumq; et cupiditate honorum naturali, et studio contendendi quod sibi ipsi adscierant (ægerrimè enim homines tolerant, sibi à suis æqualibus ac familiaribus anteiri) ambo ingenti flagrarent, neque concedere de ulla re alter alteri uolebat, cum uterque uictoriam speraret: neq; si inter eos conuentum fuisset, persuadere sibi alter de altero poterat, cum non et plus iusto semper appetiturum, et denuò propter summam rerum disfidium erupturnum. Hoc enim animorum inter eos discrimen extabat, ut neque posterior ullo mortalium Pompeius, et omnium primus Cæsar esse uellet. Pompeius id querebat, ut à uolentibus in honore haberetur, ultróque paréribus praefset, atque à subditis diligenteretur: Cæsar in nullo discrimine id ponebat, etiā si in uitios regeret, insensisque sibi impetraret, ipseq; sibi honorum suorum autor esset. Ceterum facti, quibus ea que affectarēt, consecuturos se sperabat, necessario eadem apud utrumque edebantur. Ut enim quæ proposuerant sibi, efficerent, contra suos bellum gerere,

Pompeij &  
Cæsaris in-  
genia.



rere, extraneorum arma in gentiles suos excitare, multas pecunias inquis rationibus cogere multos suorum necessariorum iniuste interficere opus habebant. Ita in ea cupiditatum diuersitate, tamen actionibus quibus expletuar ei cas erant, inter se conueniebant. Vnde factum est, ut quamvis multa inuicem postulati proponerent, neuter tamen neutri quicquam concederent, ac demum rem prælio committerent. Fuit ea pugna ita magna, cui comparsari nulla alia posset. Primum enim ipsi duces rei militaris usu ac gloria longè non Romanis modò omnibus, sed uniuersis ea tempestate mortalibus præstabant, nimisrum à puero in armis exercitatus uterque, omnem etatem militie impenderat, res memorabiles gesserat, magna uirtute, multaque fortuna usus, cum imperio tum uictoria erat dignissimus. Iam copias Cæsar habebat ex plurimis

Copla Cæ.  
Saxis.

iisque optimis ciuibus constantes, tum ex reliqua Italia,

ac ex Hispania, omniq; Gallia, insulisque uniuersis qui-

bus imperabat bellicosissimum quemque. In Pompeij ca-

stris erat complures senatorij cœstrisque ordinis, quoſa-

que habitis delectibus secum adduxerat: ad hæc magna

multitudo ex his qui Romano populo parent conflata,

itemq; ex confederatis populis ac regibus magnum nu-

merum collegerat. Nam preter Pharnacem atque Orod-

em (hunc quoque et si post Crassorum cœdem hostium in

numero habitum, ad societatem suam pertrahere tentau-

rat) omnes alij quos quocunque ante modo amicos ha-

buisset, tum pecuniam ei suppeditauerant, auxilia para-

tim miserant, partim ipsi adduxerant: Orodæ si Syria si-

bi concederetur, auxilium promiserat, Syriam non ade-

ptus, suppetias non tulit. Sed cum Pompeius multitudine

longè superior esset, Cæsariani ut parcs ei essent, robore

suo efficerunt: ita cum utrinq; esset quo altera pars alte-

ram

Copla Pom  
peij.

stris erat complures senatorij cœstrisque ordinis, quoſa-

que habitis delectibus secum adduxerat: ad hæc magna

multitudo ex his qui Romano populo parent conflata,

itemq; ex confederatis populis ac regibus magnum nu-

merum collegerat. Nam preter Pharnacem atque Orod-

em (hunc quoque et si post Crassorum cœdem hostium in

numero habitum, ad societatem suam pertrahere tentau-

rat) omnes alij quos quocunque ante modo amicos ha-

buisset, tum pecuniam ei suppeditauerant, auxilia para-

tim miserant, partim ipsi adduxerant: Orodæ si Syria si-

bi concederetur, auxilium promiserat, Syriam non ade-

ptus, suppetias non tulit. Sed cum Pompeius multitudine

longè superior esset, Cæsariani ut parcs ei essent, robore

suo efficerunt: ita cum utrinq; esset quo altera pars alte-

ram præstaret, quasi æquo libramento ad casum dimicacionis descendebatur. Hec, et ipsa præterea causa belli, finisque ei destinatus, pugnam memoratu dignissimam commiserunt: nimis ubi ipsa urbs Roma, cum suo universo imperio, eo iam tempore longè latèque prorogato, uictoriæ præmium proponebatur, seruitura haud dubie uictori. Id ambo duces tunc cum animis suis, ac præterea suas uterque res antè præclarè gestas, reputabant: Pompeius Africam, Scritorium, Mithridatem, Tigranem, marœq; pacatum memoria repetebat: Cæsar Gallias, Hispaniasq; Rhenumq; et Britanniam reuocabat. Hæc corum animos excitabat, cogitâte utroque se et hæc omnia sua in periculum adducturum, et per uictoriā alterius quoque gloriam suam effecturum. Nam cum in aliorum uicti bonorum possessionem uictor uenit, tum uero præscriptim nominis eius splendorem in se transfert: quantoque potentiores quis aduersarium deicerit, tanto altius ipse ad fastigium extollitur, Itaque suos uterque milites multis uerbis cohortatus est, omnibus que ad præsentis pugna sortem, ex eaque euentura attinebat, in medium adducitis simul tamen utriusque fuit oratio: etenim idem uterque propositum sibi habentes, ac de ijsdem rebus uerba facientes, quod uterque aduersarium suum tyrannum, se vindictam libertatis nominabat, nullam diuersa differendi materiam habebant. Ergo ex altera parte mortem, captiuitatem, omnium rerum amissionem: ex altera salutem, dominium, omnium rerum possessionem proponebant: deinceps extrema mala aut inferenda hostibus, aut ab ijs accipienda esse docebant. His dictis animos ciuium cohortati, subditis quoque, et socijs sp̄e melioris, ac metu deterroris conditionis ostendo, inter sc prælio homines gentiles inuicem, contuberniales, codem uictu, ijsdemque fœderibus

deribus usos commiscerunt. Quorsum uero attinet sortem  
 reliquorum deplorare, cum ipsi duces ante summa inter-  
 se necessitudine deuincti, qui que multa inter se arcana  
 communicauerant, multas res communi consilio confe-  
 cterant, affinitatem olim contraxerant, eundemque infan-  
 tem alter ut pater, alter ut avus dilexerant, tum pugnae  
 hilominus coſcruerunt; atq; id uinculum coſanguinitatis,  
 quo eos natura adſtrinxerat, inexatiabili dominandi cu-  
 piditate diſſoluere, diuulſere, dirupuere: qua effectum est,  
 ut Roma de ſcipsa, ac contra ſcipsam pugnare, ac uin-  
 cendo uinci cogeretur. Postquam directæ ſunt acies, non  
 exemplò concurſum eſt: ſed quia eadē ex patria, iſdemq;  
 à penatibus proſecti eſſent, armaturaque ex ordinib; ſi  
 milibus uterentur, initium pugnæ facere, mutuāſque ca-  
 des edere uerebantur. erat utrinque altum silentium, in-  
 gēnsq; moſtitia, neque aut progrediebatur quisquā, aut  
 ſeſe commouebat, ſed exanimorum inſtar oculis in ter-  
 ram defixis conſitterant. Ibi duces ueriti, ne ſi diutius ea  
 quies militum durasset, languidior eorum uis fieret, aut  
 in gratiam copie inter ſe redirent, coſfestim clauſicū cani,  
 clamorēm q; militarem tolli iuſſerunt. Tantum abſuit, ut  
 animos militum hoc accenderet, ut cū tubas eundē utrin-  
 que cantum ſonare, ſuōſque clamorem lingua inter ſe co-  
 uenire audiffent, eò magis ſe eiusdem gentis generiſque  
 eſſe cognoſcerent: itaque lacrymæ, luctuſque eos occupa-  
 uere. Tandem ab auxiliarij initio pugnæ facto, ipſi quo-

Pugnè Phar  
 ſalicę descri-  
 pto. que congreſſi ſunt. Qui eminus pugnabant, quia quos fa-  
 gittis, iaculis, fundisque ſuſſi pteſerent, ignorabant, minori  
 malo conflictabantur: at legionarij milites, equites: que  
 pugnam acerbiſſimam depugnauerunt: quia communis con-  
 currentes, ita ut exaudiri etiam uoces mutuae poſſent,  
 hōſtes agnitos uulnerare, nominatiq; compillatos tru-  
 cidare.

cidare, interque recordationem communis patriæ spolia  
 legere opus habebant. Hæc conditio Romanorum, reli-  
 quorumque Italorum erat, sic ubi in se mutuo incidissent,  
 multique eorum suis percussoribus mandata domum per-  
 ferenda iniungebant. Qui uero alias Romanæ recipi publis  
 et subditis erant, iij magna contentione præliabantur, ne  
 que sanguini parcebant: utque olim pro sua libertate, ita  
 tunc aduersus seruitutem Romanam laborabant, id se-  
 cum cogitantes, fore ut eandem cum uictis seruitute subi-  
 ret. Fuit ea pugna et maxima, et perquam multiplex  
 cum ob multitudinem, tu ob rei bellicæ apparatu uariu. V-  
 niuersus enim caput legionariis militibus, equitibus, sagit-  
 tariis, funditoribusque opplebatur: iisque paßim diffusi  
 modò cum simulis, modò cum diuersæ armaturæ hostibus  
 promiscue configiebant. Pompeiani equitatu, sagitta-  
 riorumque usu priores erant: itaque si quibus se è lon-  
 ginquo circunfudissent, eos subito inuadebat, perturba-  
 tisque iis recedebant, mox iterum iterumque eosdem ado-  
 riebantur, in aliam subinde aliâque partem conuersi. Id  
 ut cauerent Cæsariani, explicatis ordinibus hosti irru-  
 ti aduersam aciem opponere, in congressu uiros equosq;  
 inuadere, acriter prælio contendere, pedites secum ueli-  
 tes habere, qui inter equitatun præliari consueuerant.  
 Hæc non uno, sed multis simul in locis fiebant paßim: sic  
 aliis eminus, communis aliis pugnantibus, aliis ferienti-  
 bus, aliis iclis, aliis fugientibus, aliis insectantibus, mul-  
 ta et pedestria et equestria certamina cernere erat:  
 multaque insolita præter opinionem euenicabant. qui modò  
 alium in fugam dederat, iam ipse tergum uertebat: qui  
 modò fugerat in sequentem, eundem conuersus impete-  
 bat: qui alij vulnus imposuerat, ipse sarcibatur: aliis  
 collapsus stante interficiebat, alijs nullo uulnere excepto

peribant, alij semimortui cædes edebant; hi gaudebant, letumque clamorem tollebant, illi dolebant ac ciula- bant: denique omnia clamoris erant gemitusque ple- na. hōcq; ipsum plurimorum animis perturbationē affre- bat, quād externorum atq; lingua peregrina utentiū ho- munū uoces ignotae terrorem offrebant: si qui mutuò in- telligeret, iis malū multipliciter augebatur. nam præter suas miseras, etiam proximorū ærumnas conspiciebant, audiebantq;. Cum diu admodum incipiti esset cœntu dia- micatum, multi que utrinque ex æquo cecidissent aut uul-

Pōpeius via nerati essent, demum Pompeius, cuius exercitus maiori- citur,

parte ex Asiani, nullumq; belli usum habentibus cōstite- rat, uictus est: quod ei iam antè quām prælio decerneret, proditum fuerat. Fulmina enim in castra eius deciderant:

**Signa Pompeio clade denunciata.** ignis in aere supra uallum Cæsar is uisus, in castra Pōpeij decubuerat: signis eius militaribus apes infederant: uictis me multæ, cum iam ad altaria adducerentur, aufergerant.

Adeo se huius pugnæ prædictiones ad reliquos quoq; ho- mines extulerant, ut multis in locis eo ipso die, qua ea cō- missa fuit, exercituum conflictus, armorumque strepitus exaudiisti sint. Pergamū tympanorum cymbalorumq; soni- tūs à fano Bacchi ortus, totam urbem peragravit. Tralli- bus in templo Victoria palma enata est, ipsaq; dea ad sis- mulacrum Cæsar is, cui ex obliquo collocata fuerat, sece ob- uertit. Syris duo iuuenes pugnæ huius exitū annuncian- tes, nusquam postea apparuerunt. Patavii, quæ nunc Italie urbs est, eo tempore Galliae fuit, aueſ quædam nō indicia modò huius euēti exhibuerūt, sed quodāmodo rem ipsam demonstrauere. Nam C. Cornelius quidam, omnia quæ ce- uenire eo prælio, perfecte ab iis notauit, iisque qui cum ipso erant exposuit. Hæc, ex his plura, ipso adeo pugnæ die ostenta acciderunt; cūmque in præsentiarum fides eis

noli

non haberetur, rei gestæ nuncio allato, admirationi fuerunt. cæterum Põpeiani, pars in prælio occubueré, pars fuga quò quisque ualebat, dilapsi sunt: reliqui in potesta tem Cæsaris post pugnam uenerūt. Ex his Cæsar eos qui ex delectu militârunt, condonatis omnibus iniuriis, inter suos milites adscripsit. Ex Senatoribus uero, equitibus que, quos antè etiam captos nūsericordia & prosecutus fuerat, omnes morte multauit, exceptis his, quos amici eius (singulis enim unius salutem donauerat) à supplicio exc merūt. Reliquos, qui tum primùm contra ipsum arma tu liffent, dimisit, nihil eos contra se deliquerisse addens: qui nullo suo beneficio affecti, Pompeij, cuius amicitia usi es sent, rebus studuissent. Eundē se regulis etiam, populisque, qui auxilia Pompeio tulerant, exhibuit, omnibusque delicti gratiam fecit. Etenim cogitabat apud animū sū, nullam sibi aut certè exiguum cum his intercessisse noti ciā, cum Pompeij multa magnāque in eos constitissent merita. Itaque longè plus laudis eis triluebat, quam ille lis, qui cum à Pompeio beneficiis essent affecti, in pericu lo eundem destituissent: atque alteros quidem illos sibi quoque fidos fore sperabat, hos autem, ut maximam nūc sibi benevolentiam ostentarent, quia suum tum amicum proiecissent, ne sui quidem olim rationem habituros. Argumento autem huic quod diximus est, quod Sadalo Thraci, & Deiotaro Gallograeco, qui in ipso prælio adfuerant, ac Tarcondimoto, qui Cilicia partem sub se habuerat, re autem nauali Pompeium plurimum iuuerauit, pepercit, ne cæteros colligam, qui cum Pompeio auxilia misissent, iis tantum imperata pecunia, neque ullo alio supplicio imposito, aut illa alia re multatis ueniam dedit: quamuis eorum quidam multa ac magna præmia à Pompeio partim iam antè, partim tūc accepissent. Parte

Venia data  
Sadalo, De-  
iotaro, Tar-  
codimoto.

Armenie Cæsar quæ Deiotaro parebat, Ariobarzani  
Cappadociæ regi attribuit: quia in re non modo damnum  
nullum Deiotaro dedit, sed beneficium adiecit. Non enim  
ei partem regni ademit, sed omnem Armeniam, que  
sub Pharnacis imperio restabat, occupatam partim A-  
riobarzani, partim Deiotaro donauit. Hac in eos cle-  
Cæsar Phar mentia usus, Pharnacem postmodò se purgantem; quia  
naci Pom- Pompeio non esset opitulatus, ideoque ignosci suis actio-  
pcium desti- tuui expro- nibus postulantem, non modo nulla humanitate prosecu-  
brat. tus est, sed id quoque uitio ei dedit, quod impius in benc-  
factorem suum fuisset. Ea Cæsar mansuetudine atque uir-  
tute in omnes qui contra ipsum in bello steterant, deinde  
quoque usus est. Quin etiam cum secreta literæ in scri-  
teras Pom- niis Pompeij essent repertæ, ex quibus multorum animos  
peij Cæsar quomodo fuissent & erga Pompeium, & contra se affe-  
cti Cæsar deprehendere potuisset, neque legit eas, neq;  
descripsit, sed exemplò cremauit, ne quid acerbius in  
quenquam statuere ex literis cogeretur. Itaque meritò  
quis odio eos habere posset, qui insidias deinde uitæ Cæ-  
sar is struxerunt. quod è minus temerè à me di-

M. Brutus  
Capio salu-  
te à Cæsare  
donatus.

etum accipendum est, quando M. quoque

Brutus Capio, qui cum postea inter-  
fecit, ab eo tū & captus fuit,

& salute do-

natus.

\*

DIO



# DIONIS ROMANÆ

HISTORIAE LIBER Q. V. A.  
dragesimus secundus, Gulielmo Xy-  
landro Augustano ins-  
terprete.

## CAPIT A H VI V S LIBR I H A E C S V N T :

Vt Pompeius in Thessalia vicitus fugerit, in Aegyptioque perierit.  
Quomodo Cæsar Pompeium insequendo in Aegyptum venerit.  
Quemadmodum Romæ res inter Cæsatrem & Pompeium gestæ, an-  
nunciatæ, ac quæ in honorem Cæsatris decretæ sunt.

De seditione Romanorum per absentiam Cæsatris.

Vt Cæsar Aegyptios bello subegerit, Cleopatraque gratificatus sit.

Vt Pharnacem idem deuicerit.

De Cæsar's reditu ad urbem, ac quemadmodum tñes urbaneas consti-  
tuerit.

De eiusdem expeditione in Africam.

Hæc gesta sunt partim reliqua eius anni parte, quo Consules fuérunt  
Iulius Cæsar I I. & P. Serullius Isauricus: partim in sequenti anno,  
in quo Iulius C. F. Cæsar Dictaturam iterum gessit, magistro equi-  
tum M. Antonio, M. F. Consules autem fuerunt, Q. Fufius Q. F. Ca-  
lenus, & P. Vatinius P. Flaccus.



R A E L I O ad hunc, quem expo Aano V.C  
sui, modum cōficio, Pompeius ne= 707.  
que suæ uirtutis, neq; multitudi-  
nis eorū qui pugnæ supererant,  
militum memor, neq; eo secum ex-  
pensò, quod sepe leuissimo momē  
to Fortuna eos, quorū res sunt af-  
flictæ, in integrū restituit, omnē de rebus suis spem proie-  
cit: cum prioribus temporibus summo animo robore cōstā-  
ter usus fuisset, ac bene semper in rebus aduersis sperare Pompeii vi  
et despera-  
tio.

cōsueſſet. Enim uero in causa hoc fuit, quod superioribus illis temporibus & quo Marte ſibi cum aduerso partis horum minibus contendendum existimans, non praeceperat certā animo uictoriam, ſed euētu in utramq; partē praeuiſo, priusquam uel fiducia efferretur, uel in terrorem perueniret, curam emend. in dorum aduersorum (ſi qua accidif-ſent) non omittebat, itaq; neq; cedere in ſortuniis opus habebat, & detrimentū acceptū ſarcire facile poterat. Tūc uero, quod multis partibus ſe Cæſare ſuperiorem futurū persuadum haberet, nihil eiusmodi praeuidit. nam neque idoneo loco caſtra posuit, neq; refugium ſibi, ſi ſuperatus foret, ullū cōparauit: cūmq; rem extrahere, atque ita uictoria ſine prælio obtinere potuiffet (nā & ſingulis dicibus copiæ eius augebantur, & rerū necessariarū cōme- tu, ut in amica ſibi ferè regione uersans, ac claſſe præua- lens, abundabat) tamē ſiue ſponte ſua, quaſi haud dubia uictoria, ſiue à ſuis coactus, ſigna cōtulit. Vnde factū eſt, ut simul atque prælio uictus eſt, mirū in modum attonitus, neq; cōſilium cōmodum, neq; ſpē firmā fortune denuo periclitandæ capere potuerit. Quæ enim hominibus pre- ter expectationem, ac quam maxime inopinatò accidūt, " ea & animos horum deiciunt, & rationem conturbant, " ut adferendam de eo quod agentium ſit ſententiam mini- " mè omnium ualeant: neq; enim consiliis iuxta metum lo- cū eſt: ſed ubi animum confiliis antecceperunt, strenue ad- modum timores ea exturbant: ſin antequeniantur ab his, succumbunt. Sic Pompeius eo tempore, quia euentum cū animo ſuo non iam antē conſiderauerat, nudus inermis que inuentus eſt: quod ſi futura praeuidiſſet, uidebatur ſacile omnia potuisse recuperare. nam & ex pugna per- multi euaderant & alias non exiguae copias etiamnum habebat; ac (quod præcipuum eſt) magnam uim pecunie p. 13d

subiti ca-  
ſus.

Consiliū &  
timor ſimul  
locum non  
habent.

possebat, marisque uniuersum obtinebat: præterea ur-  
 bes cum in earegione, tum Asiane quoque ipsum etiam  
 aduersa passum diligebant. Nunc ubi id, quo maximè cō-  
 fisis fuerat, male ei cecidit, præsentि terrorē ita percus-  
 sus, ut reliquis istis uti non cogitaret, extēplō castris re-  
 lictis Larissam paucis comitantibus profugit: urbē ipsam,  
 quanquam in uitantibus ciuibus, ingressus non est, ne se  
 recepto culpam Larisse sustinendam haberent: sed post  
 quam eos ad uictoris amicitiam accedere iussit, ipse rea-  
 bus necessariis acceptis, ad mare progressus, nauī onca-  
 raria in Lesbū adiectus est: ubi uxorem suam Cornē-  
 liam, Sextūmque filium habebat. His ad se acceptis, ac ne  
 Mitylenas quidem intrans, in Aegyptū nauigare in-  
 stituit, spe auxilij à rege Ptolemeo impetrandi: erat ea  
 nūis Ptolemei eius filius, quem Pompeius per Gabiniū Ptolemaeū  
 in regnum restituerat: itaque naues quoque auxilio Pom-  
 peio miserat. Accepi quidem habuisse in animo Pom-  
 peium, ut ad Parthos configeret, sed credere id nequeo.  
 Tanto enim post Crassi expeditionem Romanos odio  
 Parthi habebat, Pompeiumque in primis, tanquam Crass-  
 si necessarium, ut legatum quoque eius suspectarum pe-  
 tendarum causa missum iure gentium uiolato in uincula  
 la coniecerint: neque uero Pompeius sustinuissest sup-  
 plex rebus euersis ad inimicissimos sibi homines con-  
 fugere, à quibus saluis etiamnum fecerit nihil inpe-  
 trauerat. Cæterum Pompeius ob eas quas demonstrauit  
 causas in Aegyptū contendens, propter continētem ad  
 Ciliciam usque uectus, inde ad Pelusium traiecit, ubi Pto-  
 lemaeus bellum contra sororem Cleopatram gerens ca-  
 stra habebat. Ibi natum cursu inhibitio, quia egredi in  
 terram nisi tutò sibi id licere compriisset, non audebat,  
 ad regē aliquos de suis misit, qui r̄chocato ei in memoria

suo in patrem eius beneficio, peterent, ut certis firmis  
que conditionibus concederetur naues appellere. Ipse  
rex (puer enim aetate adhuc erat) nihil respondit. Ast Ae  
L. Septimi⁹ gyptij quidam, ac L. Septimius, homo Romanus, qui alia  
& Achillas pōpeio per quando sub Pompeio stipendia fecerat, et cum Gabinio  
niciem ma fuerat, ab eoque Ptolemei satelles relictus erat, tanquam  
chinancur. amici ad Pompeium uenere, sed impiè necem ei machina-  
ti sunt, unde piaculo et se se Aegyptum obstrinxer-  
runt. nam et paulo post ipsos pernicies consecuta est, et  
Aegyptij primum Cleopatrae (quod minime expectauer-  
rant) in scrututē traditi, ac deinceps inter subditos Ro-  
manorum relati sunt. Is igitur Septimius, atque Achillas  
præfectus militiae regie, qui que cum his alijs erant, quo  
Pompeium deceptum minori labore interficerent, liben-  
ter sc eum recipere dixerunt, legatosque eius bono an-  
imo ut essent monitos deduxerunt. Ipsi lumbis exiguis co-  
scensis ad Pompeium proiecti, multa comitate ei exhibi-  
ta, ut ad se sua ex naui transiret hortati sunt: nam et na-  
uem ipsius propter magnitudinem, quodq; ibi uadofum  
esset mare, ad terram cuius non posse, et cupere regens  
ipsum quam primum uidere. Pompeius ita persuasus,  
quamvis qui unā nauigabant, omnes contradicebant, ex  
naui sua adeo stransit, his tantum uerbis recitatiss:

” Etenim tyranni si quis intrat in domum,  
Fit seruus eius, liber et si venerit.

” Postquam terrae appropinquatum est, Pompeium illi, ne  
cum Ptolemaeo congressus, uel ab ipso rege, uel à Roma-  
nis, uel ab Aegyptiis (horum enim magna in ipsum erat  
benevolentia) incolumenti afferetur ueriti, antequam  
ad littus appellerent, interfecerunt, neque uerbum ullū,  
neque euulatum edentem, sed simul atque insidias esse, et  
se neque defendendi sui, neque effugiendo facultatem ha-  
bere

Magni Pō-  
pei interi-  
cus.

bere uidit, toga capite uelato cedisse præbuit. Hic existus uitæ Pompeio illi Magno fuit, euidenti argumento imbecillitatis atque incertorum casuum humanae sortis.

Qui enim prudentiæ nibil sibi antè reliquum fecerat, atque ab omnibus malis quæ inferri posse uidebantur, tunc Vitæ huma-  
næ incon-  
stantia.

tissimum se cauendo præstiterat, tum fronde circumuenatus est: qui à puerò multis per Africam, Asiamque, et Europam fidem excedentibus terrestribus, maritimisque uictoriis potitus fuerat, annum agens duodecagesimum inopinata clade fractus est: qui mare uniuersum, quod Romanis parebat, pacauerat, in eo ipso periit: ac qui olim mille nauibus (totenim feruntur) præfuerat, tunc in nauicula prope Aegyptum occisus est, idque ab eo Ptolemeo quodam modo, cuius patrem ipse in eam regionem ac regnum reduxerat. Qui enim etiamnum à militib. Romanis, quos per gratiam Pompeij Gabinius ei præsidio loco aduersus odia Aegyptiorum in patrem istius reliquerat, custodiebatur: is Pompeium uidebatur tam horum militum, quam Aegyptiorum ministerio usus interfecisse. Sic Pompeius inter Romanos quondam potentia primus habitus, adeò ut Agamemnonis quoꝝ que cognomentum inde inuenerit, tunc quasi unus de extreme fortis Aegyptiis, ad montem Caſſium interiit, Mons Caſſius. ea ipsa die, qua quondam de Mithridate et piratis triumphum duxerat: ut ne in his quidem extrema cum primis conuenerint. Quam enī diem olim summo cum splendore celebrauerat, et tunc extremas miseras pertulit: cūmque omnes ciues de gente Caſſia ex oraculo quodam suspectos habuisset, à nemine Caſſio insidiis pereitus est, sed ad montem Caſſium et cæsus est, et tumultatus. Qui cum Pompeio ad nauigauerant, partim capti sunt, partim fugæſe eripuerunt, inter quos Roma-

Oraculū Pō  
peio dæu.

Cornelia  
Romam re-  
diit. peij quoque uxor, filiusq; fuere. Cornelia postea tempora-  
ris Romam proposita impunitate incolmis rediit. Sexa-  
tus autem in Africam ad fratrem Cneum (his enim preno-  
minibus differebant hi, cum ambob. Pompeij nomen esset  
commune) peruenit. Cæsar, compositis omnibus, quæ post  
pugnam opus erant, suorum nonnullis Græcie recipiens  
dæ constituendaq; cura iniuncta, ipse Pompeium insecurus  
est: cùmque ad Asiam usque quæ nam loca is petiisset  
inquirendo perrexisset, quia nemo certò referre potuit,  
quorsum Pompeius cursum instituisse, ibi commoratus

**Fortuna Cæ-  
sar, vixque  
ei C. Cassius  
classem tra-  
diderit.**

aliquandiu est. Tam prospéra Cæsar in omnibus rebus  
fortuna utebatur, ut cum lombo Helleponsum traiceret,  
ínque classem ibi Pompeianam, cui C. Cassius præcrat,  
ibidem uela dantem incidenteret, non modò lœsus ab his non  
fuerit, sed insuper territos in suam potestatem accepit.

A' quo facto, cum iam se in nemo opponeret, cù quoque  
quæ restabant in Asia, occupauit, atque constituit, tan-  
tum pecunia, quod supra etiam à nobis est relatum, impe-  
rata, ac non modò nullo preterea maleficio iniuncto, sed  
quantum eius fieri poterat, beneficiis in omnes collatis:  
Asiam enim à publicanis, qui cum acerbissime habuerat,  
liberauit, uectigaliaque in tributi formam redegit. Intea-  
rim auditio Pompeium Aegyptum petere, ueritus ne is  
eo regno præoccupato uires recolleret, celeriter naues  
soluit: cùmque Pompeium, quippe iam uita defunctum,  
non deprehendisset, reliquis suis à tergo relictis, cum  
paucis ipse Alexandriam adiectus est, antequam à Pelu-  
cio Ptolemeus rediret. Ibi cum tumultuantes ob cædem  
Pompeij Alexandrinos reperisset, non ausus statim in-  
terrare egredi, ad anchoras substituit aliquandiu, tan-  
dem missò sibi à Ptolemeo Pompeij capite annulóque,  
in continentem posito metu exiuit. Cùmque multitudo  
Aegypt

**Cæsar Ale-  
xandriam  
venit.**

Aegyptiorum indignè ferens fasces ei præferrit, non eū  
pœnituit in regiam consurgisse, militibus autem eius ali-  
quibus arma adempta sunt, reliqui, dum omnes naues ad Cæsar qua-  
littus peruenirent, retrò aucti sunt. Cæsar Pompeij capi-  
te suo, illacrymauit, lamentatusque est, cum ciuem gene-  
rūmque suum nominans, et commemorans quos quantis  
que in rebus mutuas quondam sibi operas præfigeris-  
sent: percussoribus tantum absuit ut se gratiam debere fate-  
retur, ut et facinus culpauerit, et caput honestè funeran-  
dum humandūmq; aliis dederit. Cuius facti causa ut lau-  
datus est, ita simulatione sua risum meruit. Cū enim sumo  
mopere dominationē affectasset, Pompeiumq; aduersa-  
rium suum propterea semper odio habuisset, contrāque  
eum cū alia omnia machinatus, cum hoc ipsum bellum  
nulla alia de causa molitus fuisset, quam ut eo de medio  
sublato, ipse principatum obtineret: cūmque aliam nullā  
ob rem in Aegyptum aduenisset, quam ut eum, si adhuc  
superstes esset, conficeret: tum se cum desiderare, eiusque  
interitum ægrè ferre uideri uolebat. Enim uero Cæsar de-  
leto Pompeio nihil iam hostile superesse existimans, in  
Aegypto cogendis pecuniis, diiudicandaque lite inter  
Ptolemeum et Cleopatram tempus trahebat: interim as-  
lia contra ipsum bella cōflabantur, nam et Aegyptus ad  
defectionē consurrexit: et Pharnaces, cū primū inter  
Pompeium ac Cæsarem bellum coortum esse acceperat, ad  
regnum paternum recuperandum se contulcrat. Spes eū  
ceperat, fore hoc ciuale bellum diuturnum, ipsāisque in-  
ter se Romanorum vires consumptū iri. igitur ubi semel  
id negotiū occepit, quum præterea procul abesse Cæsarē  
audisset, in incepto perrexit, multaque loca antecepit.  
Interim Cato etiam, Scipioque, et qui cum his alij cōsen-  
tiebant, cūm ciuale, tum extranicum bellum in Africa ex- Bellū Afri-  
cī ar

Noua bella  
contra Cæ-  
sarē parata.

canum & Ca-  
tone & Sci-  
pione exci-  
tatum.

citarūt, idque hoc modo. Catonem Dyrrachij Pōpeius reliquerat, cūm ut traiectum ex Italia custodiret, tum ut Parthinos, si quid mouerent, coerceret, isque primū quidem bellum eis fecerat. Ceterū Pompeio uicto, ex Epiro sese cum iis, quibus eadē sententia placebat, Corcyra cōtulcrat: ibiq; reliquos quoq; qui ex prælio effugerant, aut alioquin easdē partes sequebātur, ad se acceperat. Nam Cicero quidē, aliq; nonnulli Senatores rectā Romā cōtenderant: pleriq; uero cum Labieno & Afraniō (quorum neuter spē salutis suæ ullam in Cæsare posita habebat, alter quodd ab eo perfugrat, alter quodd salutem à Cæsare donatus, iterū contra eum arma cepisset) ad Catonem uenerant, eōq; summæ rerum præposito bellum grecbāt. Paulo pōst se Octavius etiam his adiunxit. Is Iōnium mare tenuerat, C. Antoniū cepcrat: multisque op̄pidis potitus, tamen Salonas diu frustra oppugnauit, à ciuibus Gabinij auxilio adiutis ui repulsus. Idem Salones ses ad extremū unā cum mulieribus crumpentes, magnū facinus ediderunt. Mulieres demissis capillis, uestitu nigro induitæ, acceptis facibus, deniq; quam maxime terribili habitu composite, media nocte ad castra oppugnantiū accesserūt: metuque exanimatis excubitoribus (quippe dæmonum speciem illis exhibebāt) omnibus simul locis castrorū ignem iniecerunt: eas subsequi uiri, multos eo tumultu excitatos, multos etiam dormientes occiderunt, ita et castra, et stationem nauium, quam Octavius tenebat, confestim occup. uere. Sed ne sic quidē quieta ipsis omnia fuerunt. Elipsus enim Octavius, nouis coælis copiis, prælio uictos denuò ob sededit. Inter ea temporis

Salonæ fru-  
strâ ab O-  
ctavio op-  
pugnauit.

Gabinij  
mort.

obtinuisse, egressus in terram, multi ipsis detrimēta m̄tulit. Sed post commissam ad Pharsalum pugnam, cum milii

milites ipsius ad eos qui Brundusio contra ipsos aduecti  
 erant, nec tentato quidem prælio deficiſſent: ibi tum deſtitu-  
 tutus à sociis, Corcyra ſe cōtulit. At Cn. Pompeius prius  
 quidem claſſe Aegyptia circumuenctus in Epirum incur-  
 ſiones fecerat: nec multum abſuit, quin Oricum caperet.  
 Id oppidum M. Acilius præſidio tenebat, introitūque  
 portus nauibus lapidibus refertiſ obſtruxerat, turreſq;  
 ex utraque fauicium parte in continenti, ac ſuper naues  
 onerariaſ exædificauerat. Cneus urinalos imponiſit, qui  
 lapides ſcaphis impositos diſiicerent: tum nauibus exo-  
 neratis abductis, portus introitum aperuit: deinde expo-  
 ſitis in utrumque littus legionariis militibus, ipſe intro-  
 nauigauit: ſicq; et naues omnes, et magna pars urbis par-  
 tem incendio conſumpſit. Quod niſi uulnus accepifſet, ac  
 Aegyptiis metum ne ex eodecederet intuliffet, reliquam  
 etiam urbis partem cepiſſet. Postquam uulnus ſanatum  
 eſt, oppugnatione Orici in pōſterum abſtinens, reliquas  
 regionis partes circumuagando uastauit: ipsum quoque  
 Brundusium aliquando aggressus eſt, ſed fruſtra iſ ei, ſia-  
 cut et aliis quibusdam, conatus fuit. His rebus intentus,  
 poſtquam pater eius pugna ſuperatus eſt, Aegyptiique  
 re cōperta domū aucti ſunt, ad Catonem ipſe conceſſit.  
 Huius factum C. quoque Caſſius imitatus eſt, qui multas  
 Sicilię Italięq; partes uexārat, multa mari ac terra ſe-  
 cūda prælia fecerat: complures preterea alij ad Catoneſ  
 per fugerūt, quē uirtute ceteris præſtare animaduerte-  
 bant. His Cato bellī consilioſumq; ſociis ubique uſus, in  
 Peloponnesum, ſpeciuſ occupande regionis, traiecit,  
 quia de morte Pompei: nondum reſciuerat. Ibi Patriſ re-  
 ceptis, multos alios ſibi adiunxerunt, atq; inter eos Pe-  
 treium, Faſtūm: Cn. Pōpeij generū. Ceterū poſt Q. Rufus  
 Fufio Caleno exercitu aduerſus eos ducente, naues ſol-  
 uerunt

Q. Rufus  
Calenus in

Græciam à Cæsare mis-  
serunt: Cyrenenque delati, ubi de Pompeij morte certio-  
res facti sunt, sententiis variatū inter ipsos est: Catonem,  
qui Cæsaris dominationē ferre nullo modo poterat, alij  
quidam quibus spes uenire consequendæ nulla supererat,  
in Africam cum exercitu secuti, ibique aduersus Cæsarē  
omnia conatis sunt. Reliqui aut, dissipati pleriq; alij quo  
quemq; casus deferebat, discessione facta se contulerunt:  
alij rectā ad Cæsarem profecti, impunitatem adepti sunt,  
atq; inter hos C. quoque Cassius. Calenus ante pugnans  
Pharsalicā à Cæsare in Græciam missus fuerat, cimique  
Piræum, nullo enim muro munitum, cepisset, Athenis tamen,  
quoniam omnis generis maleficās eorum agros  
infestasset, ante cladem Pompeij potiri non potuit, ca-  
uita, ultrò ea ciuitas in deditioñem uenit, eique Cæsar  
nulla multa imposita, omnes iniurias remisit, id modo di-  
cens, ipsos qui magnoperè delinquissent, à mortuis serua-  
ri. id uero hac oratione innuebat, parcere se ipsis propter  
maiorum gloriam uirtutēmque. Ad eundem modum ple-  
raque Græcia oppida cum Cæsare in gratiam redierūt,  
Megarenses autem etiamnum restiterunt, ac multò post  
partim ui, partim proditione in potestatem Cæsaris uen-  
erunt, eorum Fufius, quò meritum de eis suppliciū sum-  
psisse existimaretur, magna cæde edita, reliquos uendi-  
dit: ueritus tamen, ne id interit ut totius urbis staret, ciues  
cum necessariis eorum, tum minimo precio uendidit, ut  
libertati restituerentur. His concessis, Patras bellum con-  
uertit, eamque urbem sine prælio, terrore iam antè Cato-  
ni, hisque qui cum eo erant incusso, recepit. Dum hæc  
Seditio in Hispaniacō era Q. Cas-  
sius Longi-  
num exclu-  
tata.  
singula geruntur, interim in Hispania, que tum pacata  
fuerat, motus coorti sunt. Nam cum in ipsa pace Q. Cas-  
sius Longinus prouinciam diuexaret, priuò pauci qui-  
dam coitionem eius interficiendi causa fecerunt: sed cur-  
sancius

Fauius eorum manus effugisset, atque exinde longè ma-  
 iores iniurias exercebat, permulti Cordubenses, com-  
 plurēsque milites, qui ante sub Pompeio militauerant, du-  
 ce sibi electo M. Marcello Aescernino, Questore, contra  
 cum seditionem mouerunt. Marcellus, instabilitate re-  
 rum considerata, et ad euentum in utramque partem se-  
 se accommodare studens, non toto animo id munus in se  
 recipiebat, sed in utramq; partē inclinabat, atq; in omni-  
 bus dīcīs factisque medium obseruabat, ut siue Cæsar, si  
 ue Pompeius uicisset, uictori suam operam nauasse uide-  
 ri posset. Pompeij quidem gratiam co captabat, quod mi-  
 lites ad eum deficientes suscipiebat, quodque Longino,  
 qui Cæsaris partes se tueri dicebat, belum faciebat. Con-  
 trā Cæsari inserviebat, quod Cassio nouas res affectante,  
 ipse milites acceptos Cæsari conseruabit, nec eum bello  
 peti permittebat, quodque nomen Pompeij scutis suis  
 cum inscriberent milites, id ipse delebat. Ita cum alteri  
 usum armorum, alteri nomen obtenderet, cūmque ea  
 que pro uictore gesta essent, sibi assignaret, contraria  
 uero necessitatibusque adscriberet, futum se fore sperau-  
 bat. Igitur quamquam propter suorum multitudiniē Longi-  
 gnum facile poterat superare, tamen satius ei usum est,  
 rem eō deducere, ut quemadmodum animo agitārat, ta-  
 lem se ostenderet, atque ad eum quem dixi modum se-  
 compararet, remque dubiam certas ob causas relinque-  
 ret: ita et sicubi succubuisset, et sicubi superior factus  
 fuisset, facultatem uel ad se, uel ad alios ea que acta fuc-  
 rauit refrendi habebat. Haec ratione rē usq; ad uictorie  
 tempus extraxit: cūmq; Cæsar ei successuisset, cūmque  
 relegasset, postreuoatum honoribus affecit. Longinus  
 autem à legatis Hispanorū delatus, magistratu excidit, Q. Cæsari in-  
 domūmq; reuertēs in ostis Iberi fluuij periit. Hæc extra  
 teritus.

Ital

 M. Marcel-  
 lus Aescern-  
 inus.

Italiana gesta sunt. Romæ autem, quandiu res Cæsaris Pœ-  
puli que ambiguae erant, incertoq; cœntu pendebat, ne-  
mo erae qui nō palam Cæsar is rebus cuperet, metu copia-  
rum quas is Romæ habebat, collegēq; eius Seruiliy impē-  
dente. Proinde siue is uicisse nunciabatur, gaudebant: si-  
ue aduersam fortunam sensisse, dolebant: idque alij ex a-  
nimis faciebant, alij simulabant: (mul. i enim oberrabant  
inspectores, auscultatoresque, quorum erat omnia que de  
his rebus uel dicebantur, uel agebantur obseruare) con-  
tra qui Cæsari infensi, Pompeianas partes potiores habe-  
bant, diuersissima ab his que palam fiebant, et loquebā-  
tur, et agebant. Itaque prout noui nuncij acciderant, us-  
trique eos suis commodis metientes, uel concidebant ani-  
mis, uel efferebantur: cū mque, ut fieri assolet, multi ac ua-  
rij rumores sèpius una die, ac non raro unius hore spes-  
cio afferrentur, animi eorum maxima affectuum uicisitu-  
dine laborabant, minimo momento ex lœticia in moestia-

Mutatio a-  
nimori Ro-  
mæ, post nu-  
clum viro-  
ris Pharsa-  
licæ.

ciam, ex spe in metum coniecti. Vbi de Pharsalica pu-  
gnæ fama aduenit, diu ei fides habita non est: nam neque  
Cæsar de co(quòd lœtari de huiusmodi uictoria uideri  
nolebat, quapropter triumphum quoque eius omisit) ad  
Rempublicam litteras dederat, et incredibilem admodū  
rem eam apparatus utriusque, spesque de eis conceptæ,  
efficiebant. Posteaquam tandem creditum est, id tantum  
egerūt quòd imagines Pompeij Syllaq; que pro rostris  
stabant, deicere: nam erant complures, qui ne hoc quia-  
dem faciendum putarent: nec decrant, qui ne Pompeius  
acceptam cladem sarciret, uerenece, satis faelum omo-  
do Cæsari putarent, Pompeium uero implacabilem sibi  
fore metuerent. Ne mortem quidem eius crediderunt  
antè, quām missum Romam annullum cius(in quo tria  
Quot, & quæ erant trophyæ insculpta, quod Sylla quoq; usurpauerat)  
nidet

uiderent: tum uero iam aperte Pompeio conuicijs exagitato, Cesarem laudarunt, ac quæcunque excogitare ad honorem eius potuere, decreuerunt. Qua in re magnum erat inter primos urbis homines certamen, inuicem se adulando Cæsare superare laborantium: magnaq; à populo suffragia contentione ferebantur cum singuli tanquam præsente atque inspiciente Cæsare acclamationes & gestus omnes magno studio compoſuissent, sperantes pro his (quasi uero aliquid ipſi largirentur, ac non necessariò id agerent) se alijs magistratum, alijs sacerdotium, alijs pecuniam ab eo recepturos. Atque ego sanè eos honores Cæsari tum decretos, qui uel alijs quoque iam ante concessi fuerant, ut statuas coronas, primum in concessibus locum, quæque id genus sunt alia tum hos quoque, quos nouos, ac tum primum delatos ipſe Cæsar repudiavit, omittere statui, ne negotium mihi ab alijs exhibetur, non singulos percensenti: quod idem in sequentibus etiam faciam, idq; tanto magis, quanto & plures subinde & absurdiores sunt honores constituti: eos tantum commemorabo, qui cum peculiare atque eximiū quiddam habent, ab ipso Cæsare sunt approbati. Tunc igitur postatem Cæsari dedecrunt (non quod is eam non sibi ipſe parasset sed ut iam nunc secundū leges agere uideri posset) de Pompeianis suo arbitratu statuendi: deinde, ut belli pacisq; dominus in omnes homines esset, et si neque ad Senatum, neque ad populū de ijs retulisset, cuius rei specis erat bellum quod aduersus ipsum in Africa parabatur. Hoc ipsum quoq; iam ante Cæsari aderat, tantis copijs instruclio quiq; bella quidem quæ gesserat omnia. ferae suo iudicio cōfesscrat. Enim uero Romani ut adhuc ciues, suiq; iuris esse uiderentur, hæc Cæsari decernebant, quæ uel in uitis ipsis omnia obtinere poterat. Quippe hoc

Quot, & quæ  
ti honores  
Cæsari ui-  
tori decre-  
ti.

etiam accepit, ut quinque continuis annis Consulatū gereret: ut Dictator non ad semestre tantum spaciū, sed integrum annum diceretur: ad hęc Tribuniciam potestatem per omnē suam uitam haberet. Inter eos enim aſſideare, atque omnia eorū officia gerere reperiebatur, quod permīſſum aliās erat nemini. Itaq; omnibus comitijs (præter ea quae plebis sunt) ipſe præſtit, atque ob hanc causam in aduentum eius dilata comititia sub finem anni habita sunt. Idem cum prouincias sorte Cōſulibus tradidissent, decretum fecerunt, ut extra sortem Cæſar eas Prætoribus aſſignaret. (ita contrā quām statutū ab ipsis fuerat, iterū ad Consules ac Prætores redierant) Aliud quoque fuit, quod Cæſari decernērēt, uſu quidem illud receptum, sed ob temporis anticipationem inuidiæ reprehensionibusque obnoxium. Triumphare enim eum de Iuba, Roma nīſque qui cum eo militabant, iuſſerūt, quasi iam parta uictoria: cum ne futurum quidem tunc id bellum ſciret Cæſar. His ita decretis, approbatisque, Cæſar, quamuis extra Italiam erat, ſtatim Dictaturam occepit, Magistro equitum assumpto Antonio, qui Prætor nondum fuerat: iſque ab hoc magistratu Consul deinde factus est, ſummopere reclamantibus Auguribus, non licere Magistro equitum ultra ſextū menſem magistratum tenere. Verū hi multo riſu excepti ſunt, quod cum contra omnia maiorū iuſtituta Dictatori annum imperium ſtatiuſſent, de Magistro equitum accuratam rationē inire uellent. At M. Cæſilius ausus ea que de creditis pecunijs Cæſar conſtituerat, tanquam eo uicto atque mortuo reſcindere, huiusq; rei ergò Roma Campaniāque concitata, perijt. Is primus Cæſaris actionibus resistere ausus eſt, eratque ob id Prætor creatus. Indigne autem ferens Præturam urbanā ſibi non obtigisse, ſed collegam Trebonium (qui non eleitus de more,

Triumphus,  
antequā bel-  
lum gerere-  
tur.

Cæſar Di-  
ctator. II.

M. Anto-  
nius Magi-  
ſter lequirit.

M. Cæſilius  
Prætoris cō-  
tra Cæſariis  
actis ſedi-  
cio, fuga &  
interitus.

Italiā erat, ſtatim Dictaturam occipit, Magistro equitum assumpto Antonio, qui Prætor nondum fuerat: iſque ab hoc magistratu Consul deinde factus eſt, ſummopere reclamantibus Auguribus, non licere Magistro equitum ultra ſextū menſem magistratum tenere. Verū hi multo riſu excepti ſunt, quod cum contra omnia maiorū iuſtituta Dictatori annum imperium ſtatiuſſent, de Magistro equitum accuratam rationē inire uellent. At M. Cæſilius ausus ea que de creditis pecunijs Cæſar conſtituerat, tanquam eo uicto atque mortuo reſcindere, huiusq; rei ergò Roma Campaniāque concitata, perijt. Is primus Cæſaris actionibus resistere ausus eſt, eratque ob id Prætor creatus. Indigne autem ferens Præturam urbanā ſibi non obtigisse, ſed collegam Trebonium (qui non eleitus de more,

de more, sed à Cæsare constitutus erat) sibi prælatū esse, omnibus ei se in rebus opposuit: et cùm alia eius officia impediuit, tum non passus est, ut secundum Cæsar's leges ius diceret. Ipse præterea auxilia debtoribus aduersum creditores, mercedēsque habitationum annuas se condonāt oribus donaturum pollicebatur. Ita magna sibi multitudo dñe adiuncta, impetum in Trebonium fecit: sed is mutata ueste inter turbam clapsus, uitæ periculum evitauit. Vbi is conatus irritus fuit, legē per se promulgavit, qua merces habitationum omnis cōducloribus remittebatur, tabula leq; noue proponebantur. Forti tum milites in Galliam ibāt, eos Seruilius Consul ad se uocauit, Senatumque hoc præsidio circumfuso habens, de re præsentī retulit. Cum Tribunis plebis intercedentibus Senatus consultū non fieret, tamen autoritas Senatus perscripta est: iussitque lietores, ut legis tabulas tollerent. Eos Cæcilius cum repulisset, ac contra ipsum Consulē tumultum concitasset, iterum Senatus militibus septius conuenit, Seruilioque cū stodium urbis (quod qua ratione fieret, suprà non sensim demonstrauimus) mandauit. Itaque Consul secundum hoc mandatum omni Prætoria administratione Cæciliū prohibuit, ciusque munus alij Prætori attribuit, ipsum Senatu exclusit, concionariique intendentem de rostris detraxit, eiusque sellam confregit. Quæ singula et si magnam Cæcilio iram mouebant, tamen quòd satis virium in urbe non habebat, ueritus ne pars insuper daret, in Campaniam ad Milonem proficiisci instituit, ipsum quoque nouas res conantem. Cum enim Milo solus exulum a Cæsare in patriam reductus non esset, in Italiam aduenit: ibi magna hominum ui coacta, qui uel egestate, uel metu supplicij tenebantur, regionem maleficijs urgebat, urbēsque cùm alias, tum Capuam ipsum tētabat.

Milo sedi-  
tiones mo-  
uet.

Cum eo se coniungendi consilium, eiisque auxilio Cæsar  
rem quibuscumq; posset modis ledendi Cæcilius ubi ce-  
pit, cum nec palam ab urbe proficiisci posset ( obseruaba-  
tur enim ) et consilium non uideretur ut clam profuge-  
ret, præsertim quia sub habitu et nomine Prætoris lon-  
gè plura quam sine his cōsequi se posse sperabat, ad Con-  
sulem accessit, ab eoque commicatum ad Cæsarem profici-  
scendi orauit. Seruilius, et si suspicabatur quid ei in ani-  
mo esset, tamen uerementius instanti, nomenque Cæsaris

**Cæcilius ut Roma pro-**  
**suggerit,** inuocanti, et ad purgationem sui properare simulanti,

professionis facultatem dedit, adiunctio Tribunoplebis, qui  
eum, si quid noui moliri uellet, coerceret. Cæcilius post-  
quam in Campaniam adueniens, offendit Milonem re in-  
feliciter ad Capuam gesta in Tifata ( montis id Capuae im-  
minentis nomen est ) confugisse, substitut. Itaque ueritus  
Tribunus plebis ne quid mali agitaret, domum eum redu-  
cere uoluit. At Seruilius re mature cognita, contra Mi-  
lonem bello in Senatu decreto, Cæcilium in suburbio ma-  
nere iubet, ne quid turbæ daret, accurata tamen custodia,  
ut qui Prætor esset, non obscurauit. Qua occasione usus  
Cæcilius aufugit, ad Milonemque magnis itinerib. conten-  
dit: quem si superstitem inuenisset, haud dubie aliquos tu-  
multus concitasset. nunc Milone Cæpania eieclo, atque in  
Apulia perempto, in Brutios se contulit, quod uel in ijs  
locis se consequi quicquam posse speraret. Ceterum ab  
his qui Cæsarianis rebus studebant, coitione facta prius  
quam ullam rem commemoratu dignam conficeret, cæ-  
sus est. Hic Miloni ac Cæcilio fuit uitæ finis. Ceterum ne-  
sic quidem Roma quieta fuit, sed multa ac magna mala ei  
euenerunt, quemadmodum id prodigia portenderant.  
Circumacto enim iam eo anno, inter alia ostenta, apes  
quoque in Capitolio iuxta Herculis statuā sedem occu-  
pauere,

**Milonis &**  
**Cæciliij ince-**  
**tius.**

paucre,cum Isidi sacra fierent. Itaque aruspices omnia  
templa Isidis, Serapidisque demoliri iusserunt: quod dum  
fit,Bellone quoque aedes inscientibus illis deicta est, in  
eaque uasa figurina carnibus humanis plena reperta sunt.  
Anno in sequenti terræmotus ingens accidit,buboque ui-  
sus est,fulminib[us]que Capitolium ex fanum Fortunæ pu-  
blicæ,hortique Cæsaristæli,equus inter preciosos habia-  
tus ijs exanimatus delubrum Fortune sponte sua aperte-  
tum est. Præterea sanguis ex pistrino effusus,ad alterius  
Fortunæ templū profluxit,quam ( quod omnia quæ ante  
oculos ac post se posita sint,cernat,atque expendat,mo-  
neatque debere unumquemque meminisse à quibus malo-  
ribus ortus,qualisque ipse sit ) nomine Græcis explicatis  
difficili Primigeniam Latini uocant:infantes etiam nona  
nulli , sinistras capitibus impositas habentes nati sunt.  
Cùm alia prodigia metum rerum parum faustarum obtua-  
lissent,tum præsertim postremo hoc significari inferioris  
gradus homines contra nobiliores insurrecluros,et uas-  
tes prædixerunt,et populus opinatus est. Ita animos Ro-  
manorum cum dij his ostentis conturbassent auxit metum  
ipsa forma urbis,quæ nisera ac insolens cùm ipsis Calen-  
dis Ianuarijs,tum multo post etiam tempore uidebatur.  
Neque enim uel Consul ullus , uel Praetor aderat. Anto-  
nius quidem ueste ( eam purpura prætextam habebat ) et  
lictoribus ( quibus sex tintum utebatur ) et quia Sena-  
tum conuocabat,speciem quandam popularis reipubli-  
cæ status exhibebat: gladio autem quo accingebatur,  
multitudineque stipantium ipsum militum,ipsisq[ue]; præci-  
pue actionibus penes unum esse totum sumnam rerum  
demonstrabat: ac non præsens modo conditio Romanis  
erat molestissima, sed longe plura atque atrociora à  
Cæsare ipso expectabant. Cùm enim magister equitum

Antonius  
de democra-  
tico & mo-  
narchico ha-  
bitu usus.

ne ludis quidem (quos plerosque ipse Cæsar's sumptibus curabat, paucos uero nonnullos Tribunipblebis administrabant) gladium deponeret, quid facturum ipsum Dictatorcm existimarent? Atque si quibus in mentem eius clementia ueniebat, qua multis qui contra ipsum arma tulerant, pepercerau: tamen quod diuersos esse animi sensus eorum qui imperium affectant, et eorum qui coiam potiti sunt, ipsum quoque immutatum iri censem. Itaque aegrem fircentes, uarios inter se, si qui tutò id poterant sermones conferebant. Neque uero tutum erat, cum omnibus communicare, nam qui uel anuciissimi esse uidebantur, aut etiam genere propinqui, ijsuos detraebant, uel male detortis eorum dictis, uel mendacijs omnino in eos cōfici. Quod plerisque mœstiam augebat, cum neque luctum suum, neque sensum animi sui alijs communicandi facultatem habentes, ea liberari nullo modo possent. Nam ipsa conuersatio cum his, qui in ijsde erant malis, alueuationem quandam afferebat: cumque quis tutò et que ipse pateretur retulisset, et alterius miseras uiciissim exaudisset, sui oneris partem abicisse sibi uidebatur: contrà infidelitas eorum quibus cum erat uiuedum, ut moror in pectore conclusus teneretur, idq; magis magisque ueret, efficiebat, ubi nec arcanum profire, neque ullam eius requiem inuenire dabatur. Huc accedebat, quod non affectus tantum suos occultos in corde suo quisque seruare cogebatur, sed presentem insuper conditionem laudare, admirationi ducere, dies festos agere, sacra facere, hilarēmque se ostendere opus habebat. Ac perinde uero atque si non satis malorum ab Antonio haberent, L. prætere à Trebellius, et P. Cornelius Dolobella, Tribunipblebis, seditione urbem agitārūt: hic debitoribus opitulabatur, nam ipse quoque in eorum numero

L. Trebellij & Dolobel  
Æ sedilio.

numero erat, ac ea de causa ut posset Tribunis plebis faci-  
ri, à patricijs ad plebem transiuerat: Trebellius auxilio  
se nobilitati fore præ se ferebat: cæterum leges promul-  
gare, cædēsque exercere, ambobus erat commune. Hinc  
tumultus ingens existebat, armâque omnibus locis fre-  
quentia conspiciebantur: quanquam Senatus consultum  
factum fuerat, ne quis nouam ullam rem ante Cæsaris  
aduentū tentaret, Antoniusque priuatis gestione armo-  
rum in urbe interdixerat. Cum nemo obtemperaret, sed  
seditiosi omnia et aduersum se mutuò, et contra Sena-  
tum, Antoniumq; molirentur, tertia factio contra utrum-  
que Antonij ac Senatus fuit, cum Antonio, ut arma potes-  
statemque eam, qua iam antè occupata uectebatur, à Sena-  
tu uidetur accepisse, Patres permitterent, ut intra ura-  
bem exercitum habiret, ipse q; cum reliquis Tribunis ple-  
biscustodiam urbis susciperet. Itaque Antonius ex lege  
omnia que uellet agebat. Dolobella autem, Trebelliusq;,  
cum per uim agere dicerentur, freti tamen audacia sua,  
apparatuque, et se inuicem, et Antonium oppugnabūt,  
tanquam ipsi quoque imperium aliquod à Senatu acce-  
pissent. Interim Antonius, cum audiuisset milites, quos à  
pugna Pharsalica Cæsar in italiā præmiserat, ipse sta-  
tim subsequi in animo habens, mala consilia agitare, ue-  
returque ne quos nouos motus hi excitarent, urbis cu-  
ra L. Cæsari mandata, eoq; ( quam potestatem nemo un-  
quam magister equitum habuerat ) prefectio urbis reli-  
cto, ipse ad exercitum cum contendit. Tribuni plebis qui  
factionum duces erant, contēpto ob senectutem L. Cæsa-  
re, multa atrocia facinora et contra se inuicē, et in alios  
perpetrauerunt: idque tantisper, dum Cæsarem rebus in  
Aegypto confectis Romam aduentare fama attulit. Antè  
enim cum nunquam redditum, sed in Aegypto ( is enim

L. Cæsar ve-  
bi pfectus

rumor fuerat) perijisse credentes, factionibus urbem agitabant: aduentus eius fama auditæ, aliquandiu se continebat. Sed cum Cæsar antequā Romam rediret, in Pharnacem expeditionem susciperet, seditiones renouarunt. Antonius cum neque compescere eos ualeret, et in Dolobella plebē offendisset, primum Dolobellæ se adiunxit, Trebelliumque cùm alijs nominibus, tum quòd milites ad se pertraheret, criminatus est. Sed cùm deinde se apud multitudinem nullo eximio honore affici, eāmque soli Dolobellæ intentam esse sentiret, egrè id frens, sententiam mutauit. quòd accedebat, quòd fauorem populi sibi cum Dolobella cōnūcem esse videbat, culpam uero à senatu maiori ex parte sibi attribui. Itaque pōst cum neutri se cupere uideri uellet, clām Trebelliū fuit: cūmque cùm alijs rebus iuuit, tum militem ad se accipendi copiam fecit: atque ita quasi inspecto certaminis huius, iudexque sedidit: illi uero pugnauere, ac loca urbis opportuniſima alter alterius proſligandi causa occupauerunt: inde cædibus ac incendijs eo modo grassatum est, ut sacra aliquando à Vestalibus templo efferrantur. Quibus incommodis permotus Senatus, iterum Antonio custodiam urbis, idq; accuratius quam antè, mandauerunt. Cum iam tota ferè urbs militibus esset referta, non tamen hi motus conciderunt. Dolobella enim, desperatione ueniente à Cæſare imperante adductus, id iam agebat, ut magno quodam facinore exhibito periret, ex quo sempiternam sui memoriam relinquaret: quippe reperti sunt nonnulli, qui famæ cuspiditate pessimas res agere animam induceret. Is igitur, quemadmodum nominis sui illustrandi causa omnia antè egerat, ita tunc quoque diem constituit, qua die pollicitus est se leges de nouis tabulis, mercedique quæ conductionis nomine solui solebat, abroganda, perlaturum.

Quæ

Quæ cum recepisset, plēbsq; aditibus fori obstructis, nonnullisque in locis ligencis turribus erectis, parata esset ad profligandos eos, qui ijs legibus resistere uellent: Antonius ut primum illuxit, magna militū manu de Capitolio deducta, tabulas legum discidit, nonnullōsque ne sic quidē tumultuandi finem facientes, de Capitolio precipitauit. Neq; tamē ita seditionibus modus factus est, sed quo plus res ex seditionis perierunt, tanto maiori contentionē reliqui tumultuati sunt, Cæsarē maximo difficilimōque bello distineri arbitrantes: neq; antē destiterūt, quām is ex improuiso Romā peruenit: tū dcmū uel inuiti cōquieuerūt, ita quidē, ut extrema supplicia sibi ab eo impendere putarent, deq; ipsis per totam urbem plurimus scrmo habetur, alijs aliter de causa eorū statuetibus. Verū Cæsar hic quoq; suū morem obtinuit, contentusq; in praesentiā omnia esse sedata, nullam de præteritis inquisitio nem instituit: sed omnibus pepercit, aliquōsque ex ijs honorib. insuper affecit, Dolobellam in primis. Quoniam enim erat eius merito obstrictus, eius memoriam sibi ab iyciendam, aut quia Iesus ab eodem esset, ideo acceptum quoque beneficium paruipendendum esse non existimatuit: sed eius habita ratione, peccati gratiam Dolobellæ fecit, cūmque cùm alijs in honore habuit, tum paulo p̄st Consulem creauit, quamuis Præturam is nunquam gesisset. Atque hæc Romæ acta sunt per absentiam Cæsaris, inter cuius ad urbem redditum, mortēque Rompeij ut aliquantum temporis intercederet, hæ causæ fuerunt. Aea gypti exactionem pecunie molestè furentes, idque adeò indignum ducentes, quod nē à sacrī Cæsar abstineret (ipsi enim multitudine eorum quæ uenerantur numinum, omnibus mortilibus præpollent: ac quia non una est ipsis religio uniuersis, sed inter se diuersissimi cultus, bellis

Cæsaris clemētia in seditionis.

quoque eius rei causa mutuis se impetunt) ad hæc metuētes, ne Cleopatræ, quæ plurim:um apud Cæsarem poterat, traderentur, tumultum concitauere. Nam Cleopatra, cum hactenus per alios causam suam contra fratrem apud Cæsarem egisset, simul atque naturam cius cognouit ( erat autem Cæsar amoribus quām maximē obnoxius, remque cum multis alijs fœminis, ut ei fortuitō cæ oblate fuerat, habuerat) per internuncios Cæsari questa est, se projectam ab amicis, superēque ipsam per se apud eum litem

**Cleopatræ** suam prosequi. Ipsa uero alijs omnibus mulieribus forma & mores.

mæ elegantia præstabat, tum flore etatis admodum erat conspicua; ineratque ei in uoce summus lepos, ita ut cum quocunque homine colloqueretur, gratia eum demulceret: denique tanta eius aspectum orationēque uis comitabatur, ut allicere etiam ab amore uel natura uel etate alienissimum quemque hominem ad sui amorem ualeret. quibus rebus instructa, in rem suam existimabat fore,

**Cleopatræ** si ad Cæsaris colloquium admitteretur, inque sua uenustate præsidium cause omne reponebat. Impetrato à Cæsare, ut sub eius aspectū ueniret, ita se exornauit ac cō-

posuit, ut simul quām maximam dignitatē præ se ferret, simul misericordiam Cæsari moueret. his adornatis, noctu in urbē degebat enim tum foris, atq; in regiam Ptolemaī clām peruenit. Quam ubi Cæsar uidit, loquentēmq; non nihil audiuist, ita constim mancipium eius factus est, ut statim sub auroram Ptolemaeum accersicerit, pacificatio nemq; tentauerit. Cleopatræ enim, cuius antè iudex esse uoluerat, tunc aduocatum agebat. Quæ res, quodq; improviso sūa sororem intus esse uidebat, ita pueri animum ira inflammauit, ut profiliēs ad populum, proditū se clar maret, ac deniq; diadema capite detraclum abiiceret. Ma gno inde tumultu coorto, Ptolemaeum Cæsariani milites

, intro

intrò ab ripuerūt, Aegyptij autē cōmoti sunt: ac nisi Cæsar metu percusus ad eos prodijsset, dēque loco tuto omnia se quæ uellent fāclurū promissset, ipso primo impetu regiā, quā terra marīq; iam inuadebant, occupassent. neq; enim Romanis, qui se apud amicos uersari credebant, ulti ad resistendū aderant uires. Post h.ec Cæsar in concio nē cum Ptolemæo & Cleopatra progressus, patris corum testamentum de scripto recitauit, quo præcipiebatur ut more maiorū apud Aegyptios, Ptolemæo cōiux Cleopatra esset, regnumque tenrent: eiūsque testamenti procura<sup>s</sup> ratio populo Rōmāno ibidem assignabatur. His addens Cæsar suum qui dictaturam gereret, omnēmque populi potestatē obtincret, esse, ut & liberos curaret, & patris uoluntatem exequeretur: Ptolemæo & Cleopatræ regnum Aegypti dedit, Arsinoe autem, Ptolemæo que iu niori, germanis horum, Cyprum concessit. in cum enim tūc terrorē peruererat, ut his quoque de suo aliquid concederet, nedum ipse ex rebus Aegypti quicquam adipisce retur. Ad hunc modum is tumultus sedatus est: sed haud multo pōst nouus motus coortus est, adeò ut ad bellum quoq; res deueniret. Photinus enim Eunuchus, cui Pto lemæi pecuniarum procuratio commissa fuit, rat, quod se ditionem Aegyptiorum præcipue cōcituerat, ueritus ne eius rei causā ad supplicium depositeretur, clam ad Achillam, qui etiamnum apud Pclusium morabatur, misit, eumque terroribus ac spe propositis in societatem suorum consiliorum portraxit: deinde reliquos quoque qui in armis erant, sibi conciliauit, injecta suspicione, Cæarem quidem componende turbæ causa regnum utrisque simul dedisse, sed progressu temporis soli Cleopatræ id at tributurū: uidebatur autem ex a quo omnibus res inde gna, sub imperio esse foeminae. Erant tum Achilla et co piæ,

sedicio Aegypiorum contra Cæsa rem, utq; eam seduae sit.

Photinus  
Eunuchus,  
& Achillas,  
bellum cōtra Cæsare  
mouent.

pię, quibus se Cæsarianis parem esse confidebat, cum his rectā Alexādriam contēdit. Cæsar re cognita, hostiumq; multitudine ac audacia territus, ad Achillam misit, qui ei Ptolemæi nomine, ut quiesceret, dicerent: Achillas, quia non regis sed Cæsar mandatum ferri intelligebat, non modò non paruit, sed insuper eum tanquam sibi timētem, contemptui habens, conuocatis militibus, postquam multa pro Ptolmæo, ac contra Cæsarem & Cleopatrā uerba fecit, tandem eos ad cædem internunciorum, ctsi ij Aegyptij erant, incitauit, ut sanguine eorum repleti bellum nullius pacificationis capax gerere opus haberet.

**Internuncijs occisi.** Quibus perceptis Cæsar milites ex Syria euocat, regiā, uicināque ædificia usque ad mare fossa murōque communit. Interim Achillas cum Romanis, reliquisq;, quos cum Septimio Gabinius Ptolmæo præsidij loco reliquerat (ij ex mora quam in Aegypto fecerant, mores quoque incolarum iam assumpserant) Alexandriam aduenit, ciuium maximam partem confessim ad se pertrahit, loca commodissima occupat. Exinde multa prælia interdiu noctū que committuntur, multa incendia fiunt, inter quæ nauale etiam, penusque frumentaria, Bibliothecāque plurimis (ut fertur) optimisque reserta libris conflagravit. Continentē omnem terram, his locis demptis, que Cæsar munitionibus clauerat, Achillas tenebat: Cæsar mari omni potiebatur, excepto portu. Cumque naual certamine uiasset, Aegyptijq; metuentes, ne iam in portum quoque nauigare intenderet, introitum eius paruo reclito spacio aggere in ictu obstruxissent, ipse illud quoque spaciū, onerarijs nauibus lapidum plenis cōdemersis, obturauit, omnēque ē portu exequendi facultatem nauibus hostiū interclusit. Vnde effectum est, ut minor in negocio res necessarias, aquāque (nam aquationem ex continentī Achillas

Achillas intercisis aque ductibus ei ademerat) petere posset. Dum hec geruntur, Ganymedes quidam Eunuchus Arsinoem negligentius custoditam furtim ad Aegyptios traduxit: eaque illi regina constituta, iam eo maiori studio bello incubuerunt, quod ducem ex Ptolemæorum prospera nacti essent. Ea propter Cæsar Photinū, ueritus ne is Ptolemæum quoque furtim auferret, interfecit, ac palam deinceps regem diligentis custodia asseruauit. Quo facto magis etiam animis Aegyptiorum exasperatis, cum eorum subinde numerus augeretur, Romani uero milites ex Syria nondum aduenissent, Cæsar ad amicitiam hostes perducendi consilium cepit: Ptolemæumque in eo loco, unde ab illis exaudiri posset, constituto, Aegyptijs dicere iussit, neque se quicquam aduersi pati, neque bello opus esse: proinde pacem componerent, se curaturum ut conditiones conuenirent. Quæ si ipse sua sponte ita prouinciasset, utique ut bellum pace mutaretur, effecisset: nunc suspicati ad hoc eum à Cæsare subornatum esse, nihil à proposito deflexere. Progressu temporis dissidiū ijs qui cum Arsinoe erant, incidit: interimendique Achille, quasi uero rem naualem is prodidisset, autor ei Ganymedes fuit. Quo facto, ipse dux militum constitutus, naues omnes quotquot in flumine ac palude erant, in unum locum conduxit; aliisque præterea ædificatis, uniuersas per fossas ad mare deduxit: Romanosque inopinatò adortus, onerarias eorum naues partim cōbusit, partim remulco alligatas abduxit: apertq; portus introitu, ibi nauib. suis in statione locatis, multum Romanis negotijs exhibuit. Cæsar, ubi eos animaduertit aliquando negligentiores, quod mari potirentur, subito in portum aduectus, compluribus nauigij exustis, in Pharum naues suas eicit, incolisque eius loci occidit. id uidentes Aegyptij, qui in continentis uersa

Ganymedis  
Eunuchi  
acta.

Prælium ad  
Pharum, &  
periculum  
Cæsaris vq;  
enauerit.

uersabantur, per pontes auxilio Pharijs uenerunt; uicis-  
simque multis Romanorum cæsis, reliquos in naues  
compulerunt. Hi cum confertim in eas urgentibus hosti-  
bus præcipitarent, euenit ut multi in mare exciderent,  
inter quos Cæsar ipse fuit. isque in summo uitæ discrimi-  
ne cōstitutus, cum ex ueste grauaretur, et ab Aegyptijs  
imperatorem esse ex purpura colligentibus iaculis pete-  
ratur, proiecta ueste ad scapham enatauit, atque ita præ-  
sens periculum effugit, ne madefactis quidem inter natu-  
dum, quos sinistra manu tenuerat, libellis. at paludamento  
potiti Aegyptij, trophæo id quod de fugatis tum hostibus  
statuerent, appenderunt. tanquam ipsum ducem cœpisse  
sent. idem, quia euocati ex Syria milites Cæsaris iam ap-  
propinquabant, omnia littora ad quæ appellere naues  
possent, custodierunt, multamque ijs copijs detrimenti  
attulcrunt. Atque his quidem, qui ipsi Africæ naues ad-  
uertebant, aliquam Cæsar opem tulit: sed apud ostia Nili  
multos Aegyptij ignibus editis, perinde ac si Romani ea  
loca obtinrent, deceptos comprehendenterunt, ita ut reliqui

Tiberij clau-  
di, Neronis  
victoria. eò naues obuertere non auderent, donec Tiberius Clau-  
dius Nero in ipsum fluuium subiectus, hostibus prælio  
uictis, ut sui tutò terre ad nauigare possent, effecit. Eo-

Mithridates Pergame-  
nus Pelusiu-  
capit Dios-  
coridem  
vincit. dem tempore Mithridates Pergamenus conatus per exi-  
tus Nili Pelusium peruenire, cum nauigis introitum Aegyptij obstruxissent, noctu ad fessam aduectus est: in  
eamque nauibus transportatis (neque enim pertinet in  
mare) in Nilum nauib. successit: deinde eos qui ostia Nili  
custodiebant, subito è mari fluuioque adortus, ostia ipsa  
liberavit: Pelusii mque classe terrestribi: sive copijs ag-  
gressus, in potestatem suam redigit. inde ad Alexan-  
driam procedens, cum Diocoridem quendam obuiam sim-  
bi ire audisset, cum positis insidijs interfecit. Ne hæc quis-  
dem

dem damna Aegyptios, ut à bello desisteret, permouere: quia tamen eunuchi, mulieris que in perium moleste firebant, arbitrabaturq; si Ptolemæum sibi ducem cepissent, Romanis se superiores fieri posse, cum eum nulla ratione possent eripere (attentissimè enim custodiebatur) fractos se calamitatibus, pacemque concupiscere simulauerunt: nuseruntque ad Cæsarē, qui ex de pace agerent, & Ptolemæum peterent, ut cum eo de conditionibus componendæ pacis consilia inire possent. Cæsarre uera eos sententiam mutasse, (quippe audierat homines esse timidos, leuique momento mutabiles) acceptis cladibus consternatos censem: ac si uel dolo agerent, tamen assentiendum sibi esse, ne pacem impedire uideretur, ducebat: itaque postulatis approbatis, Ptolemæum ipsis misit. Nam nihil in eo presidij cum obstatem, tum ob sinistram institucionem collocandum uidebat: ita uero fore, ut aut quibus sibi probaretur conditionib. pacem cum Aegyptijs faceret, aut eos de bellandi subigendi iustiorem utique causam, regnique Cleopatræ tradendi probabiliorem rationem haberet. Neque uero ne ab ipsis uinceretur ipse, uerebatur, præsertim iam auctus exercitu. Aegyptijs allato sibi puero, nulla iam pacis habita ratione, statim in Mithridatem se conuerterunt, quasi magnam quandam propter nomen ac genus Ptolemai uictoram reportaturi: eoque rege apud paludem inter fluuium ac lacus accepto, deinde tumultuati sunt. Quos Cæsar, metuens ne exercitus suus diuidetur, tu insecurus non es: noctu autem nauibus solutis, tanquam ad exitum Nili properaret, accensisque per omnes naues facibus, quo magis eò contendere uideretur, initio nauibus prouelius, post luminibus extinctis retrò nauigauit: circunuectusque urbem ad Cherrhoneum, qui locus ad Africam pertinet, peruenit. ibi exposita

Ptolemæus  
Aegyptijs  
fraude paci  
ficationisq;  
prætextu à  
Cæsare im-  
petravit.

Cæsar Alex-  
drinum bel-  
lum viuo-  
ria prælij co-  
ficit.

tis mi

tis militibus, paludē circumi uit: summōque manē Aegyptios inopinatēs adortus, tantum eis confessim incusit terror, ut statim legatos de impetranda pace miserint. Eorum supplicationem Cæsar non admisit, sed acri deinde prælio superauit, edita maxima hostium cæde. à qua nonnulli magna celeritate per fluuium fugam faciētes, peric-

**Ptolemci o-** runt: inter quos ipse etiam Ptolemaeus obiit. Ita Cæsar bius.

Aegyptum subegit, neq; tamen eam Romanorum dominio subiecit, sed Cleopatræ concessit, cuius gratia totum bellum gesserat. Metuens tamen ne Aegyptij mulieris imperio addicli, denuò tumultuarentur, néc Romanorum in se animos cùm huius rei, tum suæ cum Cleopatra consuetudinis causa commoueret, coningem eam fratri superstitus esse iussit, regnumque utriusque commune fecit. Id quidem in speciem agebat, re ipsa totum Cleopatra regnum deferebatur: quippe eius maritus puer ætate erat, ipsa autem apud Cæsarem gratia nihil non poterat.

**Ptolemæo** juniori, & Cleopatræ regnū Aegypti concessum.  
Itaque sub prætextu coniugij quo fratri iungebatur, regnique cum eo ex æquo obtinendi, ipsa solarerum potiebatur, ac Cæsaris cōsuetudine utebatur: eumque uel diuisius in Aegypto detinuisse, uel Romanam proficisci em comitata fuisset, nisi Pharnaces & Aegyptio Cæsarem inuitum detraxisset, & in Italiam properare uetusset. Is

**Bellum Cæsaris contra Pharnacē.** Pharnaces Mithridatis filius, rex Bospori Cimmerij erat, uti suprà ostensum est: cæterum cupiditate regni paterni recuperandi impulsus, quo tempore Pompeius & Cæsar armis contendebant, rebellionem fecerat, Romanisque primū ciuili bello, deinde Aegyptio occupatis, Colchidem nullo certamine, itēmque omnem Armeniam Deiotaro absente, adhæc urbs aliquot Cappadociae, Pontique, que Bithynie iurisdictioni subiacebant, in suam potestatem redegerat. Hæc eo agēte, Cæsar, rebus in Aegypto

pto nondum compositis, cum per alios cum se debellare posse speraret, Cn. Domitium Caluinum ad id bellum misit, iussum ut Asiam, quique ibi erant exercitus, ad se recipere. Caluinus Deiotaro, ac Ariobarzane sibi adiuncto, rectâ aduersum Pharnacem, qui tū Nicopoli iam ante occupata à se degebat, profectus est. cùmque Pharnaces aduentu eius territus inducias peteret, ut per legatos res componeretur, Caluinus hoste contempto, negatis inducijs conflixit prælio, superatusque est: quodque sati virium non haberet, appetente iam hycme, in Asiam redijt. Pharnaces iam animo elatus, reliquas Ponti partes recepit: Amisumq; urbem, cum diu restitisset, ui ex pugnatam diripuit, omnibus puberibus intersectis: ac in Bithyniam Asiamque cum spe eiusdem successus, quo pater eius usus fuerat, contendit: uerū auditio Asanorum, cui tutelam Bospori crediderat, nouas res molitur, substitut. Is enim, simul atque annunciatum ei fuit, Pharnacem longè iam progressum, eumque censeret si uel maximè in præsentiarum Romanos latèret, tamen in posterum id hāud impunè laturum, bone gratie à Romanis ineundæ causa, spēque Bosporani regni ab eis accipendi, cōtra dominum suum insurrexit. Cuius rei allato nuncio Pharnaces in eum ire instituit, quanquam id frustrà fuit. Cæsar enim aduentu in Armenium cognito, conuerso itinere ei ad Zelam occurrit. Etenim Cæsar Ptolemeo mortuo, superatōque Domitio, neque honestam sibi, neq; ex usu futuram moram in Aegypto iudicans, magnis inde itineribus in Armeniam peruenit. Barbarus perterritus, magisque ab impetu quam exercitu eius sibi timens, multos ad eum antequām proprius accederet, legatos de pace misit, si quicunque tandem ratione præsens discrimen evitare posset: idq; in primis ostendebat se Pōprium

Cn. Domitius Caluinus contra Pharnacem missus, ab eo vincitur.

Amisus.

Afander cōtra Pharnacem insurgit.

Zela.  
Victoria  
Cæsaris de Pharnace  
ad Zelam.

t

nullo auxilio iuuisse, sperabatque se Cæsarem in Italiam Africamque properantem ad pacificationem adductum, à cuius discessu bellum renouare facile posset. Sed Cæsar id ipsum suspicatus, comiter acceptis primis ac secundis eius legatis, ut spe pacis quam maximè incautum inuadere posset, tertius legatis cum alia crimina obicit, tum desertum ab eo Pompeium benefactorem: ipse omni mora præcisa, eadem die qua ad hostem peruenierat ex itinere ad dimicationem descendit; aliquandiisque ab equitu, curribusque falcati hostium conturbatus, tandem legionarijs nūlitibus uictoriam obtinuit. Pharnace ad mare configientem, atque inde in Bosporum uiuere consuetum Asander repulit, atque intererunt. Ea uictoria, quamvis non splendidissima, Cæsar magnopere se iactauit, ut nulla alia magis, quod ea die et peruenisset ad hostem, et uidisset cum et uicisset. Manubias omnes, quamvis plurime erant, militibus donauit; cumque trophæu eo in loco Mithridates de Triario statuisset, quia id consecratum Belli Dei euertere fas non erat, ipse de Pharnace suu opposuit, atque ita Mithridaticu obscurauit, quodammodo deiecit. Postea receptis omnibus, quæ uel Romanis, uel eorum sociis Pharnaces ademerat, singula his qui amiserant recte tuit, parte quadam Armenie, quam Ariobarzani dono dedit, excepta. Amiscentrum calamitatem libertate ei data compensauit; Mithridati Pergameno tetrarchiam Galatiae cum regio nomine tribuit, cique bellum contra Asandrum mandauit, quo et eius in amicum perfidia plectetur, et Mithridates Bospori dominus fieret. His actis, reliquis rebus constituendis Domitio praefecto, in Bithyniam uenit: hinc in Græciam, Italiāque deinde nautagauit, magna ui pecuniae undique quibuscumque titulis confecta, ueluti ante ab ipso quoque factu fuerat. Partim enim

**Cæsar magnam undique uim per euniz corradit, eiusque facti execusatio.**

enim eam pecuniam, quæ Pompeio prius promissa fuerat, exigebat, partim alijs obtentis causis alias imperabat. Tyri omnia Herculis donaria sustulit, quod cōiugem & filium Pompeij in fuga recipiſſent. multas quoque à principibus regibūs, que aureas coronas accepit, partarum victoriarum ergo. Quæ omnia non improbitate quadam Cæſar fecit, sed quia ingentes ſumptus faciebat, longeque maiores in exercitus triumphūmq; ceterasque res quibus ſuam magnificientiam ostentaret, collaturius erat: itaque ſummatim dicam, ideò pecunijs conficiendis intentus erat, quod duas res eſſe prædicaret, quibus & quæ reretur, & conſeruaretur. & augeretur potentia, milites nimurum, ac pecuniam. nam & ſuppeditationērum necessariarum exercitus contineri, & eam armis parari, atque alterutro deficiente, reliquum ſimil concidere: hac de re ita & ſentire & loqui subiude ſolebat. Proinde Africa omissa, quamuis ea ad bellum contra ipsum erat excitata, in Italiam Cæſar properauit, quod res ad urbem ſeditionibus agitatās accepiffet, timebatque ne & ad extrema mala ſtatū ciuitatis adduccrent. Sed ne Rome quidem ſeuierius in quenquam quicquam statuit, tantum ibi quoquo magna coacta pecunia, quam partim ſub ratione muneris (quod genus erant coronæ, imagines, reliquaq; eiusmodi que offerebantur) partim etiam mutuo, idque non à priuatis tantum, ſed ab iſpis adeò urbibus, accipiebat. Mutui enim nomen ei pecunia cuius exigende probabilis alia ratio nulla extubat, pretecebat: quanquam alioquin uiccas quoque non fecis atq; debit as ſibi poſcebat, neque redditurus uniuersum erat. Di cere autem ſolebat, ſuas ſe facultates recipublice impendiſſe, idcōque nunc nomina ſicere opus habere: unde cum plebs nouas tabulas poſtularet, renuit, ſe quoque

Cæſaris di-  
aum, de pe-  
cunia & mi-  
litibus, qui-  
bus poten-  
tia & queri-  
tur, & reti-  
nuntur.

Cæſar Ro-  
mam uenit  
utque tu-  
multus ſe-  
dauerit, &  
pecuniam  
exegerit, &  
magistra-  
tus, ac hono-  
res diuili ſu-  
is.

Aes aliena  
Cæſaris.

obseratum esse dicens. Palam uero potentia sua alienas res sibi uendicabat, ut non modò reliquos, sed suos etiam socios offenderet. Ea enim bona, quae publicauerat ipse, per multa ab ipsis nimio etiam precio empta erant, sperantibus precium sibi persoluendum non fore: quod tamen omne pendere coacti ab eo sunt. Quorum indignationem et si Cæsar nihil faciebat, tamen ipsos quoque certaratione singulos demeruit, dum in gratiam multitudinis, usurram que ab eo tempore quo in Pompeium expeditionem fecerat, debebatur, omnem remisit: nec non ex mercedens conductarum habitationum, cuius summa duo nullia nummum attingeret, condonauit: ad hæc estimationes possessionum secundum quas iuxta leges debitoribus creditores satijsacere iubebantur, ad instantis temporis rationem accommodauit: ac propter multitudinem eorum que publicata erant, magnam omnium uilitatem parauit. Hoc modo multitudine sibi conciliata, socios quoq; suos, adiutorésque, qui Senatorij ordinis erant, sacrificijs et magistribus partim in reliquam anni partem, partim in frequentem annum collatis sibi deuinxit. Ut enim pluribus gratiam posset referre, decem Prætores ad insequentem annum designauit: et numerum eorum qui rebus sacris præsenterent, supra prescriptum à legibus auxit. Nam et Pontificum et Augurum et Quindecim uirorum collegium uno addito in singula collegia ampliavit: quamuis ipse, ut decretum erat omnia sacerdotia habere statuerat. Equites autem sui exercitus, Centurionésque, et qui his qui minores magistratus obibant, cum alijs praemii affecit, tum nonnullos eorum in Senatum in locum defunctorum subrogauit. Ceterum milites non mediocriter cum perturbauerunt. Hi enim sperauerant plurimi se adepturos, ac tametsi meritissuis nequaquam inferiora premia

præmia acceperant; tamen quod expectationis sue ea non  
 satisfaccerent, tumultus concitauere. Erat eorum maior  
 pars in Campania, quos in Africam præmissurus Cæsar  
 fuerat. ab his Sallustius ( qui ut Senatoriam dignitatem  
 recuperaret, tum Prætor factus erat ) propemodum occi-  
 sus, cum Romani ad Cæsarem contenderet, ut cum hac de-  
 re certiorem faceret, insecuri eum complures militum, à  
 nemine manus cohibentes, obuios quoque, atque inter  
 hos duos Senatores occiderunt. Cæsar simul atque id co-  
 gnouit, immittere eis suas Prætorias cohortes statuit: mox  
 ueritas ne hi quoque in seditionis societatem concede-  
 rent, conquieuit tantisper, dum milites in suburbana adue-  
 nirent. Ibi cum essent, misit ad eos qui percontarentur,  
 quid nam peterent, aut cuius rei gratia adessent. Cum  
 ipsi Cæsari se id exponere uelle respondissent, ut sine ar-  
 mis, solisque gladiis gestantes ( eos enim alias in urbe  
 gestare consueuerant, neque tunc eos deponere sustinui-  
 sent ) in urbem uenirent, Cæsar eis liberum fecit. Cum mi-  
 lites Romæ apud Cæsarem multis uerbis commemora-  
 rent, quot labores pertulissent, que pericula subiijssent,  
 que præmia cum sperassent, tum meruissent, proinde in  
 posterum missionem sibi militiae fieri peterent, eamque  
 uehementius urgerent, ( non quod cupiditate uitæ in pa-  
 ce agenda id facerent, homines iamdiu belli lucris assue-  
 ti, sed quod Cæsarem ita se perterrituros existimabant,  
 bello Africano subito occupatum ) Cæsar hactantum uer-  
 ba locutus: Enim uero, ô Quirites, rectè dicitis: n: m ex  
 laboribus ex uulnibus exhausti estis, nullo alio respon-  
 so dato, confessim omnibus sacramentum militare remisit,  
 quasi ad nullam ijs rem indigeret, pollicitus se eis qui le-  
 gitimum tempus meruissent, ex stipendia ex præmia  
 per soluturum. Quibus eis dictis illi in magnum terorem

peruerterunt, cùm ob reliquā ciuius sententiam, tum co maxime, quod Quirites eos, non milites appellasset. Itaque animis collapsi, ueritique ne quid grauius de se consulere tur, mutato proposito, multis supplices precibus, multisq; promissionibus contederunt, ut se ex lubentissimo animo eius signa secuturos, bellumque hoc solos confituros res ciperet. Hæc illis agentibus, intercedenteque etiam Tribuno quodam militū p̄cib. pro eis: ( incertum corūmne mandato, an demerendi Cæsaris causa id sua sponte fecerit ) Missos, inquit Cæsar, facio ex vos qui adestis corām, ex reliquos omnes, quorum militiae tempus exactum iam est. neque enim uobis mihi quicquam opus est. Ceterūm præmia nihilominus uobis persoluam, ne quis uestrūm disixerit, me uobis usum in periculis, ingratum deir: de me prestitisse: quantumuis ad reliquias quoque belli conficiendas neque corporis uiribus, neque alia ulla re destituti, militiam meam recusaueritis. Hæc astutè simulata Cæsar ( etenim magnoperè ijs indigebat ) locutus, universis agros partim publicos, partim suos assignauit, alijs alio collocauit, longissimeque à se inuicem distractis, ne si unum locum occupassent, uel finitimiis terrori, uel ad nos denuò res conandas parati esse possent: debitas uero pecunias quas ferè ad singula egregia facta daturum se pronulerat, se partim iam nunc numeraturum, partim paulo post cum fœnore persoluturum recepit. Postquam his uerbis animos eorum ita obnoxios fecit, ut nos modò non fremerent iam, sed gratias ipsi insuper haberent. Accepistis, inquit, iam à me omnia neque ego quenquam uestrūm ad militiam posthac compellam. Si quibus tamē me in his quæ restant, absoluendis adiuuare uolentibus est, eos ego lubens recepero. Ea uoce audita, summa omnes uoluptate sunt affecti, neque fuit quisquam, qui non daret nomina

nōmen. Cæsar selectis ijs qui miscendis intra alios seditionibus apti erant, non quidem omnibus, sed ijs qui ex agricultura uitam mediocriter sustinere ualebant, reliquis militibus usus est: ad cunctaque modum reliquorū etiam militum delectum fecit. Ferociores enim & malis facinori bus edēdis idoneos, ex Italiā secū, ne quid ibi tumultum concitare possent, abduxit, eosque in Africa alios alijs occasionibus haud iniquo animo passus est perire. nam & hostibus per eos cladem inferebat, & malis ipse hominibus leuabatur: utque erat mansuetissimo animo, militibusque præ ceteris mortalium gratificandi studiosus, ita seditiosos tamen ex his maxime odierat, severissimisque poenis coercerat. Hęc à Cæsare eo anno gesta sunt quo re ipsa Dictaturam iterum gesit cū Consulū nomē Calenus & Vatinius extremo anno constituti ferrent. Idem Cæsar media hyenie in Africam transmisit, quo ipso effectum est, ut hostibus infererat superueniens, sepius rem præclarę gesserit. Nam in omnibus negotijs celeritate atque improvisis expeditionibus consecutus est: neque illa alia causa fuit, cur omnes et tempestate ducas tantum rei bellicae glorie præcelleret. Ceterum Africa ne prioribus quidem temporibus Cæsar amica usus, secundum Curionis interitum, planè eam hostilem habuit: quippe & Varus, Iubaque rerum ibi potiebantur: & Cato, Scipioque cum ijs qui ipsos sequabantur, eodem ( quemadmodum supra dictum est ) confugerant: communicatoque inter se bello, non continentem modò terram ad id accommodauerant, sed Siciliam quoque, Sardiniamque classe infestabant, naues atducebant, ita & arma, & ferrum ( quo maxime indigebant ) inde parabant. Deniq; cū neque exercitus illis oppositus ullus esset, & Cæsar in Aegypto Romæ que moras traheret, tantum apparatum

Anno V.C.  
707.Cæsar in Af-  
ricam tra-  
nixit.Bellum A-  
fricum.

contraxerant, eoq; consilijs progreſſi erant, ut cū Hispaniam ſeditionibus agitari audiuiſſent, cō Cn. Pompeium probē inſtructū amandārint. Fore enim iudicabant, ut is Pompeius propter patrem ſuum, niſi rū Magnum Pompeiū ab His in Hispaniā ſpanis prompte acciperetur, rebusq; breui temporis ſpar- missus.

cio ibi compositis, inde Romam petere, ipſi uero una in Italiam claſſe adueherentur. Iniecerat eorum consilijs mo- ram ab initio Vari cum Scipione de imperio diſceptatio- cum uarus propterea quod diutius ijs regionibus preſuſi- ſet, iubæ inſuper uictoria elatus, ſumma ſibi rerum uen- dicaret. Sed Catonis ac Scipionis eadem erat ſententia:

Scipio dux belli Afſici. quorū hic dignitate, ille ſapientia reliquias longè ante- Catonismo deratio, ani- ibant: quorum autoritatem reliqui etiam ſecuti, Scipioni imperium detulerunt. Cato enim cum poſſet aut equata cum Scipione potestate, aut etiam ſolus rem administrare

utruque recuſauit: quia & illud ſummo in bellis incom- modo cedere existimabat, & ad hoc id plurimum in re militari ualere nouerat, ut dux reliquias legum quoque autoritate praſtaret: ipſe uero in Republica ad tantam, quantam Scipio, dignitatem nunquam peruerterat. Igi- tur Cato ſponte ſua de ſumma rerum Scipioni ceſſit, & ei exercitum quem ſecum adduxerat, attribuit. deinde

Vtice custo- diam Cato- cuperet, parūmque abeſſet, quin reliqui eam ob id euerte ſuscipit. Scipionū in Africa no- rent, Cato urbem precibus ſuis ab interitu liberauit, eiūſ- que, ac præterea omnis circum regionis, marisque custo- men.

diam, ſibi iniunctam fuſcepit. Reliquorū dux fuit Scipio, iſumq; Scipionis nomen animos eorum qui in eadē erant cauſa, magnopere confirmabat, abſurda quoddam perſua- ſione nullum Scipionem in Africa infeliciter rem gerere poſſe opinantium. Eo animaduerto Cesar, cum ſuos etiam milites id pro certo habere, ob idque ſibi metuere intellig

intelligeret, quendam ex Scipionum genere ortum, idq;  
nōmen ferentem (cognomentum merò Salattonis habe-  
bat) secum accepit, atque ita ignorantibus hostibus (ne  
que enim eius aduentum hyeme expectabant) ad Adru-  
metum mari transmisso peruenit, cum Uticam (que  
firmo præsidio asseruabatur) appellere naues non lice-  
ret. E naui egredienti Cæsari, huiusmodi casus obtigit,  
ut quamuis aduersam fortunam dij portenderent, tamen  
ipse id omem lœtum reddiderit. Cum enim simul atq; pe-  
dibus terram attigit, corruisset, eumque in faciem pro-  
lapsum uidentes milites mœrore ac solitudine caper-  
tur, ipse nihil hæsitans, manu extensa terrā, quasi dedita  
opera ad eā cōcidisset, attractauit, exosculatusque est, in=  
clamās; Teneo te Africa. Inde Adrumetū oppugna-

Scipio sa-  
lato.

tione tentauit, repulsusq;, et castris exutus per

Ruspina.

uim hostium, ad oppidū aliud, Ruspina di-

ctum, se contulit. Hic intromissus,

hyberna parauit, ex eaque

urbe ad bellum dein-

de exiuit.

¶ 5



# DIONIS ROMANAЕ

HISTORIAE LIBER Q V A,  
dragesimustertius, Gulielmo Xy-  
landro Augustano in-  
terprete.

## HOC LIBRO HAEC TRACTANTVR:

Quomodo Cæsar Scipionem & ubi: m vicerit.

Vt Numidiam Romanis occupauerint.

Quemadmodum Cato mortem sibi consoluerit.

De Cæsaris reditu ad urbem, triumphusque : & quomodo reli-  
quas res composuerit.

De dedicatione fori Cæsaris, ac templi Veneris.

Vt Cæsar annū ad hunc modū, quo nunc ursum, constituerit.

De victoria Cæsaris in Hispania aduersus Ca. Pompeium  
Magni F.

Quomodo primum Consules non ad integrum annum creati  
sint.

De coloniis Carthaginem, Corinthumque deduqis.

Quemadmodum Aediles Cereales instituti sint.

Hæc gesta sunt triennio, quo magistratus hi fuerunt.

An. V.C. 708. Iulius C.F. Cæsar, Dictator, Aemilio Lepido magistro equitum.  
Idemque Consul IIII. cum eodem.

709. C.Iulius Cæsar dictator IIII. Aemilio Lepido magistro equi-  
tum, & Consul IIII. solus.

710. Iulius Cæsar Dictator V. Aemilio Lepido magistro equitum/  
& Consul V. cum Antonio.



Lepidi tri-  
plus, & Ma-  
gisterium  
equitum, ac  
Cōsulatus.

V AE priori anno Cæsar gesserit, ex-  
posuimus. Sequenti anno Dictaturam  
Consulatumque, tertio utrumque magis-  
tratum, collegaque Lepido gesit. Ut  
enim primum ab eo Dictator proditus  
fuit, statim eum ex Prætura in Hispaniam citeriorem mis-  
sit; reuersoque triumphum, cum neque uicisset quenquam  
*neque*

neque omnino signis collatis dimicasset, concessit, ea præscriptione usus, quod is Longini & Marcelli actionibus interfuerat. Ceterum in Triumpho suo nihil intulit, præter eas pecunias quibus socios despoliauerat. His rebus Lepido cum gratiam rectulisset, collegam eundem sibi utriusque magistratus adscivit. Qui cum iam iniuissent magistratum, hec prodigia Romanos pere*prodigia* turbauerunt: Lupus in urbe uisus, sus factum elephanti*Cesar clas*, *dem à co-*  
*treio & La-*  
*bieno ac-*  
*cipit.*  
*etiam*  
*in*  
*magno*  
*metu*  
*deuenit,*  
*qui cogitans,*  
*quia à paucis im-*  
*commodum accepisset,*  
*cum annunciatum esset,*  
*Scipio-*  
*nem etiam ac Iubam cum omnibus copijs appropinqua-*  
*re, in magna consilij inopia hærebat, nec quid ageret, pē-*  
*si quicquam habebat. Videbat enim se neque diutius bila-*  
*lum id trahere posse, omnēmque eius moram, ut ab hos*  
*stibus etiam non inuaderetur, tamen ob penuriam ui-*  
*elus difficilem fore: porrò autem discedere se nullo mo-*  
*do posse, hostibus terra marique sibi imminentibus. In*  
*hac anxitate constituto Cæsari P. quidam Sittius ( si mo-*  
*dò ei id, non Fortune potius adscribendum est) & salu-*  
*tem ex uictoriā attulit. Is Italia pulsus, exilibus quibus-*  
*dam sibi adiūctis cum in Mauritania traicisset, manu mi-*  
*litum à Boccho rege impetrata, Cæsarem in hoc bello*  
*confie*

P. Sittius.  
 Numidian  
 inusdit. Lu-  
 bāque de-  
 sum auer-  
 ut.

conficiendo adiuuare statuit , cum neque beneficio eius ,  
 antē affectus , neque ei notus fuisset . Quia uero Cæsarem  
 longè abesse à se audiuerat , neque magnopere suis co-  
 pijs (quas non magnas habebat ) iuuari posse exstimatbat ,  
 obseruato tempore , quo Iuba regno suo exercitum  
 eduxisset , in Numidiam irrupit , cāmque ex Gætuliam ,  
 quæ pars regni Iubæ est , uastauit : qua re Iuba , ut insti-  
 tuto suo omisso , medio ex itinere cum maiori parte exer-  
 citus reuerteretur , motus est . Nam partem suarum copia-  
 rum Iuba Scipioni aliquando miserat , ut satis uel hinc  
 constaret , si se ei coniunxisset , Cæsarem eos sustinere ne-  
 quaquam potuisse . Quanquam ne solum Scipionē quidem  
 Cæsar aggredi ausus fuit , in primis metu elephantorū ,  
 quos non tam pugnæ causa , quam quod ab ijs equitatus  
 Iuus conturbabatur , summopere timebat . Itaque milites ,  
 quantum eius fieri poterat , castris cōtinens , ex Italia mi-  
 litæ elephantosque euocabat , non quod his magnopere in  
 prælio fideret ( erant enim non magnus eorum numerus )  
 sed ut equi sui eorum uisui atque uoci assuefacti , hostium  
 quoque elephantos timere desinerent . Interea ex Gæ-  
 tuli ad Cæsaris amicitiam accesserunt , et nonnulli alij fi-  
 nitimi populi , partim propter Gætulos , quos magnis ho-  
 norib . ab eo affectos audierant , partim Marij memoria  
 adducti , cui Cæsar genere propinquus erat . Iam et ex  
 Italia euocati , quamuis tardè , multaque pericula à tem-  
 pestatibus ac hostibus passi , aduenerant . Itaque Cæsar  
 non amplius cessandum ratus , in Scipionem exercitum du-  
 xit , ut eum ante aduentum Iubæ prælio oppimeret . Vbi  
 ad Vxita oppidum peruenit , in colle , qui oppido , hostium  
 que castris imminebat , de cœlo eius præsidio castra po-  
 suit , Scipionemque oppugnandi sui causa uenientem ab  
 alto repulit , immisisque equitibus damnum ei intulit .

Eum

Vxita.

Eum collcm Cæsar postquam communiuit, alium quoque ex altera oppidi parte, pulso inde Labieno, occupauit: atque ita totam urbem munitionibus clausit. Etenim Scipio in prælium aduersus Cæsarem non educebat, ueritus ne ante Iuba aduentum cladem acciperet: qui euocatus cum tamen non pareret, omnem Africam, quæ Romanis subdita esset, se ei dono daturum Scipio pollicitus est. Ea pollicitatione adductus Iuba, alios Sittio opposuit, ipse rectè aduersus Casarem contendit. Interim Cæsar ut ad pugnam Scipionem eliceret, nihil intentatum reliquerat: quod cum non succederet, amicos sermones inter milites eius uulgauit, literasque sparsit, quibus promittebat Afro, qui ad se transiuisset, omnem rem familiarem integrum se conseruaturum, seq; ipsos libertati confirmatus: Romanis autem impunitatem, præmidq; , et alia quæ suis debebat, stipulabatur: eaq; ratione multos ad se persitrahebat. Idem Scipio etiam conatus efficere, et si non decrant qui res eius Cæsaris rebus pretulissent (siquidem similia promissa eius fuissent) tamen quia præmium nullum pollicebatur, libertatem tantum s. p. Q. Romani ut defendarent eos hortabatur, dum honestiora quam presenti negocio commodiora proponit, neminem Cæsarianorum sibi adiecit. Hæc Scipio tantisper dum Iuba ueniret, agebat: eius aduentu institutum mutauit. Nam tum coniunctis viribus Cæsarem ad pugnam prouocabant, destrictantemque dimicationem lœdebât, equitatuq; suo palantes ab eius exercitu intercipiebant. Cæsar neque in aciem exire decreuerat, et munitiones omittens, comatus si rapere posset, satis habebat, aliumque exercitum ex Italia euocabat. Qui cum ægrè tandem aduenisset, quippe non cōfertim, sed paulatim cōscriptus erat, neq; satis nauium erat, ut simul omnes traicerent) recepto

pto eo animum cōfirmauit, extrāque uallum copijs edūcis acīc instruxit. Hostes eo perspectio, ipsi quoq; in acie suos locatunt, neque tamen signa contulerunt, idque alio quot diebus facilitatum est, ita ut post leue equitum p̄xiliū, utriusque nulla re magna tentata in castra reducerēt. C̄esar ubi intellexit, nō posse se eō hostem adigere, ut rea litis locis munitis manus consereret, ad Thapsum se convertit, ut uel cum hoste, urbi ei auxilio ueniente, facultatem configendi adipisceretur, uel eam destitutam cape ret. Thapsus sita est in eo loco, qui ab altera palude alluitur, peninsule q; simulis est. Ceterū inter mare ac paludem arctus admodum isthmus ad urbem pertinet, in cōque lacus est, ita ut ex utraque eius lacus parte propter ipsum littus angustus omnino transitus patcat. Ad eam urbem C̄esar intra angustias progressus, fissam ac munitiones circunduxit, non obstantibus Thapsitanis: neque enim ad dimicationē satis erat eis roboris. Scipio autem, ac iuba conati sunt fauces eius isthmi, qua is in continentem terram desinit, contrā uallo fossaque clausas communire. In eo opere cum uersarentur, ac singulis diebus magnum eius partem absoluarent, quōque celerius munitiones perficerent, iis in locis qui nondum obstructi erāt, quāque hostibus aditus patebat, elephantos constituerēt, reliqui omnes labori intenti essent, C̄esar subito eos qui sub Scipione erant, adortus est: cum ceminus fundis ac sagittis elephantos conturbasset, eos cedentes insecurus, ex improviso operatibus superuenit, inq; fugā eos dedit, et cum fugientibus in castra incidit, eaque confitim cepit.

**Thapsus & Pe-  
rei interi-  
or.** Quare consēcta iuba in tantum terrorē metuque peruenit, ut neque congredi p̄xlio, neque custodire castra curaret: Itaque fuga domum properatō cum peruenisset, et à nemine suorum reciperectar, idque eo magis, quod

quòd Sittius iam sibi obiectos prælio uicerat, desperata sa-  
lute, cum Petreio, qui ipse quoque uenire nullam spem ha-  
bebat, singulari certamine congressus, cùmque ex uita fun-  
ctus est. Cæsar exemplò munitionibus Iuba fugiente pos-  
titus, maximā omnium in quos incidisset cædem fecit, ne  
his quidem, qui se decebant, parcens: deinde receptis  
nō mune resistente ceteris urbibus, Numidas quoque in  
suam potestatem accepit, iisque Sallustium, uerbo quidem  
regendæ, re autem ipsa diripicndæ regionis causa pre-  
fecit. Enim uero Sallustius, et pecunia captæ, et compi-  
latæ Prouincie accusatus, sumam infamiam reporta-  
uit, quòd cum eiusmodi libros composuisset, in quibus  
multis, acerbisque uerbis eos qui ex prouincijs questum  
facerent, notasset, nequaquam suis scriptis in agendo  
stetisset: Itaque et si à Cæsare absolutus fuit, tamen suis  
ipsius uerbis proprium crimen abudè quasi in tabula pro-  
positum diuulgauit. His ita peractis, ea pars Libyæ, que  
circa Carthaginem sita, à Romanis Africa dicebatur, uer-  
tus prouincia dicta est, quòd iam olim subiecta esset: Nu-  
midæ autem, quia recens debellata fuit, nouæ prouincie no-  
men inditum est. Scipio ex pugna profugus, nauim nactus,  
ea consensa in Hispaniam ad Pompeiū cursum instituit:  
sed eieclus in Mauritaniā, Sittium metuēs, nec sibi pro-  
pria manu attulit. Cato, cum multi ad ipsum cōfugissent,  
initiò rem gerere, et se à Cæsare defendere aliqua ra-  
tione intendebat: sed cum Uticenses ei non obtemperarēt,  
qui neq; antè animis à Cæsare alienis fuerāt, et iam de ui-  
ctoria insuper eius cognoverant, cùmque Senatores ea  
quitésque qui ad eam de fuga cogitarent, quòd uerebar-  
tur, ne ab Uticensibus comprehendenterentur, ipse cum rea-  
sistere Cæsari non posset, ne dedere quidem se ei statuit:  
non quòd periculum aliquod metueret, ( id enim sum-  
mo stu

Sallust.  
Numidæ  
præfatus,  
ut ea expli-  
laueat.

Africa ve-  
tus & noua.  
Scipionis  
interitus.  
Cato utriq-  
uis ut sibi  
ipsi manu  
intulerit.

mo studio agere Cæsarem satis pro certo sciebat, ut, quod clemetiae opinionem sue conservaret sibi parceret) sed quia libertatis uehementi amore tenebatur, neque cuiquam quicquam concedere uolebat, misericordiamque Cæsaris morte sibi longè grauiorem existimabat esse. Itaque ciuibus suis, qui tum Vtice aderant, conuocatis, percontatus quorsum unusquisque eorum iter instituisse, uiatico

Cato filium suum ad Cæsarem proficiendi iter iussit, eique ecquid non ipse idem hoc faceret, interroga-

ganti ita respondit: Ego quidem in libertate uitæ dicendique educatus, non possum nunc immutata uitæ ratione senex seruituti me adsuefacere: te uero qui in huiusmodi rerum statu & natus es, & educatus, eam fortunam quæ tibi obtigit, amplecti decet. His actis, rationes Vti-censibus suæ administrationis exhibuit, reliquoq; pecunia eorum, quod apud se habebat, restituto, moricendū sibi ante Cæsaris aduentum decreuit. Id quo minus interdiu conaretur, filius, alijq;, qui cum obseruabant, efficerunt: cum aduerserasset, pugione furtim sub puluinari reposito, Platonis librum de Animo (cui Phædoni titulus est) poposcit, siue eo consilio, ut presentes quam longissime à suspicione infrende sibi mortis abduceret, ac quam minime ab eis obseruaretur, siue ut eius libri lectione. nonnihil consolationis ad mortem obeundam quereret. Libro lecto, media iam nocte, pugione arrepto uulnus sibi in uterū ingessit: ex eoq; ictu exanguis factus, anima statim egisset, nisi à grabato delapsus, strepitu edito eos qui ante id conclaue dormiebant, excitasset. Tum intrò se coniuentes filius, ceterique repositis in uentre intestinis, medicināque adhibita, sublato pugione, ianuas clauserūt, ut somnum Cato caperet: neque enim ex hoc uulnera decessurum putabant. Sed Cato iniugis uulneri-

ma

manibus, diruptisque suturis, expirauit. Ita Cato inter <sup>Catona  
laus.</sup> omnes suæ etatis viros popularis status studioſissimus, animoque firmissimus, constantissimusq; etiā morte sua magnam gloriam obtinuit, Uticensisq; cognomentū tuā lit, quod ex uticæ mortem eam appetiūſſet, ex publicis eius ciuitatis sumptibus sepultus eſſet. Cæſar cūm ſe Caſtoni irasci dixiſſet, quod gloriā ſalutis ſue ſibi inuidiſſet, filium eius more ſuo, ſicut reliquos etiam complures qui ſe ei pars ſtati, pars interpoſita mora (quod eum de ira interim remiſſurum aliquid sperabant) ultrò dediērunt, incolumes diuuiſit. Afranius autem, ex Faſtus Syl- la fuga in Mauritaniā perlati (etenim Cæſaris ſe po- teſtati permittere nolebant, ſatis certi id ſibi ſuo exitio ſtaturum) ibi à Sittio compræhensi ſunt, eosque iudicia cauſa Cæſartanquam captiuos occidiit. L. autem Cæſa- rem, cognatum ſuum, ultróque ſibi ſupplicem factum, tamen quod toto bello contra ſe ſtetifſet, primum cauſam ſuam dicere iuſſit, eo conſilio, ut iudicio uictiū condēnas ſe uideretur: uerū cum ſua uoce morti addicere ueretur, iudicio ſuſpenſo, pōſt paulo per inſidias homi- nem intercemit. Si quos enim Cæſar ſecum habebat, quo- rum conſuetudine non capiebatur, eos partim ab ad- uersariis interfici haud ſgrè paſſus eſt, partim per ſue ipſorum partis homines inter praliandum occidi iuſſit. Neque enim aperte de omnibus, qui ipſum leſiſſent, uindictam exigebat: ſed ſi qui erant, quibus nullum fa- tis magnum crimen obiucere, ut poenæ de iis ſumeret, po- terat, eos latenter è medio tollebat. Nihilominus tamen <sup>Literæ ſci- pionis ſecre- ta, & Cæſar's  
crematione.</sup> ſecundum eam uictoriam omnes literas, que in ſecretis Scipionis ſcriniis continebantur, non lectas combuſſit: multis quoque corum qui contra ipſum armis tulerant, aliis ſui ipſorum cauſa, aliis in gratiam amicorum ſalu-

tē concessit. Nam ut suprà quoque diximus, unicuiq; cō<sup>2</sup>  
militonū atque sociorum suorū unum ut pœne eximeret,  
potestatem fecit. ipsum quoque Catonem quin incolumi-  
tate fucrit donaturus, non dubium nubi uidetur. In tan-  
ta enim admiratione cum habuerat, ut cum postmodum  
Cicero de Catonis laude librum composuisset, id egrē  
non tulerit: quanquam ipse etiam libri autor in bello  
contra se fuisset, sed librum tantum considerit, cui An-  
ticationem fuit. Cæsar his confessis rebus, dimissisque à  
se confitum astate confessis militibus, antequam in Italiam  
traiceret, ne denuò seditionem mouerent, rebūsq;  
in Africa quam potuit breuissimo temporis spacio con-  
stitutis, ad Sardiniam usque tota classe proiectus, inde co-

C. Didius In  
Hispaniācō  
ita Cn Pom  
perum mit-  
titur.

pius in Hispaniam a tuersus Pompeium cum C. Didio nūf-  
sis, ipse Romanum petuit, animo cū ob rerum gestarum  
splendorem, tum non nihil etiam ob Senatus consulta de-  
se facta elato. Decreverat enim Senatus, ut propter uia-  
ctoriam eius quadraginta diebus sacrificaretur, utque in  
triumpho iam antē concessō, equis albis, apparitoribus  
que cū his quos secum habebat, tam iis quos in prima,  
quōsque in secunda Dictatura habuerat, uteretur. Præ-  
terea morum cum magistrum (ita enim uocabant, quasi  
non satis digno Censoris nomine) ad tres annos, Dictato-  
rem in decennium deinceps constituerunt, utque semper  
Consulibus in sella Curuli in consilio assideret, semper  
primus omnium sententiam diceret, in omnibus equestris  
bus certaminibus præmii diuidiceret: magistratus, reliis  
quōsque honores, quos aliis populus tribuere consue-  
rat ipse conserret, currūsque ipsi aduersum Iouem spe-  
ctans in Capitlio collocaretur. Ipse quoque super ini-  
ginem orbis terrarum positus statueretur, cum ea inscri-  
ptione, Semideus est: utque delecto Catuli nomine, Cæsa-  
ris Cap

Cæsari de-  
creti hono-  
res,

ris Capitolio inscriberetur: quasi uero Cæsar id templū, de cuius perfectione Catulum ad disquisitionem uocare intenderat, perfecisset. Hæc ego sola recensui, quamuis multa alia ex decreta & approbat. fuerunt, quia hæc tam reliquias republiatis admisit. Cæsar postquam Romā aduenit, suāmque potentiam Romanis & animu altitudinem suspectam esse, eosque sibi de ipso non minorā quam olim perperū fuerant, mala polliceri, itaque non bene: cœlentia erga ipsum motos, sed adulanū causa immodicos istos honores decreuisse: consolandi eos, inque spem adducendi gratia, hæc in senatu uerba fecit: Nemo uestrum, P.C. existimare debet, me propterea quid uictoria posse titus. loquendi quæ uolo, agendique liberam, ac nulli iudicio obnoxiam potestatem habeo, uel uerbis idcirca uel actionibus grauem uobis futurum. Nec, quoniam Marius, Cinna, Syllaque, & reliqui sive omnes, qui aduersarios suos superauerunt, dum rem aggredierentur, plurima in dicendo agendōque humanitate usi (qua re p̄fertim multos sibi conciliauerē, ut uel adiutores se ipsis præberent, uel certè non repugnarēt) postea quām uictoria parta id quod concipiuerant, adepti sunt, longe à prioribus diuersum & sermone & re ipsa ostendiderunt, ideo me quoque horum similem futurum quisquam suspicetur. Neque enim aut dissimilata mea natura superioribus temporibus fidiis apud uos moribus usus sum, ut nunc licentiam adeptus, audacter meo irgenio efficerar: neque rursus rerum secundarum copia ita elatus, fastue inflatus sum, ut tyramide in uos affectem: quorum alterutrum, ut mihi uidetur si non utrumq; his quos commemorauis sis in me at. Ego uero & ea sum natura, qua me esse experti ipsi essem (quid enim refert singula recessentem, me ipso laudando uobis molestum esse?) neque

Cæsar Romā aduenit.

Cæsar ad Senatum oratio.

fortunam contumelia afficiendam mihi existimò: sed quāto ea sc̄e mihi benignorem præstítit, tanto minus ea abuti in omnibus rebus decreui. Quippe cur tantam obtinere potentiam, ad tantumque peruenire fastigium contendere, ut ex pœnas sumere de omnibus qui l'ello se mihi opposuerint, et ad sanam mentem omnes consiliorū meorum impugnatores reducere possem, nulla mihi alia causa fuit, quām ut tutò meam uirtutem mihi exercere, meaque fortuna cum gloria utiliceret. Quanquam aliis mihi iniquus sis uideatur, qui quæ aduersariis suis uitia obiecerit, corundem ipse coargui potest: neque uelim sancè quibus actionum similitudine componi merear, ius solius uictoriae gloria præstare. Iam cuius partes potius sunt, ut plurimum cæteris prospicit, quām eius qui plurimum potest? Quis contrà minorem delinquendi causam habet? Cuius uero est, prudentissimè muneribus Deorum uti, potius quām eius in quem illi summa contulerunt? Quis præsentia bonarctius administranda curabit, atque is qui plurima possidet, præq; reliquis ne ea amittat, timet? Et quomodo se enim res secunde, ubi animus continens iis moderatur, rendet.

perdurant, potentiaque mediocriter usurpata, omnia bona conservat, ac (quod potissimum est, minimèque iis obtingit, qui sine uirtute uiuunt) ex uiuentes sincero amore diligi, et defunctos ueris laudib. ornari facit. Contrà qui immodecē suam in omnibus rebus potestatē abutitur, is neque benevolentiam ueram, neque securitatem certam inuenit, quantumuis palam factio cum studio homines adulentur: ab omnibus enim is, qui in eos sumam potentiam obtinet, iisque præsertim quibus cum cognoscium est, in suspicione habetur, timeturque. Quæc ergo uos à me non ostentationis gratia, aut quod casu ad mentem meam accidissent, tractata existimare uelim, sed ita

ita intelligere, me iam inde ab initio, quoniam & conue-  
nire mihi ea, & conducere iudicabam, ita sensisse, locu-  
tumq; fuisse. Proinde non in præsentiarum tantum bono  
uos esse animo hortor, sed de futuris quoque benè speras-  
re: id cogitantes, quod si quid hactenus simulasse, iam  
nunc tamen hac ipsa die quid serio uellem omni sublat-  
mora me declaraturum fuisse. Sed neque aliter unquam  
antè sensi (quod ipsa mea acta ostendere possunt) & nūc  
multo maiori cura id agam, non profectò ut dominium  
in uos, sed ut tutelam uestrum geram, neque tyrannus,  
sed dux ut sim: ita ut in omnibus his, que uestra causa  
sunt agenda, & Consul, Dictatorque, in ledendo autem  
quopiam, (nihil enim grauius dicendum censco) priuati  
loco sim. Qui enim aliquem ex uobis morte afficiam, qui  
me nulla iniuria læsistis: cum neminem eorum qui in acie  
contra me steterunt, etiam horum qui in me oppugnans  
do alios summo studio adiuuerunt, occiderim, sed miseri-  
cordia omnes qui semel arma contra me tulissent, prose-  
cutus, nonnullis etiam qui denuò contra me dimicassent,  
salutem concesserim. Qui uero iniuriarum acceptarum  
meminerim: cum arcanas Pompeij Scipionisque literas  
neque lectas neque descriptas exemplò combusserim.  
Proinde confirmatis animis, P.C. in gratiam redcamus,  
omniumque quæ necessitas quedam diuinitùs imposita  
attulit, recordatione proiecta, agedum omni suspitione  
omissa mutuo amore nos inuicem, tanquam nouos ciues,  
complectamur, ut & uos me tanquam patris loco acci-  
pientes, metu tristiorū pulso, me & prudētiae procuratio-  
nisque uestrum fructus capiatis, egoque uos liberorum  
instar paterna cura tuear: id quidem in uotis habens, ut  
omnia semper quam rectissime à uobis agantur, si quid  
ta men securus accidat, ferendam esse necessariò humanam.

sortem sciens. Ceterion milites ne uobis timorem offe-  
 rant, neque enim aliter, quam mei uestrique imperij cu-  
 stodes eos esse, existimare debetis: quos quidem ali necessa-  
 se est propter multitudinem, alentur tamen non contra uos,  
 sed uobis uti praesidio sint, contentique his que suppedita-  
 tur, eos a quibus accipiunt, amabunt. Atque hanc ob cau-  
 sam pecunie etiam plus solito exactum est, ut ex seditioni  
 placarentur, et uictores ne ob rerum necessiarum de-  
 factum materiam seditiones mouendi haberent. Ego quia  
 dem de his pecunius nihil in meam rem uerti: quinimò os-  
 mnes meas facultates, contracto insuper magno aere a-  
 lieno, uestris rebus impendi. ipsi uero cernitis pecunie  
 exactae partem in bella sumptam, reliquum uobis ad-  
 seruat, amesse, ita ipse quidem iniuidiam imperante pecu-  
 niae in me solum recepi: eius autem fructus, sicut ex omniis  
 mea nulitate, in uos publicè redundat. semper enim uo-  
 bis armis opus est, sine quibus tantam urbem, tantumque  
 imperium tenentibus tutò uiuere non licet: ad ea autem  
 plurimum conductit pecunie abundantia. Quod reliquum  
 est: nemo suspicetur me uel diuiti ulli iniuriam faclurum,  
 uel noua uectigalia constituturum. nam ex presentibus  
 contentus ero, et maiorem curam geram rem uniuscula-  
 iusque uestrum augendi, quam contra quenquam pecu-  
 niae causa iniuste agere. Hæc Cæsar in Senatu primum,  
 deinde apud populum locutus, aliqua eos timoris parte  
 leuauit. ut uero omnino considerent, id persuadere prius  
 quam promissi representaret, non potuit. Posthæc cetera  
 ris omnibus rebus magnifice, sicut par erat, tot tantisque  
 simul partis uictoriis, adornatis, quatuor continua dies  
 bus a Gallis, Aegypto, Pharnace, et Iuba triumphos sin-  
 gulos duxit. Reliquus triumphi apparatus spectatores  
 delectabat: sed Arsinoe Aegyptia, quæ ipsa quoque inter  
 captiu

Quatuor Ce-  
 sat isti uim-  
 phi.

simul partis uictoriis, adornatis, quatuor continua dies  
 bus a Gallis, Aegypto, Pharnace, et Iuba triumphos sin-  
 gulos duxit. Reliquus triumphi apparatus spectatores  
 delectabat: sed Arsinoe Aegyptia, quæ ipsa quoque inter  
 captiu

captiuos ducebatur, licitorum multitudo, de ciuibus qui in Asia perierant, pompa instituta, magnum ipsis dolorem affrebat. Nam et licitorum tantum numerū, quantum prius uiderant nunquam, moleste firebat: et Arsinoe quondam regina dicta, cum tunc (quod Romæ ante consilium fuerat nunquam) in turba captiuorum cernēretur, multam commiserationem mouebat: faciebatq; ut cum eius in specie lugerent nūc, quisq; proprias calamitates deplorarent. Ceterum Arsinoe in Germanorū gratiā dimissa, Vercingentorix cū aliis necatus est. Forrò quāuis Romanis eū quae retuli, indignationē mouerant, tamē iudicabant ne confienda quādem hęc cum captiuorum multitudine, rerūque gestarū magnitudine esse: itaque in summa apud eos Cæsar admiratione. Eam augelat maxima eius in militum dicacitate frēndi lenitas: qui et allelos ab eo in Senatum dictis mordebat, et ipsi Cæsari inter alia conuicia Cleopatra præsertim amorem, consuetudinemque quamvis adolescentulus cum Bithyniæ rege Nicomedē habuerat exprobabant, adeò ut diceret Gallos à Cæsare, Cæarem uero à Nicomedē subactum: quibus denique singulis una uoce acclamabant: Sirentē regis, plebērie: sin milē, regnabis. Iis uero uerbis hoc significabant, si (quod æquum esse arbitrabantur) Cæsar populo liberum suarum legum usum redderet, fore ut eorum quæ præter leges egisset, iudicium sustinendum haberet: sin (quod iniuste cum facturum censebant) suam potentiam retineret, regem eum futurum. His ita iactatis, tantum ab indignatione absuit Cæsar, ut gauisus etiam sit, et suos dicendi libertate uti, quod ipsum nunquam successorum certò crederent. Consuetudinem autem cum Nicomedē uitio sibi uerti ægrius tulit, palamque semelitia hinc offici ostēdit: sed excusare ausus, atq; iuramē-

Omen sini-  
strū in triū-  
pho.

to adhibito sc̄ purgare, risu exceptus est. Cæterū prima triumphi die omen ei aduersum obtigit, axe currus triū-phalis apud fanum Fortune à Lucullo ædificatum ita cō-fraclio, ut ad reliquam partem triumphi perficiendā alio curru opus fuerit. Cæsar uero gradus in Capitolio ge-nib. ingressus concēdit, nulla neque currus qui ei ex ad-uerso Iouis positus fuerat, neque imaginis orbis terrarū pedibus suis subiecta, neque inscriptionis eius habita ra-tione, post semidei quoque nomen de illo titulo sustulit.

Eplum po-dalo datū.

Ad hunc modum peracto triumpho, magnificum populo eplum dedit, addito extra ordinem frumento, olcōque. Distributo frumento in populum, uiritim insuper trecen-tenos numos distribuit quos promiserat, adiectis aliis centenis: militib. autem bina in singulos festertia diuisit.

Recēsio po-puli.

Nec soli munificentia contentus, cetera quoque accuratē inspexit: cūmq; numerus eorū, qui ex publico frumen-tum accipiebant, non legitimè, sed eo modo quo in sedi-tionibus fieri assolet, excreuisset, instituta recensione, dia-midiam circiter partem eius amputauit. Cæteris trium-phi diebus è more transactis, ultima post coenā soleis in-dutus, omniuariisq; floribus coronatus in forum suū pro-diit, atque inde domum uectus est, comitante ipsum toto ferè populo, multisque elephantis faces præferentibus.

Forum Cæ-saris.  
Romanū.  
Magnum.

Forū enim Cæsar extruxerat, quod ab ipso nomen obti-nuit, Romano pulchrius, sed tamē Romanie ex eo dignitas aucta est, ut forū magnū diceretur. Forū uero ex tē-plum Veneris (quam sui generis autorē ferebat) à se con-dita Cæsar statim tunc consecravit, multaq; ibidem ex uaria spectacula edidit. Theatrum quoque ad uenationes aptum ædificauit: quod, quia undiqueque habet sedes, sce-nique caret, Amphiteatrum cognominatum est. Deinde in honorem filie sue uenationes, ludosque gladiatoriōs exhib

Amphitea-trum.

exhibuit: quæ si singula enumerare intendam, fortasse nō probabili accruo opus institutum confundetur, cum id genitores inflati soleant referri. Itaque hic & in sequentibus ea omittam, nisi quid omnino dictu necessarium occurrerit. Id nunc commemorabo, animal id, quod Camelopardalis nominatur, tunc primum à Cæsare Romā ad ductum, publiceque ostensum fuisse. Est autem camelii omnino simile animal, nisi quod membrorum non canadim ubique proportionem seruat. Nam partes eius posteriores humiliores sunt, à clunibus paulatim erigitur, uideturque quasi ascendere: cùmque diu iam altius subinde factum est, reliquam corporis partē prioribus pedibus eleuat. collo uero sua peculiaris altitudo adest: colore, ut pardalis, uariegato est, unde nomen ex Camelio & Pardali compositum habet. Viros alios singularibus certaminibus, ut Romanæ erat consuetudinis, commisit: alios plures simul in Circo, equites equitibus, peditibusque perdites, aliósque promiscue, & equali utrinque numero. crant etiam X L uiri, qui ab elephantis pugnarent. Denique prælium nauale non in mari, neq; in palude, sed in terra exhibuit, effosso ad id loco in Campo Martio, eoque aqua replete, inductisq; nauibus. In omnibus his certaminibus depugnabant captivi, quique erant capititi damni: quidam etiam equum filij, adeoque cuiusdam qui Præturā gesserat, filius, singularia certamina obibant. quin etiam Senator quidam Fulvius Setinus in armis pugnare uolebat, sed Cæsar nunquam se id concessurum assuecrans, hominem prohibuit: equitibus uero id concessit. Etiā Troiā antiquo more patriciorum filij lusserunt: iuuencisque, qui dignitate equales erant, curribus certauerunt. Etenim cedes in iis spectaculis Cæsari uitio uerse sunt, quod nondum ipsis satiatus esset, quodque populo malorum suorum

Camelopardalis.

Ludi &amp; certamina.

Nauale prælium.

rum imagines ante oculos representaret; hoc uero longiori emulo ei inuidiam conflavit, quod in hac sumptus immensos fecisset, itaque ad singula spectacula acclimatabant, cum iniusta de causa maiorem pecuniarum partem exegisse, quibus in huiusmodi res abuteretur. Vnum commemorabo sumptuositatis, que tunc a Cæsare exhibitis est, exemplum, ex quo reliqua omnia deprehendi possunt. Ne quis enim spectantium à sole molestaretur, scribas cortinas, ut quidam autores sunt, super eos exten-

*Sericæ cor-  
tinæ.*

dit. Est autem sericum texture barbare luxurie, ab iisque ad luxum mulierum nobilium inuecta. Hæc cum alij necessariò silentio transmittenterent, tumultus à militibus coortus est, quos non tam inutiles sumptus mouebant, quam quod ea pecunia non in ipsis erat collata: neque prius finem turbarum fecerunt, qui in Cæsar unum ex iis subito superueniens sua ipsa manu corruptum ad supplacium tradidit. Sed præter hunc, alij quoque duo uiri sub sacrificijs prescriptione iugulati sunt. neque mihi constat, qua id de causa factum fuerit, certe cum neq; Sibylla hoc precepisset, nec aliud in hanc sententiā oraculum extaret, tamen in campo Martio à Pontificibus et Salio immolati sunt. Leges prætereà nonnullæ sancitæ sunt, ex quibus paucas commemoratu maxime dignas, omisis reliquis recitabo: Iudicia solis Senatoribus equitibusque mandauit, ut ea quæ in iustissimè fierent, cum antè his quoque indicendo iure nonnulli plebeij affuiissent. Cum locupletiores nullum sumptibus suis modum statuerent, eos non legibus tantum temperauit, sed re ipsa attentè obseruauit. Et quoniam exhausta uehementer erat urbis frequentia, propter eorum qui decesserant multitudinem, quod ex recensione (cum autem, et reliqua ei affinia munera tanquam Censor peragebat) ipsòque etiam conspectu liques-

*Nomines  
immolati.*

*Leges à Cæ-  
sare latæ, de  
iudicis.  
sumptibus.*

bat, iis qui multos liberos procreassent, præmia propo- Liberorum  
 suit. Et quoniam se ipsum nouerat, propterea quod mul- multitudi-  
 tis continenter annis contra Gallos cum imperio fuisse, ne.  
 inde ad dominandi cupiditatem prouectum fuisse, sequé  
 ad confirmandam suam potestatem p.r.:uisse, lege cauit,  
 ne quis omnino Praetor anno, aut Consul biennio amplius  
 à suo magistratu continuò imperaret. iam cum annorum  
 dies inuicem sibi non satis congruerent, (eo enim tempore  
 re etiamnum Lunæ revolutionibus menses estimabant) Anni emen-  
 annum Cæsar ad eum qui hodièque obseruatur modum datio.  
 constituit, intercalatis septem ac sexaginta (quamvis a-  
 lij falso plures perhibuerint) qui ad sumam exactā re-  
 quirebantur, diebus. Eam rationem ipse dum Alexandriæ uersaretur ad di diccerat: quamvis hoc uariat, quod  
 Alexandrinis unusquisque mensis triga:ta diebus con-  
 stat, deinde in singulos annos quinque dies addūtur. Cæ-  
 sar uero et eos quinq; dies, et duos insuper alios, quos  
 uniemensium detraherat, reliquis mensibus coaptavit: diē  
 quoque illam, quæ ex dierum quadrantibus conficitur,  
 ad quartū quenque annum (tribus in medio annis omis-  
 sis) apposuit, ut iam ne in horis quidem annoru: error, ni  
 si perquā exiguus, incidere possit, qui tantus est, ut intera-  
 calatione unius dici M C C C L X I quoque anno indi-  
 geat. Hæc omnia Cæsar, queq; alia de Republica statuit,  
 nō proprio consilio, sed semper communicata prius re cū  
 primoribus Senatus, aut toto aliquando ordine decrevit:  
 quo siebat, ut quamvis nonnullas leges asperiores alia  
 quantum promulgasset, tamen Senatui se probauerit,  
 iudatus que fuerit. Enim uero quod eorum, qui exilio in-  
 dicum uocibus damnati fuerant, multis per Tribunos ple-  
 bis redditum conficerat, quodque iis qui ambitus condem-  
 natu: fuerant, in Italiam uersari permiscebatur, nō ullosq; pa-  
 rum di

rūm dignos in Senatum adscribebat, multis ac uariis de serumorib. occasionem præbuit. Cleopatré uero amor, neque is iam, cui in Aegypto seruierat, (quippe eius fama tantum Romanam uenerat) sed cui in ipsa urbe deditus erat, magnoperè ei ab omnibus uitio uersus fuit. Venerat enim Romanam cum marito suo Cleopatra, domiciliūque ei in edibus ipsius Cæsaris designatum fuerat, ut iam uatriusque rei nomine male audiret: ipse infamiam eam nihil curans, inter amicos sociosque Romanorū reges adscripsit. Iam quæ in Hispania Pompeius agitaret, omnia Cæsar percipiebat. & quamuis cum hoste superatu haud facilem esse censeret, tamen primò classem à Saracenia aduersum cum emisit: deinde exercitum quoque habito delectu, sperans se horum opera id belli patraturum. Sed posteaquam Pompeij uires augeri, suos ad bellum ei faciendum non sufficere animaduertit, ipse Romæ custodia Lepido, octoque ut nonnullis uidetur, uel, quod magis creditum est, sex urbis prefectis iniuncta, in Hispaniam expeditionem suscepit. Enim uero exercitus in Hispania sub Longino & Marcello tumultuati fuerant, nonnullæq; urbes ad nouas res consurrexerant: uerū himotus Longino mortuo, succendentēque ei Trebonio, conquieuerant. post paulò iidem animaduersum in se à Cæsare iri timentes, clanculum ad Scipionem legatis missis, ei se dediderant: isque cum alios, tum Cn. Pompeium ad eos misserat. Pompeius insulas Baleares aggressus, reliquas sine pralio, Ebusum uic cepit: ibique morbo corruptus, cum militibus suis aliquandiu remansit. Cum tempus tereretur, milites qui in Hispania erat auditio Scipionē periuisse, & idiu aduersum se cum classe proficiisci, ueriti ne si Pompeium prestolarentur, ante eius aduentū opprimerentur, ducibus electis T. Scapula, ac Q. Aponio, equestris dignitatis viris,

Cleopatra  
Romam ve  
nit.

Bellū Hispa  
niense, Cx-  
aris contra  
Cn. Pompeiū.

Scapula.  
Aponius.

uiris, Trebonio ciesto omnem Baeticam ad defensionis so-  
cietatē perduxerant. Interim Pompeius alleuato corpo-  
re in oppositā Hispaniā traīscit: nō nullisq; urbibus (que  
se ultro ei dederant, præfectorū imperiis grauati, spēq;  
in Pompeio patris eius memoria renouata haud exiguum  
habentes) receptis, Carthaginem, quia pacificationē re-  
pudiauerat, oppugnat. Quod ubi Scapula cum suis co-  
gnouit, ad Pompeium se contulerunt, cum Imperatorem  
sibi delegerunt, omni cura studiōque ciuiis iusſibus parue-  
runt, commoda periculāque cum eo sua communicarunt,  
unanimitēque se & ad uitanda mala, & ad consecrandū  
feliciorem statum confirmauerunt, Pompeio nihil nō ad  
gratiam ab iis bonam incundam (quem morem in eiusmo  
di imperiis, rerūmque statu seruare omnes homines so-  
lent) & loquente & faciente: id: que eo magis, quod à se  
nonnulli Allobroges, quos in bello contra Curionem Iu-  
ba captos dono ipsi dederat, transfugerant. Ita Pompeius Allobroges  
effect, ut non hos modò iam longè alacriores haberet,  
sed multi etiam contrariæ partis, præsertimque hi qui  
sub Afranio militauerant, accedereunt: ex Afrika etiam  
præter alios Sextus frater, Varisque & Labienus cum  
classe ad Pompeium uenerunt. Itaque multitudine stu-  
dioq; militū clatus, regionem peruagatus, url es partim  
deditioce, partim ui in suam potestatem redigit, ut iam  
plus ipso Cæsare posse uideretur. Qui enim Cæsar is in  
Hispania erant legati Q. Fabius Maximus, & Q. Pe-  
dius, cū se satis instructos ad configendū cū Pompeio nō  
putarent, nihil aliud agebant, quam quod Cæsar, ut ad-  
uentum suum maturaret, hortabantur. Cum is rerū iam  
in Hispania status esset, præmissique Roma à Cæsare nō  
nulli aduenissent, ipsiusq; iam Cæsaris aduentus expecta-  
retur, territus Pompeius, cogit. inq; ad totam Hispaniā  
obtin

Pompeius  
summx re-  
rum contra  
Cæsare præ-  
fectus.

Allobroges  
a Pompeio  
deficiunt.

Q. Fabio Ma-  
ximus.  
Q. Pedius.

obtinendam sibi non esse satis virium, ne accepero damno  
deum cōsilium capere opus haberet, mature, antē quām  
cum hoste manū conseruisset, in Baeticam se recepit, e-

Varus à Di-  
dio nauali  
prælio vin-  
citur.

Pōpeius VI.  
lam oppu-  
gnat.

iūsque discessu statim omnis ora maritima defecit. Varus uero à Didio apud Crantiam nauali prælio superatus, in

terram euasit: coniectisque in introitum portus ancoris,  
ita ut una ab alia teneretur, cū ad eas tanquam ad se-  
ptum quoddā primæ in sequentium naues offendissent, pe-  
riculū totius classis amittēdā declinauit. Mediterranea

uerò Hispania omnis ista Pompeio se coniunxerat, exce-  
pta Villa urbe: eam quod noluerat ad amicitiam suam ac-

cedere, oppugnabat. Interim Cæsar cum paucis Hispaniā  
attigit, preter expectationem non Pompeianorū modò,

sed suorum quoque milittum. Tanta enim in itineris usus erat  
celeritate, ut antē quām audiretur ipsum in Hispaniam

aduenisse, à suis, hostib; squis illi conspiceretur. Proinde  
(maximam enim milittū partem in itinere post se relique-

rat) sherabat se ea celeritate, soloq; suo aduentu tantum  
Pōpeio terrorē inieclurū, ut & ab urbis obsidione desis-  
steret, & de tota re trepidaret. Pompeius uero uirū uiro

longè præstantiorem esse existimans, fret: si que suis viri-  
bus, nihil eius aduentu conslernatus, in oppugnatione

urbis haud secus quām antē pergebat. Cæsar paucis ibi  
locorum milittibus, qui ceteros præuenierant, reliquis, ad

Cordubam se conuertit, cū spē eius per proditionē pos-  
tiundā, tūm uero in primis, ut ei metuentem Pompeiū ab

Villa ouerteret: restonāitque huic consilio euentus. ini-  
tiō enim Cneus relicta ad Villam parte exercitus, Cordua-

Cn. Pōpeius  
Villa omissa  
ad Cordubā  
se confert.

bam uenit: cāmque occupatam, Cæsare cedente, Sexto fid-  
tri custo: iendam tradidit. deinde cum ad Villā nihil pro-  
ficeret, cū iuxta urbis turri ob multitudinem propugna-  
torum collapsa, et milites irrumpentes, malè accepti es-  
se.

sent, interim Cæsar noctu suppetius in urlem missis, ad  
Cordubam iterum castra posuisset, obfitione que eā circa  
xisset, ibi demum Cneus Villa omnino relata, omnique ex-  
ercitu ad Cordubā conuictus, tantum profecit, ut Cæsar,  
qui tunc morbo conflictabatur, eius aduentu auditore  
cesserit. Verū Cæsar recepta sanitate, nullitib[us]que qui  
subsecuti erant, ad se acceptis, coactus est hyeme bellum  
gerere: nam et tabernaculis exercitus incommodis usus  
laborabat, et cibaria debeat: quibus rebus Cæsar (eo au-  
tem tempore Dictaturam gerebat, et sub exitum demū  
anni Consul creatus fuit. conuocato eius rei gratia po-  
pulo per Lepidum, qui tum magister equitum erat, eūq[ue]  
titulum sibi Consul contra maiorum instituta sumpse Lepidus & Cæ-  
sarius  
sul & magi-  
strat  
rat, ad bellum hybernatempestate exequendum adactus,  
Cordubæ oppugnatione, quod eam ualido præsidio te-  
uerinorat, abstinens, ad Atticuam urbem, ubi magnam Atteguam  
urbis ut in  
potestatem  
Cælatis ve-  
derit.  
uim frumentirepositam esse audierat, se conuertit, spe-  
rans se multitudine milium suorum, repentinōque ad-  
uentu perterritis hostiis, facile eam in suam potestatem  
redacturum, eānque munitionibus clausit. Pompeius na-  
turæ loci frāns, ratisque Cæsarem propter anni tempus  
obfisionem trahere non posse, simul quod milites suos fri-  
gore affligere nollebat, urbem defendendam sibi primum  
non arbitratus est: postquam uero c. uallo circunclusi à  
Cæsare, et circumcessu est, ad propugnandum eam timo-  
re adducius, natus nubilum noctem, repente excubitores  
inuasit: compluribusque horum cæsis, cum eos qui in op-  
pido erant, duce carere intelligeret, Munatianum Flaccum  
ad eos intronisit. Ceterum is hoc artificio in oppidum  
peruenit. Noctu solus custodes aliquot adiit, tanquam  
ad inspiciendas excubias à Cæsare missus, tesserāmque  
eos sibi dicere iusit, qua perceperat (neque enim quis  
effet,

Munatius  
Flaccus ut  
Atteguam  
peruenit.

esset, illi norant: solusq; cum esset, non aliunde uidebatur ad eos quam ab amicis uenisse) digressus, extra munitiones circumiuit: cumque uenisset ad alios excubitores, tesseram eis nominauit, simulansq; se ad recipiendū per proditionē oppidum à Cæsare uenire, ab iis deductus introiit: quanquam spes quidem retinendi oppidi cū decepit. Nam & alia incommoda nonnulla euenerunt, & cum operibus Romanorum aliquando ignem oppidani iniicissent, non modò nullumiis memorable detrimentū attulerunt, sed ipsi maximum damnum inde reportarūt. Coortus enim uehemens ex aduerso oppidi uentus, aedificia oppidi incendio nescuit, multique inter fumum prospectu omni adempto, lapidibus ac iaculis percussi perierunt. Eo incommodo accepto, cum agri uastarentur, murique pars cuniculis actis corruisset, dissentire coepérunt, ac prior Flaccus ad Cæsarem pacis, impunitatisque sibi & suis impetrande causa misit: cum eam non obtinuisset, quod arma tradere nolebat, oppidani à Cæsare pacem acceperunt, cum imperata fecissent. Attegua capta, reliquæ etiam urbes aut ad Cæsarem legatis missis ad cū descierunt, aut ipsum, legatosue eius aduenientes reccperunt. Itaque Pompeius consilij inops, cum aliquan- diu hinc inde paſim uagatus esset, ueritus ne ea remo- ticeteri quoque à se deficerent, in discriminem summæ re- rum pugnare statuit, quanquam cladem ei haud dubie- Prodigia  
Mundus sem-  
pugna pre-  
cedentia.

dij portendebant. Nam simulacrum quidem sudores, sonitus in aere exercituum, multi animalium monstroſi partus, faces à cœli facie in occiduum partem percurrentes, quæ eo tempore per Hispaniam prodigia edebantur, non aperte utri minarentur perniciem sciri poterat: uerum aquile exercitus Pompeiani, alas suas conci- tantes, fulmināq; quæ aurea nonnullæ pedibus gestabat, proiec-

proijcentes, Pompeio exitiū palam obnunc labat, ipsaq; ad Cæsarem auolabat. Sed Pompeius ea ostenta nihil curabat iamq; bellum eo deductū erat, ut signis collatis decernendum esset. In utriusque ducis exercitu præter Romanos, sociosque, multi Hispani, Mauri que erant, nam Bocchus filios suos Pompeio auxilio miserat, Bogud uero ipse cum Cæsare militabat, ipsum nihilominus prælium non per alios, sed solos Romanos factum est. Milites enim Cæsariani cùm multitudine ex usu rei bellicæ, tum uero principiè præsentia Cæsaristi, hoc omni studio agee bant, ut iam nunc militie, miseriariūque quas in ea diu iam tulissent, finem imponerent: Pompeiani his quidem rebus inferiores, tamen quia spem salutis nullam nisi in uictoria sibi restare uidebat, (plerique enim eorum antè cum Afranio & Varrone à Cæsare superati uitäque donati fuerat, eosque desperatio uenia ad furorem quandam incitarat, ut uel fortiter uincendum, uel percundū omnino sibi statuerent) animis ad pugnam parati erant. Itaque ad conserendum manus nulla ipsis adhortatione opus fuit, cum toties iam bello congressi, omnem uercundiam proiecissent. Primo conflixi sociorum auxilia utraque ex parte terga ostenderunt fugæq; se commiserunt: ijs se uero Romanorum acies communius congressæ, diuturnum summa contentione prælium fecerunt: nam neque loco suo excedebat quisquam, sed aut cedens, aut cadens eum tegebatur, et quisque in se totius uictorie aut clavis sumam collocatam ducebat. Itaque nullam pugne suorum auxiliariorum rationem habere, ipsis in prælium totis annis viribus incumbere, neque clamor militaris, neque genitus exaudiri, id tantum uociferari, feri, cede, ipsi manus lingue officium longè anteuenire. Cæsar ex Pompeius, quicunque ab edito loco pugnat, conficiebant,

Prælium à  
Cæsare &  
Pompeio  
apud Mu-  
ndam com-  
missum.

neque quid statuerent habebant, sed ambiguis sententijs alternantes, metu fiduciāque ex aequo conflictabantur: erat enim aspectu res difficultis, cum aequo Marte depugnantes uidentes, uterque suos superiores cernere cuperet, metueretque ne pellerentur, et simul uota mente, simul depreciationem agitaret, simul confirmaret animus, simul trepidaret. Neque uero continere sc̄e diutius uterque potuit, quin aequo desiliens, in prælium ad suos descenderet: adeò corporis sui labore ac periculo potius, quam animi anxietate suis adesse, et uel momentum pugnae suis militibus praesentia sua afferre, uel certè amissa uictori: una occulere decreuerant, eamque ob causam ipsi quoque pugnam obibant. Neutris sui ducis praesentia uictoriam attulit, sed cum eos una periculum subire uiderent, ad longè maiorem mortis contemptum, inscrenderetq; aduersæ parti cedis cupiditatem excitati utriusque sunt: itaque neutrifugere, sed quia idem animus utrisque erat, pugnam quoque aquis viribus sustinebant. Quod nisi Bogud qui extra aciem cum suis constiterat, se ad castra Pompeij capienda conuertisset, profecto aut uniuersi in acie cecidissent, aut nox incerta uictoria prælium diremisset. Nunc, cum Labienus animaducenso Bogudis insti-

Labienus  
ordinē 10-  
linquens  
castra cla-  
die est suis.  
Pompeiani  
dūcuntur.

tuto, ordine relicto aduersum eum contenderet, Pompeiani eum fugere opinati, animis ceciderunt. Et quanquam eius consilium postea cognoverunt, tamen rem in integrum restituere non ualueret, sed partim in urbem Munderam, partim in castra fuga se proripuerunt. Qui in castra confugerant, hostem inuadētem fortiter repulerunt: nec prius occubuerunt, quam parenti hostibus cladem reposuissent: qui uero in oppidum se receperant, diu id aduersus hostem obtinuerunt, nec nisi ipsis omnibus inter excursiones, quas crebras faciebat, oppressis, id in hostium potestatem

poteſtatem uenit. Enim uero tanta utrinque Romanorum cedes eo prælio facta eſt, ut Cæſariani cum dubitarent, qua nam ratione urbem circumuallarent, ne quis noctu euaderet, ex iſpis cadaueribus aggerem comportarint. Cæſar uictoria ad hunc modum potitus. Cordubam conſtitim, quia urbe Sextus ante eius aducentum exasperat, oppidanis deditioñem facientibus cepit: quanquam serui manumisſi resisterent, quorum Cæſar ijs qui armati fūre interfecit, reliquos uendidit, eodēique modo Hispali egit. Qui can: urbem tenebant, cum non egrè paſſi eſſent præſidium ſibi à Cæſare imponi, pōst eo occido bellum fuſcepereunt. Cæſar cum exercitu eò proſclus, remiſſionem aliquanto obſidionem instituit, ita ut effugendi ſpem oppidanis ostentaret: cūnque urbe eos egradi paſſus eſſet, per iſfidias interceptos occidit, atque ita urbem quoque ſenſim uiris nudatam cepit. Post hæc Mundam quoque, & cetera oppida partim ui & ingenti reſiſtentiū cæde, partim deditioñe recepit: pecunij: ſq; conſiendis ita intentum ſe præbuit, ut ne à monumentis Herculi Gadibus conſicratis abſtineret: agros etiam qui buſdam ademit, ſtipendiāque imperata auxit. Hæc in eos ſtatuebat, qui rebellaſſent: quorum uero benevolentia uifis erat, eos agris alios, alios immunitate, ciuitate nonnullos, aut iure municipali donauit, quamuis hæc iſpa etiam non gratuitò. Cæterum Pompeius fuga cladi elapsus, ad mare peruenit, ſtre clasſis, quæ Carteia inicitus. ſtabat, utendæ: Sed cum eam ad uictorem defeciffe offendere, conſcendit ſcapham, ut ea profugere. Sed ex uulnere ibi forte accepto egrè, iterum ad continentem ap pulit: quosdūnque qui eò confluxerant, ad ſe recipiens, ad loca mediterranea contendit. ii i cūm in Cefenniū Lentonem incidiſſet, ſuperatus: cum in ſyluam confugiſſet, ibi

Vallum ca-  
daveribus  
uallum.  
Cæſar Cor-  
dubam, Hi-  
ſpalin, Mun-  
dāmque oc-  
cupat.

Didij Inte- periret. Didius autem eius rei ignarus, cum hinc inde uar-  
 citus. garetur, ut Pompeium alicubi deprehendere, in alios quos-  
 dam incidit, ab ijsq; occisus est. Ac profecto Cæsar si quis  
 ei optionem dedit, maluisset ibi ab hostibus suis in bel-  
 lo cum gloria uitam suam amittere, quam in patria, atque  
 in Curia ab amicissimis suis occidi: id quod ei non multò  
 post euenit. Id postremum bellum ab eo constitutum est, hancq;  
 ultimam uitoriā reportauit: quanquam quasuis res ma-  
 tias se perfecturum speraret, cum alijs de causis, cum  
 quod ex eo loco, in quo pugnatū fuerat, statim à uitoria  
 germin palmæ enatū esset. Id uero nō Cæsari quidem, sed  
 Octavio, sororis Cæsaris nepoti, siustum ostētum fuit, qui  
 tunc cum Cæsare militabat: eratque futurū, ut ex suis la-  
 borib. periculisque magnum splendorem consequeretur.  
 Quod nesciens Cæsar, sibi de seipso multa ac præclara  
 pollicitus est: ac tametsi quasi immortalis si esset, ita animo  
 efferebatur, nihil tamen corū que sibi proposuerat, pere-  
 git. Proinde triumphū ( cum nō modò de extraneo hoste  
 nullo uitoriā reportasset, sed tantum etiam ciuium nu-  
 merum perdidisset ) non ipse tantum duxit, exhibito ite-  
 rum populo prandio, tanquam in cōmuni quadam felici-  
 tate, sed Fabio etiam, Pediisque legatis suis, quiique nihil  
 proprijs auspicijs gesserant, triumphandi potestatē fecit:  
 Triumphus qua in re id risum multum excitauit, quod in imaginibus,  
 Cæsaris, Fa- sterculisq; nonnullis non eburneis, sed lignis utebantur.  
 bili, Pedijq;  
 de Pœcio viāo.  
 Parilia. Nihilominus tamen aperte triplex triumphus, triplexq;  
 pompa Romæ de uitoria Hispaniensis habita est, feriaeque  
 insuper quinquaginta dierum actæ. præterea institutum,  
 ut Parilibus, ( quo festo die equorum certamen celebrabatur ) diis immortalibus sacra fierent, non eam ob causam, quod is dies natalis urbis erat, sed quod nuncius de uitoria Cæsaris pridie eius dicti sub uesperam allatus fu-  
 rat.

rat. Hec urbi Cæsar cum deditisset, ipse ex decreto uestem triumphalem omnibus ludis gestauit semperque et ubique laurea corona usus est: cuius quidem prescriptione hac utebatur, quia recalvaster esset. Sed occasionem de se obtrectatoribus eo præbebat, quod etiam maiore iam natu forme studeret: quippe semper laxiori ueste delicate utebatur, et cinctura fluxiore, aliquando etiam ueste sublimiori ac rubra utebatur more regum, qui Alba quondam imperaverant, cum à Iulo id adiposum pertinuisse.

Cæsar is in  
uestitu mol-  
lities.

Omnino uero Venerē colebat, à qua se etiam formæ quan-  
dam uenustatem habere, persuadere omnibus nitebatur.  
Igitur Veuerem armatam annulo insculptam gestabat,  
eaque tessera in rebus summis plerunque utebatur. Certe  
laxam cius cincturam Sylla quoq; notauit, qui cum neci  
Cæsarem destinasset, d̄: precantibus pro eo respondit, se  
quidem cum ipsis concedere, uerū ab isto malo præcī-  
to sibi cauerent. Quod cum Cicero non intellexisset, pōst  
accepta clad:, Nunquam, inquit, putabam fore, ut ab hoc  
ita male cincto Pompeius uinceretur. Id obiter commemo-  
randum duxi, ne quid eorum quæ de Cæsare fruntur,  
ignoraretur. Porro Senatus non h̄ec modò quæ recēsui,  
propter uictoriā Cæsaris decreta fecit. sed nomen ei præ-  
terea Liberatoris tribuit, atque ita in fastos retulit. præ-  
terea decreuit, ut Libertati ædes publicè extrueretur.  
Imperatoris quoque nomen, non antiqua tantum pro  
consuetudine, qua id cùm alijs, tum ipse quoque s̄epius  
ex bello reportauerant, neque ea ratione, quòd ei me-  
rum imperium, absolutāmque potestatem deferrent, Cæsa-  
ri tribuerunt, sed eo modo, quo nunc his qui summum  
imperium obtinent, tum primo Cæsari primum imposue-  
runt, tanquam ipsi proprium: cò etiam adulatio[n]is pro-  
gressi sunt, ut filios quoque eius, nepotesque ita nomi[n]ari

Cæsar Ven  
neri conse  
crata.

Syllæ iocus  
in Cæsaris  
cincturam.  
Ciceronis  
diqum.

Imperato-  
ris nomine,  
idque dupli-  
ci ratione  
gestum.

iuberent, cum neque filium ipse ullum haberet, et iam senex esset. Id uero nomen imperatoris à Iulio, quemadmodum etiam Cæsaris nomen, tanquam peculiare summi Imperij cognomentum, ad omnes deinceps Imperatores dimanauit. non tamen sublata antiqua huius nominis ratione, sed utraque integra. itaque denuò imperatoris nomen adsciscit, qui uictoriam co dignam obtinuit. Imperatoris igitur nomen, ut et reliqua, omnibus ex æquo Imperatoribus primum tribuitur: qui uero in bello rem co cognomento digna gesit, is antiqua consuetudine Imperator denuò salutatur; unde fit, ut quis secundò, tertio, ac toties omnino, quoties id mereatur, Imperator nuncupetur. Aedes præterea publicæ Cæsari ex decreto cōcessæ sunt, utque dies quibus uicisset, festi essent, sacrificia resturque iis: ac ne quis militiae imperium cum Cæsare habere, aut rei confectæ partem sibi uendicare auderet. Enim uero haec omnia, et si nimia ac insolentia esse uidebantur, tamen à statu populari Republicæ non abborre bant: alia autem decreta sunt ei, que regem ipsum palam facerent. Quippe omnes magistratus eius potestati, etiam plebeios, permiserunt, ipsumq; Consulē ad decennium continuum, sicut ante Dictatorem, constituerunt: utq; soli milites haberet, soli publicas pecunias curaret, iusserunt: ac ne cui alterutro horum ipsius iniussu uti liceret. Statuam quoque tunc eburneā Cæsaris, ac post themam in Circensibus pompis cum deorum simulacris uechi iusscrunt, aliūque imaginem cum inscriptione Dei invicti in fano Quirini p:serunt: aliāmq; iterum in Capitolio iuxta reges, qui quondam Romæ regnauerant. Ac mihi fortuitū istum casum admirari subit, quod cū essent octo statuae, septem posite regibus, et una Bruto ei qui Tarquinios cuerit, iuxta Brutii huius statuam Cæsaris tunc

Cæsari statua inter regum Romæ notum statuas posita.

tunc reposita est: nimirum h.e.c quoque res in primis M.  
 Brutum ad insidias Cæsari facienda incitauit. H.e.c igitur  
 (neque tamen omnia, sed que digna relatu uidelantur,  
 enumeraui) ob uitoriæ Cæsari is decreta facta, & alijs  
 alia diebus cōprobata sunt: Cæsar al. js statim uti cepit,  
 alijs in posterū usurps erat, quātumuis tum ea omittet.  
 Consulatum cōtinuò, antè etiam quām urbē intraret, oce-  
 cepit: non autem toto anno gessit sed postquam in urbe in  
 uenit, eo se abdicavit, Consul, sive hic sit Q. Falium, ac  
 C. Treboniū: Fabio que extrema magistratus sui die mor-  
 tuo, statim in residuas horas C. Caninium substituit. Hac  
 in re dupliciter preuaricatum est à Cæsare contra insti-  
 tuta maiorū: quod Consulatus non toto anno, neque omni  
 reliquo anni tempore gestus est, sed ipse uiuus, ac neque le-  
 gibus patriæ, neque editio quodū iussus eo se abdicavit,  
 aliūnque subrogauit; deinde quodū is Caninius simul et  
 Consul creatus est, & gessit magistratum, & depositus  
 quod Cicero cauillatus, tanta fortitudine ac cura Cōsulem  
 cum in suo magistratu usum dixit, ut ne breuiissimum qui-  
 dem in eo somnum admiserit. Verū ab eo tempore cō-  
 ptum est, ut per pauci toto anno Consulatum gererent,  
 sed alij pauciores, alij plures mensis diésque, prout cō-  
 sus tulisset, eo magistratu fungerentur: ac nostro quidem  
 tempore nemo neque ad integrum annum, neque amplius  
 duobus mensib. serè cum collega aliquo Consul est: in ca-  
 teris ab antiquo more nihil discrepamus. annorum autem  
 numerus, his qui initio eius Consules fuerunt, adscribitur.  
 Ego itaque in singularum rerum gestarum expositione  
 ordinis causa eos Consules ponam, qui initio anni magi-  
 stratum gesserunt, et si nihil hi egerint: reliquorum au-  
 tem Consulum, quoties id res ipse exigent. mentionem  
 faciam. De Consulibus dictum iam est: reliqui magi-

Anno V.C.

709.

Cesar. I IIII.

Consul.

Q. Fa-  
bius.C. Tre-  
bo-

nius.

C. Ca-  
ninius.

Cōsul.

Ciceronis  
locus in Ca-  
ninij Con-  
sularum.

I. Racili ca-  
sus.

stratus in speciem quidem à plebe & populo secundum  
instituta maiorum deligebantur, recusante Cæsare id mu-  
neris, ut ipse eos constitueret: attamen re uera per ipsum  
creabantur, ac sine sorte in prouincias exibant. Nume-  
rus autem magistratum in reliquis idem qui antè obser-  
uabatur, sed Prætores x i i i, quadraginta questores  
facti sunt. Aliam enim Cæsar rationem præstundi ea que  
multis multa promiserat, nullā habebat: adscripsit etiam  
complures in Senatum, nullo in discriminē ponens siue  
quis nules esset, siue libertinus, adeò ut summa Senato-  
rum D C C C C. fuerit. Multos quoque in patriciorum,  
Consularium, eorumq; qui alias magistratus geſiſſent,  
numerum retulit: quin etiam quosdam in ius vocatos ob-  
donis corrupta iudicia, conuictosque absoluit, non sine  
ſuspitione accepta ob rem iudicandam pecuniaꝝ quā ſu-  
ſpicionem auxit, quòd loca publica nec profana modò, ſed  
ſacra etiā ſub hasta proposuit, ac pleraque uendidit. Por-  
rò autem amicis ſuis partim pecunia donāda, partim uen-  
dendis prædijs multa largitus eſt: L. cuidam Bacilo Præ-  
turam tum gerenti nullam prouinciam cōceſſit, magnam  
autem pecuniam eius loco donauit: Bacilusque & eo no-  
mine, & quòd ea contumelia, qua prætor à Cæſare affe-  
ctus eſſet, permotus, uitam reliquissit, in ore omnium  
habitūs eſt. Erant huiusmodi Cæſaris actiones his qui uel  
accipiebant, uel expectabant munera, qui que Reipubli-  
ce ſuam utilitatem anteferebant, admodum gratæ: ceteri  
& grē ſerebant, uariōſque inter ſe sermones conſerebant,  
& quibus id tutò licebat, libera uoce, libelliſque ſine au-  
tore diuulgatis repræhendebant. Hęc eq; anno gesta, era-  
rijq; procuratio à duobus edilibus administrata eſt, quia  
nullus Quæſtor creatus fuerat, eo enim tempore, ſicut  
& antè per absentiam Cæſaris factum, præfecti urbis  
cum.

cum Lepido Magistro equitum omnium rerū curam ges-  
serunt, accusatique, quod lictoribus, uestēque ac sede Cu-  
ruli, haud aliter atque Magister equitum, usi essent, lege  
se defendērūt, qua uſus earum rerum his permittitur, qui  
bus magistratus à Dictatore est commissus, atque ita ab-  
soluti sunt. Ceterū publicæ pecunie administratio à  
Questoribus tuc ad ædiles translata, postmodò ad Quer-  
stores non redijt, sed tandem Prætorijs uiris mandata est.

magistrati-  
bus à Dicta-  
tore crea-  
tis, que per-  
missa.

Sed, ut dixi, eo anno duo ædiles thesauris publicis præfue-  
runt, alterque horum Cæsar is sumptibus ludos Apollini  
fecit, atque ex Senatus consulto Megalenses ludi ab ædili-  
bus plebis celebrati sunt. Præterea ædilis frijs constitutus,  
aliu in suum locum postridiè subrogauit, isque rura-  
sus aliud; quod neq; ante, neque post id tempus unquā fa-  
ctū est. Anno sequenti Cæsar Dictator quintum fuit, colle

An. V. e.  
710.

ga assumpto M. Antonio: eo anno sedecim Prætores fue-  
runt, idque in multos annos, Tribunal quoque cum antè  
medio in foro constitisset, in eum locū, quo nunc est, trans-  
latum fuit, restitutæq; sunt iuxta illud Syllæ ac Pompeij  
statuæ, qua re laude Cæsar inuenit, sicut & eo, quod glo-  
riæ huius operis inscriptionemq; Antonio cœcepit. Thea-  
trum quoque exemplo Pompeij ædificare instauit, sed  
id ne absolucret, morte præuentus est, idque Augustus  
postea perfecit, ac M. Marcelli sororis sue filij nomine in-  
scripsit. Cæsari autem hoc uitio datum est, quod demoliv-  
tus domos, templaque que in eō loco erāt, simulacra, quae  
sunt omnia lignea fuerant, combustissit, magnosque pecu-  
niæ thesauros repertos sibi reseruassit. Leges præterea  
Cæsar tulit, pomicri: inque amplius extendit. In his ex-  
alij id genus actionibus Syllam uidebatur imitari: si d.  
quod omne culpæ his, qui contra se in bello stetissent, re-  
mittebat, impunitatemque ex æquo omnibus proponebat,

filiisque partem facultatum donabat, magnopere Sylla crudelitatem redarguebat, ac non fortitudinis tantum, sed clementie summa gloriam reportabat, quamuis arduum omnino sit, posse eundem apud populum, et belli et pacis laudibus clarere. Addidit hoc etiam suis præclaris factis, quod Carthaginem, Corinthumque instaurauit.

Quod enim multas alias urbes per Italiam, atque extram partim refecit, partim nouas condidit, id cum alijs quibusdam ei fuit commune: Corinthum uero, Carthaginemque urbes antiquas, splendidias, illustres, que iam perierant, colonias Romanorum dduxit, quod ex usu fore censebat, easque pristinis suis nominibus decorauit, restituitque eas memorie corum, qui olim eas habitauerant, ut ostenderet se nullum aduersus loca nihil de semale merita ob inimicitias habitatorum odium exerceare. Ita Carthago et Corinthus, que urbes prius uno tempore deletæ fuerat, tunc simul quasi reuiniscere coepérunt, olim claræ rursus futuræ. Hæc Cæsare peragente, magna populum Romanum cupiditas incepit, Crassum, amissumque cum eo exercitum ulciscendi, spesque Parthos debellandi: id igitur bellum Cæsari unanimi consensu decreuerunt, summoque ad id studio sese comparauerunt. Ac preter cetera que eius belli causa agebant, ut et administrorum copia Cæsari esset, et eo absente neque sine magistratis urbs esset, neque si ipsa eos delegisset ciuitates, res ad motus intestinos rediret, magistratus iam ante ad totum triennium (tantum enim temporis Parthice expeditioni impendendum existimabant) constituere intenderunt, qui tamen non omnes tum ordinati sunt. Horum dimidiam partem Cæsar, quod lege quadam ei concessum fuerat, re ipsa autem omnes designabat. Eodem anno primùm sex Aediles sunt constituti, duo Patricij, qui Cæsar

*Corinthus  
& Cartha-  
go instaura-  
ta & colo-  
niz facta.*

*Parthicum  
bellum Cæ-  
sari manda-  
tum.*

*Magistra-  
tus in trien-  
nium infe-  
quens con-  
stituti.*

ris Aediles vocarentur, quatuor plebii. Isque mos ad nos  
stram usq; atatem exinde perductus est. Prætores autem  
creati sunt sedecim: ne hi quidem secundum instituta ma-  
iorum. Inter hos prætura P. Ventidio etiam obtigit. Is  
Ventidius, ut suprà demonstrauit, ex agro Piceno oriun-  
dus erat, in bellóque quod à sociis contra Romanos gen-  
stum est, ipse quoq; aduersus urbem arma tulerat, eumq;  
captum Pompeius Strabo in triumpho uinctum duxerat.  
Post dimissus, successu temporis in Senatum allecius, ac  
tum à Cæsare Prætor creatus fuit: ac tantos progres-  
sus fecit, ut Parthos deinde superauerit, ac de ijs triuni-  
phauerit. Ac magistratus quidem, qui primo proximo  
anno Rempublicam administrarent, omnes tum designa-  
ti sunt, in secundum autem annum Consules tantum et  
Tribuni plebis, tantū absuit, ut tertij quoque anni magi-  
stratus ordinarentur. Cæsar autem his iisdem duobus an-  
nis Dictator futurus, Magistros equitum sibi alios, atque  
horum alterum Octavianum, adolescentulum etiamnum, de-  
legit: ipse Dolobellam pro se Consulem esse iussit, Antoniu-  
m Cosulatum ad finem usque eius annigerente. Lepido  
Galliam Narbonensem, Hispaniamque finitimam ei pro-  
vincie mandauit. Ita in Antoni, Lepidique locum  
duos alios Magistros equitum suffecit. cum enim  
plurimi beneficia deberet, his magistratibus,  
ac sacerdotiis collatis eis satisfecit:  
itaque x v. sacerdotibus unū,  
collegio septenario  
tres addidit.

DIONIS



DIONIS ROMANAЕ  
HISTORAE LIBER Q V A-  
dragesimus quartus, Gulielmo Xy-  
landro Augustano in-  
terprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

De decretis in honorem Cæsaris factis.

De conspiratione in mortem Cæsaris inita.

Vt Cæsar interfactus sit.

Vr Senatus consulto mutuarum iniuriarum memoria sic prohibita.

Quomodo Cæsar sepultus fuerit, oratioque in eius funere habita.

Continentur autem hæc omnia eo adhuc anno, quo Cæsar Dicator  
V. fuit, M. Antonio magistro equitum.

**I** T A Q V B Cæsar ad bellum aduersus Parthos se hoc modo parabat. Enimvero sceleratus furor certos quosdam homines inuasit, qui et suos Cæsari honoris inuidabant, et eum sibi prælatum agrè strebant, ut eum iniusta cæde perimerent: idque facimus et nouum nomen peruersa hominum opinione inuenit, et decreta populi Romani inuerit, iterumque ex concordia seditiones, ciuiliaque bella Romæ intulit: quippe et si ea illi præscriptione usi sint, se Cæsar sub latopopulum in libertatem asseruisse, re uera tamen et impie ei perniciem machinati sunt, et urbem rectam iam Republicæ administratione uti incipientem in seditiones coniecerunt. Evidem populi in Reipub. principatus nomen speciosum habet, uideturque ex legum aequalitate

Democra-  
tia Monar-  
chiam po-  
tiorem esse.

æqualitate non plus unū quād alteri tribuere: uerū ipſa  
 re comprobatur nihil ei cum sua appellatione conueni-  
 re. Contrā monarchię nomē auditu difficile, penes unum  
 tamen summam esse Reipublicę, conducibile omnium  
 maximè est. Facilius enim unius quispiam uir bonus,  
 quād multi, reperitur: ac si hunc inueniri difficulter  
 quidā existimat, omnino fateri illi cogātur impossibile  
 esse, ut multi boni inueniātur, quando uirtuosos esse mul-  
 tos consentaneum non est. Quo fit, ut si quis summe re-  
 rum uitiosus præsit, tamen satius id sit, quād à sui simi-  
 lium multitudine Rempublicam administrari. Cuius rei  
 fidem facere possunt res gestæ Grecorum, barbaroru-  
 que, et ipsorum etiam Romanorum: nimirum cum sem-  
 per ex prestantiora longè, et plura sub regibus quād  
 sub populari gubernatione urbes ac priuati ciues bene-  
 ficia adepti fuerint, longeque minus rerum aduersarum  
 sub unius, quād multitudinis sub imperio sustinuerint.  
 Ac si qua aliquando Respublica sub populari adminis-  
 tratione floruit, id tantisper durauit, dum neque ad ma-  
 gnitudinem, neque ad uires altiores peruenissent: tum  
 enim ex rebus secundis libido, inuidia ex contentionib.  
 apud eas exortæ sunt. Proinde in urbe Roma, quæ eo  
 tempore tanta erat, prestantissimas partes orbis terra-  
 rum, quæ quidem note essent, ferè omnes possidebat,  
 multis, uariisque inter se diuersis moribus, gentibus im-  
 perabat, diuitias immensas habebat, omnis generis rerum  
 gestarum successu publicè priuatimque uisa fuerat, in  
 populari Reipublicę statu impossibile erat ciues animis  
 suis moderari: atqui continentia sublata ut concordes  
 permanerent, id adhuc minus fieri poterat. Quæ si cum  
 animis suis M. Brutus, et C. Cassius reputassent, nunquā  
 præsidem procuratoremque Reipublicę necassent, neq;  
 sibi

sibi aliisque qui ea tēpestate uiuebant hominibus, ita infi  
 causa odio nitorum malorū autores fuissent. Ceterū res ita acta est,  
 rum in Cx- sum  
furem. Quanquam Cæsarem in inuidiam ( quæ ei causa mortis  
 fuit ) ipsi præstrem Senatores adduxerunt, primò nouis  
 immodicisque honoribus hominem erigentes, inflantesq;  
 dcinde eorundem causa reprehendentes obrectantesq;  
 quod promptius equo eos accepisset, maiorique ab ijs fa-  
 stu uteretur: tamen ipse etiam inuidiae eius causam aliquā  
 præbuit, quod nonnullos admisisset, dignumque se ijs re  
 uera iudicari credidisset. Maior tamen Senatorum culpa  
 fuit, qui dum eos honorcs Cæsari tanquam digno desirūt,  
 decretis suis criminis cum obiccrunt: cum nec renuere o-  
 mnia audiret, ne contemptui habere ea uideretur, nec si  
 admisisset, tutus esse posset. Nam immoderati honores  
 laudeisque, levitatem animi etiam modestissimo cuique af-  
 ftrunt, ut se iam tales esse, quales prædicantur, existimct.  
 Porrò autem decretos Cæsari honores, præter eos quos  
 suprà recensuimus, hoc loco simul commemorabo, quan-  
 quam non omnes eodem tempore neque decreti, neque  
 approbati fuerint. Primùm ei datum est, ut semper ute-  
 retur ueste triumphali, etiam intra urbem: dcinde ut sem-  
 per Curuli sella scderet, exceptis ludis: tum enim sessio  
 ei in Tribunicio subsellio cum ijs qui quoque tempore  
 Tribunatum plebis gererent, concedebatur, præterea,  
 ut opima folla in templo Iouis Feretrij suspenderet,  
 quas sua manu imperatorem hostium aliquem occidiisset:  
 ut eius lictores semper laureas coronas gestarent: ut ip-  
 se firijs Latinis peractis, ex Albano in urbem currū in-  
 ucheretur. Ad hæc nomen Patris patriæ ei imposuerunt:  
 ipsius imagine pecuniam signauerunt: sacra publicè fie-  
 ri natali eius dic iussrunt: utque in omnibus urbibus,  
 omnibusque Romæ templis eius statua poncretur: in  
 ijs sis

Nimiq; lau-  
des.

Honores  
Cæsari de-  
creci.

ipsis rostris duas eis statuas collocarunt, ciuica unam, alteram ob sidionali corona insignem, quasi & ciues ab interitu, & urbem ab ob sidione liberasset: insuper nouae Concordiae templum aedificari, annuumque ibi festum celebrari iusserunt, quod Cæsar ipsis pacem restituisset. Eos honores cum Cæsar accepisset, ut Pontinas paludes in eis aggere complanaret, Isthmumque Peloponnesia cum persoderet ei mandatum est, utque nouam Curiam extrueret. Erat enim Curia Hostilia cum recta fuisse, denuo de structa, eo uerbo, quod ibi templum Felicitatis ponere instituissent: quod Lepidus cum magister equitum esset, absolvit: sed re ipsa ob hanc causam, ut ne in eo quidem loco Sylla nomen superesset, ac noua Curia, Iulia uocaretur: sicut & mensem, in quem Cæsaris natus competit, Iulium, unamque tribum sorte ad hoc ipsum delectam, Iuliam cognominauerunt: quintiam decretum, ut Censor solus, idque quandiu uiueret, esset: utque eodem quo Tribuniplebis, beneficio uteretur, nimis mirum ut qui ei uel uerbo uel re iniuriam intulisset, is ut sacrilegio ac piaculo sece obligasse existimaretur: ut si filius Cæsari nasceretur, is summus Pontifex constitueretur. His, cum ea Cæsar leto animo accepisset, additum est, ut sella aurata uteretur: statuaque ei posita est, qualis regibus quondam: additum quoque ex equitibus & Senatoribus satellitum: item ut quotannis uota pro salute eius publicè fierent, ut per fortunam eius iusfirandum, conciperetur, ut omnia que acturus foret, rata haberentur, ut quinquennialia ei tanquam Herci, festa agebentur. tertium item quoddam collegii sacerdotum, qui Lupercalia celebrarent, institutum, iisque Iulij uocati sunt, unusque ei ludorum gladiatoriū singulorum, siue iij Romæ, siue alibi in Italia ederent

cederentur, dies consecratus est. Cum hæc etiam Cæsari placuissent, iam in theatra etiam sellam eius auream, coronamque gemis auróque præsignem, (qui honor alias Diis tribui solebat) inscriri, atque in Circu etiam introduci à multitudine iusserunt: deniq; Iouis ipsi cognomentū palam imposuerunt, Templumque ei Clementiae dedicari iusserunt sacerdotioque cius Antonium, quasi Flaminem in Cæsar. Dialem aliquem, preficerunt. Enim uero hoc potissimum animi eorum sententiam declarauit, quod dum hæc decernerent, interim sepulcrum ei intra moenia uti fieret permisserunt, decreta hæc in argenteis columnis, literis aureis perscripsserunt, easque sub pedibus Iouis Capitolini collocauerunt, quo satis ipsum aperte admonebant, ut se hominē esse intelligeret. Initio enim honores ei detulerant, cum animo moderato ijs usurum existimarent: post cum his eum gaudere, (per paucos enim non admiserat) sentirent, identidem alios aliisque ultra modum accumulauerunt, alijs studio adulandi cum nimio, alijs ut eum obtrectationibus exponerent. Quippe inuenti sunt, qui potestatem ipsi cum quibuscumque uellet fœminis rem habendi permetterent, nam plurimis etiam tum quinquagenario maior utebatur. Maior tamen pars hæc eò agebant ut ipsi in maiorem inuidiam reprehensionemque adducto, perniciem maturarent, idque consilium cunctus probauit. Quanquam ipse Cæsar insidiarum securum se esse existimabat, quod nec ab his eae qui hos ipsi honores decreuissent, neque ab alijs etiam, hos nimirum metuētibus, structum iri putabat: que causa ei fuit, cur satellitio Senatorum ac Equitum recusato, etiam corporis sui stipatores à se remoueret.

Cæsar Senn  
tui non al-  
liigit.

\* \* \* \* \*  
Cum enī quadam die in Senatu de summiis ac multis  
Cæsari

Cæsari deferendis honoribus sententiae latæ essent, cōsque unanimi consensu præter Cæsium, quosdāmque alios ( de quibus iam tum quod ei minus cuperent, fama increbruerat, idque , euidentissimo Cæsaris clementiæ argumento, impunè faciebant ) omnes decreuissent, ad ei: mique in uestibulo Veneris templi sedentem, ut dcerta h.ec ei annunciasserent ( absente enim ipso huiusmodi res agebantur , ut non à coactis, sed ultrò uolentibus agi uiderentur ) accesserent, non assurrexit , sed sedens Senatum ad se uenire passus est. Id siue fatali quodam errorc , siue nimio gaudio correptus admiserit, non constat : certè tantam ea res non Senatorum modò, sed reliquorum etiam iram aduersus ipsum excitauit, ut excusationem percussoribus eius uel præcipuam præbuerit. Quod enim nonnulli purgandi Cæsaris causa postea attulerunt, profluuo cum uenitris laborasse, ueritumque ne inter assurgendum aluum deiiceret, confessisse, id propterea creditum non est, quod paulo pòst pedibus ipse domum rediuerit: sed fastu elatum hoc fecisse suspicabatur, cūmque superbie nomine odio prosequabantur, quem immodicos honores deferendo ipsi superbū reddidirant. Accessit hoc etiam ad augendam suspicionem, quod deinde Diectorem se perpetuum creari passus erat. Itaque Cæsare talem se gerente, iam ei ab inimicis haud dubiè insidia parabantur, qui ut etiam amicissimorum ei hominum odia aduersus cum excitarent, cūm alijs calumnijs cum petierunt, tum régem quoque uocauerunt, idque nomen diuulgáruunt. Id nomen cum Cæsar recusaret, ac qui it: se salutassent aliis quando increpuisset, neque rem quicquam ageret quo se id nomen uerè agrēfirre probaret, illi clām imaginis ipsius que pro rostris stabat, diadema imposuerunt: id à C. Epidio, & L. Cæsilio Flacco Tribunis plebis detra-

Cæsar rex  
nominatur.  
C. Epidius.  
L. Cæsilio  
Flaccus.

etum cum esset, quāuis iij neque ignominiosum quicquam dixissent, & ipsum apud plebem laudassent, quōd huiusmodi honores non desideraret, molestissimē tulit, & greq; se quin in eos aliquid statueret, continuit. Sed pōst, cum ab Albano in urbem equo aduehentem, nonnulli regem salutassent, atque ipse quidem non regem sc̄, sed Cæsarem esse respondisset, idem uero Tribuniplebis ei qui primus regis nomine Cæsarem appellasset, diem dixissent, iam ab ira superatus, ac tanquam ab illis aduersum se tumultus excitarentur, ingenti indignatione eam ob rem commotus, tamen ultionem aliquandiu distulit. Cum uero Tribuni illi pōst paulò promulgationem cdearent, neque licere sibi, neque tutum esse de Republica liberè agere querentes, summo dolore affectus, in Curiam eos adduxit, accusauitque, & sententias de eorum pena rogauit. Ac tametsi non deerant, qui capite plectendos eos censebant, tamen uite eorum parcens, opera heluij

Tribuniple  
bis à Cæsare  
magistratu  
depositi.

Cinnae collegæ sui, Tribunatu spoliatos Senatu mouit. Idq; iij gratum habuerunt, aut certè simulauerunt gratum sibi euenisse, quōd iam nihil opus habentes subeundorum libertatis in Republica curanda retinendæ causa periculorum, tutò quæ agerentur inspicere possent: Cæsari uero uitio datum est, quōd cum odio prosequi debet eos, qui ipsi regis nomen obtulissent, ijs omisis Tribunos plebis accusasset. Hæc cum ad hunc modum euensis, alia insuper res incidit, quæ evidentius argueret, ipsum regium nomen uerbis respuere. re uero ipsa assertare. Lupercalibus enim cum pro rostris aurea in sella

Antonius  
Lupercali-  
bus Cæsare  
regem salu-  
tac.

confessisset, regia ueste, aureaque corona exornatus, Antonius cum cum collegis sacerdotibus regem salutauit, dia- demaque imponens: Hoc, inquit, populus tibi per me exhibet: Cæsar responso dato, solum iouem Romanorum regem

regem esse, missaq; in Capitolium diadematate, nihil omnino succensuit, quinetiam in acta publica referri iussit, regnum se à populo sibi per Consulem oblatum, non accipisse. Hinc sufficio insinuauit, id ita ex compagno actum esse, ac Cæsarem regis nomē expetentem, ut id susciperet coacium uideri uelle. Itaque odij aduersum Cæsarem iam multorum flagrantibus, magnaninus quisque

\*       \*

Brutūmque ex priuatim accedentes hortabantur, et publicè incitabant. Quia enim idem cum nobili illo Bruto, qui Tarquinios quondam deiecerat, nomen gerebat (quoniam hic quidem Brutus nullam progeniem reliquerat, sed quos solos habebat duos filios adolescentulos etiamnum ipse interfecerat) ea nominis cōmunitate abusi, M. Brutum ab illo Bruto ortum sacerbant, ut ad simile fas cinis, quasi id generi suo conueniens, hominem excitaret, subiectis eius rei causa crebris literis, subindeque acclamantes: O' Brute, Brute, dicitantēsque Bruto aliquo sibi opus esse: ipsiusque adeò prisci illius Bruti statua & subsci pserunt: Utinam uiueres. Tribunal etiam M. Brutus (præturam enim gerebat) inscriperunt: Dormis Brute, ac non es Brutus. Hec igitur Brutum ad insidias Cæsari faciendas incitauerunt: quod faciebat, quod iam ante ab initio contra Cæsarem arma tulerat, quoniam post ab eo beneficiis affectus: quodque Catonis eius qui Uticensis (uti suprà ostendi) cognomentum inuenit, et sororis filius, et gener erat. Atque coniugem eius Porciam, solam ex omnibus mulieribus perhibent consciam insidiarum fuisse. Ea cum maritum hac ipsa de re cum animo suo, deliberantem offendisset, percontata ecquid solitus esset, postequam nullum responsum tulit, sufficata à Bruto sibi fidem non habereri propter infirmatem cor-

Brutus ad  
Cæsare  
ne-  
candum in-  
stigatur.

Porcia for-  
titudo.

poris, ne quid forte questioni subiecta, eique perferendae impar, enunciaret, magnam rem ausa est. Ut enim periculum sui ipsius faceret, posset ne aduersum tormenta perdurare, uulnus clam timoris suo ipsa inflixit: cumque dolori non succumberet, contempto uulnere, ad Brutum progressa: Tu quidem, inquit, mihi uir, quamuis animum meum arcanis tuis fidum custodem credebas, tamen communem hominum opinionem secutus, diffidebas corpori meo: ego autem hoc quoque taciturnitatem seruare posse deprehendi. His dictis, femur ei ostendit, causamq; uulneris exposuit: Proinde, inquit, audacter mihi occulta tua consilia aperi. neque enim adeò muliebri sum natura: ut me ad efferendum arcanum uel flamma, uel flagra, uel stimuli adigere possint. Quod si fidem mihi non habueris, nemo iam me uel Catonis esse filiam, uel tuam uxorem existimare debet, nisi mortem uitæ prætulero. Quibus auditis Brutus, uirtutem mulieris admiratus, ipse quoque animo inde magis confirmatus, totam rem coniugi enarrauit, Caiumque postea Cassium sororis suæ maritum, quem ipsum quoque Cæsar salutem donatum Prætura in super ornauerat, aliósque nonnullos idem sentientes sibi adiunxit, ut iam eorum qui in Cæsaris necem conspirassent, haud exiguis esset numerus. Ego autem cur cæterorum nominibus recensendis molestus esse debeam, non video: Trebonium tamen, ac D. Brutum, quem Iunium quoque, ex Albinum uocauerunt, silentio preterire non possum, qui summis à Cæsare affecti beneficijs, ac D. quidem Brutus Consuletiam in secundum annum constitutus, tamen ciuitate periculum creaverunt. Paterum absuit quin ipsorum consilia manifesta fierent, cum ob multitudinem conciorum (quoniam Cæsar nullum de huiusmodi re indicium admittebat, deferentesque ad se

C. Cassius.

Trebonius,  
& D. Brutus  
itsidiarum  
contra Cæ-  
sarem soc. j.

beam, non video: Trebonium tamen, ac D. Brutum, quem Iunium quoque, ex Albinum uocauerunt, silentio preterire non possum, qui summis à Cæsare affecti beneficijs, ac D. quidem Brutus Consuletiam in secundum annum constitutus, tamen ciuitate periculum creaverunt. Paterum absuit quin ipsorum consilia manifesta fierent, cum ob multitudinem conciorum (quoniam Cæsar nullum de huiusmodi re indicium admittebat, deferentesque ad se id genus

id genus sermones magnis pœnis coercerbat ) tum ob cun-  
stationem, quippe reurebantur adhuc tamen Cæarem,  
ac tametsi nullis stipatoribus utebatur, tamen metuentes  
sibi ab his, Cæsari semper aderant, rem extrahebant, ut  
iam discrimen ipsis impenderet, ne manifesti insidiarum  
facti perirent: neque id effugissent, nisi præter animi sui  
sententiam coacti fuissent institutum accelerare. Enimue-  
rò sparsus fuerat rumor, siue is uerus fuit, siue (ut fie-  
ri plerunque solet) confictus, sacerdotes, quos Quinde-  
cum uiros uocabant, perhibere, ita Sibyllæ uaticio prædi-  
ctum esse, Parthos nisi à rege subigi non posse: eos igi-  
tur x v. uiros de appellatione regis Cæsari tribuenda  
relatueros, quoniam id oraculum uerum esse iudicarent:  
atque etiam magistratibus dicendam fore sententiam in  
tanta rei deliberatione. Itaque Brutus ex Cassius (quia  
ipsi quoque magistratum gerebant) cum neq; contradice-  
re, neque tacere sibi integrū fore cernerent, insidias ante-  
quam de eo negocio quidquam statueretur, maturare de-  
creuerunt. Proinde Curia ad eam rem prægendi delegè-  
runt. nam ex Cæsarē, qui in eo quidē loco minimè aduersi  
quicquam metueret, insidijs opportuniore futurū, ex gla-  
dios se facile habituros, qui in scrinijs loco libellorū collo-  
cati importarentur, tum cæteros inermes nō posse succur-  
rere Cæsari sperabant: ac si quis omnino id conatus  
esset, habituros se auxilium gladiatorū, quos multos in  
Pompeij theatro, à quo non procul Curia aberat, tan-  
quam ad spectaculum exhibendum adornauerant. His con-  
stitutis, postquam dies rei destinata appetiit, in Curia con-  
uenerunt, Cæsaremque ad se uocauerunt. Cæsari insidias  
Ex uates denunciauerant, ex insomnia. Ea enim nocte,  
quæ cædis eius diem præcessit, uxor eius domum suā cor-  
ruisse, uirumque à quibusdam confessum in sinum suum

Occasio ma-  
turadrum  
insidiarum.

Cæsari inte-  
ritum præ-  
dicentia si-  
guia,

confugere secundum quietem putauit. Cæsar in somnis sibi supra nubes sublimis ferri, ac iouis dextram tangere uisus est: præterea arma Martis, quæ secundum instituta maiorum apud ipsum, summum Pontificem, assertuabantur, noctu sonitum magnum ediderunt, foreisque culiculi sponte patuerunt: hostijs quæ eorum causa fiebat, litatum non est: aves etiā domo eum exire prohibuerunt. Id quoque post peractam cædem in omen tractum est, quod sellam ciuius auream, cum uenire cuncta retur ipse, famulus Curia extulit, existimans ea posthac opus non futurum. His de causis moras faciente Cæsare, ueriti consipitores ne dilato negocio ( iam enim domi eam diem mansus Cæsar ferebatur ) insidiae pateficerent, ipsiisque comprehendenderentur. D. Brutum, qui Cæsar is summus amicus habebatur mittunt, qui eum in Curiam adduceret. Is eleuatis omnibus quas Cæsar prætendebat causis, Senatumque dicens magnopere eum cupere uidere, Cæsarem ut prodiret permouit. Domu exeunte eo, statua quedam ipsius in uestibulo posita, sponte decidit, ac communata est. Etenim erat omnino Cæsari ea die moriendum. Igitur neque hoc omni motus est, neque insidias sibi has indicanti animum aduertit, oblatumque sibi libellum, in quo omnia que in ipsius perniciem erant preparata, accuratè consignata erant, non legit, rem non necessariam eo contineri putat. Erat omnino tanta animi fiducia, ut uati quoque, qui iam antè ipsum ut hanc diem cauaret, monuerat, per iocum dicceret: Vbi ergo tuæ prædictiones, an non diem hanc, quam tu metuebas, me uiuo adesse uides? isque aliud nihil respondit, quæ adesse quidem eam diem, non tamen præteriisse. Vbi in Curiam Cæsar uenit, Antonium Trebonius simul cū Cæsare extra Curiam detinuit ( etsi enim statuerant Antonium quoque, Lepidumque simul occidere, tamen ne multitudine cæsorum

Cur Antonius & Lepidus non sunt necati.

exorum caluniae de se locum præberent, quasi non liberande urbis, quod præ se habebant, sed dominationis paranda causa negotiū suscipiſſent, consilium ſolius Cæſaris necandi prætulerunt, Antoniumque ei neci intereffe noluerunt, Lepidus enim apud exercitū in suburbio erat) reliqui Cæſari conſertim circumfusi, quippe is homo ad congressus colloquiaque facilis, ut quisquam alijs, natura erat, omnis ſuspicionis tollendæ cauſa alij confabulari, alij deprecari cœperunt. Postquam uero tempus rei agendæ uenit, tanquam quidam gratiarum agendarum cauſa accedens, togam Cæſari ab humero detraxit: id enim ſignum conuenierat inter eos ut daretur, ceteri undique impetu facto multis uulnibus conſecerunt, propter instantem multitudinem neque loqui, neque agere quicquam ualentem, ſed ueste capiti obducta illibet ſe præbentem. Ita enim rei ueritas habet: quanquam non defint, qui Bruto uiolentiam plagam inferenti dixisse firant: Tu ne etiam fili? Ingenti autem tumultu corum qui in Curia erant, corumque qui extra eam stabant, quod ea cœdes ſubitò nemine expēctante edita erat, & neque de percussoribus, neque de eorum numero, confilioque conſabat, omnes quaſi in periculo futuros trepidatio inceſtit, obuiosque ſibi iđem perterrituerunt, nihil certi dicentes, atque hoc tantū clamantes: Fuge, claude, fuge, claude. Eum clamorem alij ab alijs acceptum propagarunt, ubique luctu replcta, ipſi in officinas domosq; confugientes ſe abdiderunt: quanquam Cæſaris percuſſores rectā in forum contendebant, & ſatis cum habitu, tum uociferando ostendebant nihil eſſe timendum, subindeque Ciceronem nomine uocabāt. Ceterū plebs, quæ neque credebat uera eos loqui, neque ſedari facile poterat, uix tandem, idque agric admodum, cum n̄mīnem cedi, nemini

Cæſar in ſe  
natū occidi  
tur.

Tumultus à  
cœde Cæſa-  
ris.

manus iniici uideret, animo recepto trepidādi tumultuan-  
dique fine factō conquicuit. Populo in concionem congre-  
gato, cædis autores multis contra Cæsarem, ac pro statu  
Reipublicæ populari uerbis factis, bono animo ciues esse  
iusscrunt, nihilque mali metucre, non enim Cæsarem à se  
ideò occisum, ut uel dominationem, uel commodū aliquod  
aliud proprium inde haberent, sed ut libertate, legumq;  
usu restituto Respublica recte administrari posset. His  
uerbis, cōque in primis, quod neminem quenquam lade-  
bant, multitudinem pacauerunt, ipsi ne uicissim aliorum  
insidijs impeterentur, in Capitolium, tanquam deos com-  
Cæsar is per-  
cussores in  
Capitolium  
concedunt.  
frecaturi, concesserunt, ibique diē istam, noctēmque exer-  
gerunt. Sub uesperam alij quidam etiam primarij uiri eo-  
dem se contulerunt, qui et si negocij huius participes mis-  
nūm fuerant, quia tamen laudari id factum uidebant, in  
partem gloriae, et præriorum quæ sperabantur, uenire  
cupiebant: Sed iustissimè euenit, ut in contrarium eis hoc  
consilium uerteret, nam neque nomen huius facinoris, &  
cuius communicatione omnino absuerant, adepti sunt, et  
in eadem pericula quæ percussores Cæsar is post susti-  
nuerunt, ipsi quoque ut insidiarum socij, peruererunt.  
Hæc cernens Dolobella, ipse quoque cessandum sibi mis-  
nimè ratus, Consulatum, quanquam is nondum ad ipsum  
pertinebat, inuasit, habitaque oratione quadā de re præ-  
senti, in Capitolium ipse quoque adscendit. Interim Lepi-  
dus his quæ acta essent, cognitis, noctu forum militibus  
occupauit, concionemque contra percussores Cæsar is  
sub auroram habuit. Antonius autem, quanquam statim  
Cæsare occiso fugerat, projectaque, quod facilius lateret,  
ueste Consulari, se se oculuerat ea nocte, tamen ubi per-  
cussores in Capitolio, Lepidum in foro esse intellexit,  
Senatu in Telluris templum conuocato, de statu rerum  
presenti

Dolobella  
Consulatum  
inuadit.

Lepidus mi-  
litibus foro  
occupat.

Senatus in  
Telluris  
habitus.

præsentis retulit. Ibi cum uarie uariè affectorum sententiæ dicerentur, Cicero, cuius autoritati obtemperatū etiā est, in hæc uerba disseruit: *Omnibus ego, P. C. in consultationibus neque gratiam spectandam, neque odia esse existimō, sed eam unumquenque sententiam debere dicere, quam ipse optimam esse censem. Quippe iniquum fuerit, cum Prætore s Consulēsque nostros omnia ex prescripto recte rationis agere iubeamus, iisque etiam fortuna præstanta sit, si quid minus recte gesserint, nos in deliberando, ubi suam quilibet sententiam in sua potestate omnino habet, priuatarum cupiditatum causa commodum Reipublicæ prodere. His ego de causis cum arbitrari semper nobis in consilio capiendo & equitatis ratione habendam esse, id co magis in præsenti negocio nobis faciendum censem, quòd video nos, si omis̄is non necessariis rebus concordiam seruemus, saluti nostræ consulere, aliosque etiam nolentes nobis coniungere posse.* \*

ueretur autem, ne male, sed initio orationis nolo quicquam durius dicere. Superioribus quidem temporibus aliquan- diu is fuit Reipublicæ status, ut eam hi qui plurimum armis possent, obtinerent; ipsi nobis quid decernendum esset prescriberent, non nos quid ipsis agendum esset prospicceremus. Nunc eò res redicrunt, ut in nostra sint omnia potestate, penesque nos sit potestas aut cōcordiam, cūmque ea libertatem, aut dissensiones iterum ac ciuilia bella, donec minūmque exinde diligendi. Id enim Senatus consultum, quod hodie facit, omnes etiam alij sequentur. Quæcum, ut quidem mea fert sententia, ita se habeant, censem nobis omnibus iniicē inimicitijs, ac contentionibus, aut quicquid id tandem mali est, omis̄is, ad pristinam illam pacem, amicitiam, concordiamque redeundum esse, id certe, si nihil aliud præterea, expendentibus, quòd quādiu

Ciceronis  
oratio in Se-  
natū, qua  
mutuò abo-  
lendas oblī-  
uiōe perpe-  
tua præ-  
ritas inju-  
rias suader.

his usi sumus in Republica procuranda, regiones, diuidtias, gloriam, sociosque nobis parauimus: postquam ad intestinas clades deuenimus, non modò nihil nostris rebus accessisse, sed longè omnia deteriora facta. Tantum uero abest, ut ego aliquid aliud esse existimem, quod in praesentium salutem urbi afferrere possit, ut nisi nos concordie autores citio, adeoque iamiam fiamus, restitui urbem in integrum non posse iudicem. Vera autem esse que dico, ita cognoscetis, si & praesentem conditionem inspecceritis, & antiqua memoria repetieritis. Nonne enim uidetis, populum iterum diuidi, diuellique, aliosque haec, alios diuersa sentientes, in duas iam diuisos partes, bina castra haberet atque hos quidem Capitolium occupasse quasi terrore à Gallis impendente: alios in foro ad oppugnandum Capitolium parare, quasi Carthaginenses ipsi, ac non etiam Romani essent? Nonne audistis, ut prius quoque sepius dissensionibus coortis, alij Auentinum ac Capitolium, alij Sacrum montem tenuerint? At qui hi, quoties aequis conditionibus, aut alteri alteris modicum quicquam de suo iure concedentes in gratiam redijssent, statim odiorum fine factore reliquum temporis in pace & concordia exegcrunt, ita ut multa magnaque bella communi opera feliciter conficerint: quoties autem ad cedes peruenissent, alteri acceptas iniurias ulciscenda cupiditate, alteri ne qua in re inferiores fuisse uiderentur, contendendi studio decepti, nihil unquam comamodum ipsis euenit. Quorsum enim attinet Valerium, Horatium, Saturninum, Glauciam, Gracchosque uobis ex aequo haec mecum cognoscentibus, pluribus uerbis commemorare? Que cum exempla non peregrinas, sed domestica habeatis, ne cunctemini ista quidem imitari, haec uero uitare: sed cum res ipsa euentum consiliorum

rum uestrorum comprobatum uobis exhibeat, non iam orationem meam, quasi nuda uerba, considerate, sed ita accipite, ut quæ Republicæ ex usu sint, ac ipsa iam re se probent: neque enim spem incertam cogitatione quædam dubia consequandam, sed certitudinem consiliorum fidei quodam quasi uadimonio confirmatam animo præcipiendam habetis. Ac quanquam quid uobis in delibera-  
rando sit sequendum, à domesticis maiorum nostrorum (quemadmodum dixi) exemplis petere potestis, ut mihi extraneis documentis utendum esse non ducam: tamen cum infinita in medium possim adducere, unum commemorabo optimæ antiquissimæque urbis, à qua etiam petere leges certas maiores nostri non designati sunt, quod turpe utiq; sit futurum, nos qui tantum uiribus atq; iudicio Athenienses præstamus, in capiendo consilio ab ijs superari. Hi uero (de re nota loquor) olim disidijs ciuilibus agitati, atque hinc bello à Lacedæmonijs attriti, subque ciuium potentiorem tyrannidem redacti, non ante exitum suis calamitatibus inueniunt, quam pacificatione composita, memoriam omnium malorum, que passi erant plurima à se inuicem ac grauißima, abolescent, ita ut iniuriam acceptam non modò iure persequi, sed ne reminisci quidem ulli licet. Postquam ita resipuerunt, non à tyrannide modò & discordijs liberati sunt, sed ceteris etiam rebus secundis usi, urbem suam recuperarunt, denique sè penumero salutem perniciemque ipsorum Lacedæmoniorum, Thebanorumque in sua manu positam habuerunt. Quod si hi, qui custodibus captis ex Piræo in urbem uenerunt, de urbis habitatoribus uindictam sumere uoluissent ob acceptas iniurias, facinus fortassis causam satis honestam habens perpetraffsent, mala tamen & intulissent multa, & acceptissent.

Athenienses  
quemadmodum  
obligatione iniuriarum ab  
lita Kempu  
blicam re  
stituerint.

Incerta for  
tuna in ci-  
vilibus mo  
ribus.

pissent. Nam quemadmodum ijs præter suam spem superiores facti fuerant, ita fieri poterat ut rursus inopinatò succüberent. Nam in id quidem genus reb. nulla inest constantia, nec qui semel præualuit, uictoria omnino potitus est: sed multi cum suis rebus considerent, in calamitatem inciderunt, multi ulcisci alios cupientes, ipsi una perierunt. Neq; enim qui rebus aduersis premuntur, quātumuis iniurijs aliorum sint expositi, semper eā sortem perferunt, neque potentia, utcunq; aliquādiu perduret, semper prospéro successu utitur: sed utrunque inopinatæ humanarum rerum uiciſſitudini, fortunæq; inconstatiæ obnoxium, sē penumero non pro sua spe, sed improuisa horum mutatione momenta accipit. His igitur de causis quidam, atque ex studio contendendi, uchemens enim est omnishomo, cum uel affectus est iniuria, uel affectum se cōfse putat) supra uires suas audacia effrantur, & ultrà quam, robore suo possint, decertandi studio flagrant, aut superaturos se sperantes, aut certè non sine clade inimici perituros. Hi quidē modò uincētes, modò uicti, alternisq; clades accipientes edentesq; partim penitus pereūt, partim misera, atque (ut proverbio dicitur) Cadmea uictoria potiuntur: tuncque demum sentiunt se male de rebus suis statuisse, cum id nihil iam prodest. Quod ita se habere, res ipsa uos docuit, atque agendum considerate. Aliquandiu in ciuilibus seditionibus Marius præualuit: deinde profiliatus, copijs iterum coactis quid egerit, fatis uobis liquet.

**Sylla.** Similiter Sylla (ut Cinnam, Carbonēmque, & reliquos qui in medio fuerunt, prætercam) cum primò potentia præstaret, post superatus, iterum dominatione potitus, nihil crudelitatis sibi reliquum fecit: ne quid iam de Mario iuniore, Cinna, Carbonēue dicam. Post hos Lepidus, quasi uindictam de his sumpturus, peculiarem ipse seditionem

Exempla do-  
mestica  
proponit.

Marius.

Sylla.

Lepidus.

tionem excitauit, uniuersamque propemodum Italianam cōturbauit. Postquam hoc quoq; exonerati sumus, nos tis <sup>Sertorius.</sup>

quot quantisque nos incommodis Sertorius, reliquique exules cum eo affecerint, iam ut Catilinam, Clodiūmque taceam, nōnne Pompeius, ipseq; Cæsar primò bellum alter alteri fecerunt, ne affinitate quidem eos inhibente: deinde innumeris miserijs non urbem modò, aut Italianam, sed totum sfrè orbem terrarum impleuerunt: Mortem ne igi

tur Pompeij, ingentemque ciuium istam cladem, quies exceptit: minime uero, cum & Africa & Hispania conscientiae sint multitudinis eorum, qui ibi occubuerunt. Quid quòd ne sic quidem pacatæ sunt res? Iacet enim Cæsar ita interfectus, occupatum est Capitolium, forum armis repletum est, terror urbem occupauit. Ita ubi ciues seditiones mouere incepérunt, uimque ui ulcisci student, neq; æquitate humanitatē uindictam, sed cupiditate armorum que licentia metiuntur, necessariò clamitantes quasi orbe quodam semper reuoluuntur, continentique successione mala malis redduntur. Res enim secundæ in libidine mortalibus exundant, ut nullum cupiditatibus modum statuant: contrà calamitatibus pressos, ira malorum exagitat, ut cum non constem perierint, ulcisci eos à quibus afflitti sunt, concupiscant, donec animum suum exatient. Reliqua multitudo, etiam si nullam rerum societatem cum his contraxerit, tamen oppressorum misericordia, metuque eiusdem fortis, odioque eius que prævaluuit, ac spe eiusdem licentiae adipiscendæ, miseriis opitulatur. Ita fit, ut hi quoque ciues, qui neutram partem antè sequebantur, in seditionis partem ipsi quoque alliantur, aliique subinde alijs sub specie ultionis (quam semper hi qui oppressi sunt, exigunt) in uindicandis iniurijs succedant, idque malum quasi legitimum iam in orbem

Cladium ac  
ceptarū bel  
lo Pompeij  
& Cæsaris  
enumera-  
tio.

Circulus  
malorū in  
seditioni-  
bus.

orbem recesserat, quibus uicibus cum alijs alijs priuati pereant, ipsam interim Rem publicā omnes ex aequo pefundant. An non uidetis, quanto temporis spacio nos iniucem bello ciuili attruerimus, quot et quanta mala ex hauserimus, aut quod tandem indignum facinus à nobis prætermissum est? Quis enim numerum iniire posse eius pecuniarum multitudinis, quam cum socijs ademissimus, deos despaliassemus, ipsi suprà quam facultates nostræ ferrent, contulissemus, contra nos iniucem impendimus? Quis rationem subducere queat ciuius uirorum multitudinis, quæ perijt, non quidem reliquorum istorum, quorum summa inuestigabilis est, sed equitum, senatorumque, quorum unusquisque bellis exterris uel uiuens, uel mortiens uniuersam ciuitatem seruare potuisse? Quot enim Curtij, Decij, Fabij, Marcelli, Scipiones, occubuerunt, non profecto ut Samnites, Latinos, Hispanos, Carthaginensesue profligarent, sed ut ipsi, pariterque uictores interirent. Ac quamuis uel maximè lugendi sunt nobis hi qui in armis ceciderunt, tamen est cur æquiore animo eorum sit serendum interitus: uolentes enim ( si quidem is uelle dici debet, qui metu cogitur ) in pugnam progressi sunt, mortemque indignam quidem, sed uiro certe dignam oppetierunt, interque spem uictorie sine sensu mortis occubuerunt. Qui uero in domibus, in ijs, in foro, in ipsa Curia, Capitolioque, nec uiri tantum, sed mulieres, neque ualida aetate solum, sed senes etiam, pueriq; miserè sunt trucidati, eorum quis satis exitium deplorare possit? Quæ cum eiusmodi sint, ut neque nos prioribus temporibus unquam ab uniuersis hostibus nostris tantam perniciem accepimus, neque illis intulerimus, quanta nos iniucem affecimus, tamen ab ægrè serendo hec, curaque finem ijs nobis dignum statuendi ita absimus ut gaudeamus

mus insuper, ac dies festos ducamus, hōrumq; malorū au-  
toribus benefactorum nomen tribuamus? Ego quidem nō  
hominum nos uitam hanc, sed ferarum qua rūndam qui-  
bus se in uicem perdere natura est, uixisse arbitror. Ve-  
rū enim uero quid præterita luctu prosequi attinet, quæ  
infecta quidē nunquam reddemus? Quin præsentibus po-  
tiis rebus prospicimus, quarum ego causa præteriorum  
mentionem feci, non ut cōmunes calamitates (quæ utinam  
nobis nō accidissent) commemorē, sed ut uobis carum r.a.  
tione habita persuadeā, ut saltē quod reliquum est adhuc,  
cōseruetis: ad id enim solum recordatio acceptorū malo-  
rū conductit, ut nos ad cauenda similia incōmoda adhorte-  
tur. In præsenti autē re id uobis facere maximē licet ini-  
tio adhuc huius mali, ac à paucis etiānum facta coitione,  
priusquā alteri sperātes se superiores futuros, alteri ina-  
dignè ferētes se abiectos esse, inconsideratē ad rem armis  
decernendā contra suum ipsorū commodū efferantur. Et  
malo occurtere potestis sine labore, sine periculo, sine im-  
pensa, sine cœdibus, si hoc unū decretū feceritis, ut iniuria  
rum mutuò omnis aboleatur memoria. Non enim id nunc  
est tempus, ut si quid à certis hominib. peccatum est, id in  
disquisitionē uocare, arguere, vindicareq; expediat. Ne-  
que enim de causa nunc aliqua cognoscitis, ut exquisitē  
ius dicendum sit, sed deliberatis quānam ratione præsens  
rerum status tutissimē cōponi possit, quod fieri non po-  
test, nisi ad nonnulla conniueatis. Quemadmodum etiam  
in puerorum uitam non exactē inquirimus, sed multa  
dissimilare opus habemus, quippe cū mediocria delicta  
non extremis sint plectenda supplicijs, sed leniter casti-  
ganda: ita nos etiā qui patres populi non tantum nomine,  
sed re uera sumus omnes, non expedit in omnia curio-  
se inquire, ne id nostra sit omnium pernicie. Multa  
quidem

Malorum  
præteriorū  
recordatio  
ad quid  
proficit.

Cōparatio  
puerorum  
castigatio-  
nis.

quidem sunt, quæ Cæsari uitio uerti possunt, ita ut iure  
cæsus uideri posset, multa etiam crima obijci eius inter-  
sectoribus possunt, ut poena digni existimari queant: ue-  
rūm hoc agere, hominum est nouas seditiones expetentū:  
qui autem rectè consultum rebus uolunt, non summum  
ius persequendo incommodare urbi, sed eam æquitate  
adhibita conseruare decet. Itaque quæ iam antè euenerūt,  
eo modo quo grandines diluuiāque accidere solent, no-  
bis obtigisse rati, obliuionis mandate, et iam nunc agno-  
scentes uos inuicem gentiles esse ac ciues, ad concordiam  
redite. Neque uero suspicari quisquam uestrūm debet,  
me propterea. Cæsar is percussoribus gratificari, quod  
ipse quoq; Pompeij partes secutus fuerim: quid enim uer-  
bis opus est? cū censem persuasum uobis esse omnibus, me  
neque amicitiam, neque inimicitiam ullam mei ipsius causa  
suscepisse, sed semper in amore odioq; uestrūm omnium  
commodum, publicāque libertatem concordiamque spe-  
ctauisse. Igitur de mea quidem uoluntate dicere superse-  
debo, pauca quædam in rem uestram loquar. Ego tan-  
tum abest ut priuatae benevolentie causa, ac non cura  
communis salutis hanc sententiam tulerim, ut etiam reli-  
quis omnibus qui Cæsare adhuc rerum potiente contra-  
leges ac consuetudinem patriæ deliquerunt, poenā om-  
nem remittendam censem: neque id solum, sed ut hono-  
res, magistratus, donaque ab eo siti data retineant, quan-  
quam in his sunt, cum quibus mihi non conueniat. Nam  
ut autor uobis ego nequaquam esse uclim huiusmodi alii  
quid agendi, huiusmodique magistratus diligendi: ita cū  
acta hæc iam sint, nihil mouendū uobis statuo. Neq; enim  
tantum ad uos redire detrimentum potest, si certi quidam  
contra leges indignique ipsi ea habeant, quantum pro-  
fuerit, quæd. potentioribus nullum metum conturbatio-  
nemue

summum  
ius aliquan-  
do summa  
est iniuria.

nemus offertis. Hæc mihi in presentiarum dicta sint, quæ res ipsa postulauit: postmodò rebus constitutis, etiam de reliquis consilium capicmus. Hac oratione Cicero Senatum permouit, ut Senatus consultum ficerent, ne quis acceptæ ab alio iniuriæ in posterum menunisset. Interim percussores Cæsaris militibus etiam promiserant, nihil se corum quæ Cæsar egisset, rescissuros. Cum enim eos vehementer indignari animaduertissent, uerentes ne his quæ ipsis largitus fuerat Cæsar, spoliarentur, præoccuperando sibi eos antequam Senatus quicquam decerneret, statuerunt: euocatisque iis qui subter Capitolium aderant, in locum unde exaudiri ipsi possent, quæ ad institutum suum faciebant, apud eos locuti, literis in forum missis, polliciti sunt, se neque adempturos quicquam cuiquam, neque alia ulla relæsuros, uniuersisque Cæsaris actiones ratas esse iussuros, summisque se se iuramentis obstringentes, uerè se hæc præstaturos, ad ascensum eorum animos impulerunt. Ita postquam etiam Senatus consultum annunciatum est, cum milites iam Lepido dediti amplius non essent, eumque exinde percussores non metuerent, ad pacificationem utrinq; concessum est, maximè Antonij opera: quanquam is longè aliud animo suo conceptum habebat. Nam Lepidus ulcisci uelle Cæarem præseferens, nouas res affectabat. ac quoniam exercitum habebat, succedere in Cæsar's posse potentia sperabat, ciuisque rei causa bellum adornabat. Sed Antonius cum hoc eius propositum perspicieret, ipse autem nullis suffultus viribus ad nouas res consurgere auderet, Lepido, ne is præualeret, persuasit ut maiori parti concederet. Itaq; pacificatum est ius que decretæ fuerant conditionibus: neque tamen ante hi qui in Capitolio erant, descenderunt, quam Lepidi Antoniique filios obsides accedentes.

Senatus consultum factum de obliuione præteriorum malorum.

Lepidi &  
Antoni in  
stitutum.

perunt. Ita Brutus ad Lepidum, propinquum suum descendit, Caſſius ad Antonium, proposita securitate. Inter cœnandum cum (ut solet fieri) uarij sermones incidissent, Caſſij dictū. Caſſium Antonius ecquem adhuc pugionem sub ala gemit percontatus est: Ni mirum (inquit ille) magnum admodum, si tu quoque tyrannidem occupare cupueris. His ita tum peractis, neque actum quicquam grauius prætereat, neque expectatum: gaudet populus à dominacione Cæſaris liberatus: nec defuerunt qui eius cadaver inhumatum proiicere in animo haberent. Percussores ocioso animo, nulli præterea rei intenti, libertatis restitutores, tyrannicidaq; cognominabantur. Ceterū Testamētū Cæſaris reci- pōst recitato Cæſaris testamento, cum populus cognouis- set Octauium à Cæſare adoptatum, Antonium uero, D. Brutum, alijsque percussorum quosdam secundos hæredes institutos, munera alia alii, populo autem hortos ad Tiberim, ac uiritim cētenos uicenos, ut Octauius ipso autor est, ut alij, trecentenos fœstertios legatos, animi eorum commotis sunt, eosque Antonius uehementius adhuc irritauit, corpore in forum (cōſilio profecto per quam u.ecordi) illato, propositoque sicut erat à cede sanguinolentum, uulnerib; que extantibus, habita insuper oratione, (elegantia ea, splendidaque, sed præsentirerum statui minime conducibili) in hanc sententiam.

M. Antonij  
oratio fune-  
bris in Cæ-  
ſarem.

Si me priuato Cæſar, Quirites, priuatus ipſe etiam diem clausiſſet, longo sermone m̄hi uſus non fuifſet, neq; singulas eius res gestas enumerandas habuiſſem, ſed pau- cis de genere, educatione, morib; uisque eius dictis, mentio neque aliqua eorum que Reipublicæ causa geſiſſet, fa-cta, perorafſem, ne moleſtiā in his aliquā, qui Cæſari necceſſitate nulla iuncti eſſent, afferrem. Nunc cum is ſummi gerens apud nos magistratum perierit, ego autem proxi- mum

num ab eo magistratum administrarem, necessariò dupli-  
 ci mihi sermone, qui & heres ab eo sum dictus, & cum  
 magistratu sum, utendum est, nihilque eorum quæ dici  
 par est, omittendum: sed quæ unius populus, si uno ore  
 loqui posset, in Laudem eius uiri prædicaturus erat, ea o-  
 mnia ediscere. Evidet non me fugit, quæ difficile sit  
 eam orationem instituere quæ animis uestris satisfaciat,  
 cum alioquin non proclue sit huiusmodi rem tentare,  
 quoniam nulla omnino oratio magnas res ad æquare po-  
 test, & uos ob conscientiam uite Cæsaris inexatiibili  
 uoluntate erga eum affectos, grauissimos ego iudices o-  
 rationis meæ sum habiturus. Quod si apud ignaros uer-  
 ba essent facienda, facile erat eos magnitudine rerum per-  
 territos adducere: nunc loquenti mihi apud eos, quibus  
 res ex note sunt, omnino quæcunque dicentur, rebus  
 ipsis inferiori uidebuntur. Nam sicubi apud extraneos  
 inuidia obstat, quo minus fidem uerba inueniant, atta-  
 men ea ipsa efficit, ut sufficisse hæc quæ dicta sunt, ui-  
 deantur: uobis autem neesse est satis fieri nullo modo pos-  
 se, propter benevolentiam qua erga Cæsarem estis affe-  
 citi, cuius ipsi uirtutum usi fructibus præcipue, laudes eius  
 non cum inuidia, tanquam nihil ad uos pertinentes, sed  
 summo cum studio, tanquam uobis proprias, audire uul-  
 tis. Itaque uestræ uoluntati satisfacere omni ego ui cona-  
 bor: id persuasum mihi habens, uos non uoluntatem meæ  
 orationis facultate estimaturos, sed studij mei habits  
 ratione id quoque in quo oratio mea deficiet, suppletu-  
 ros. Dicam autem primum de genere Cæsaris, non qui-  
 dem id proptere, quod id splendidissimum est: quan-  
 quam id quoque ad uirtutem h. uad parum facit, non for-  
 ti. Qui enim obscuro loco nati sunt, possunt quidem Genus.

hoc sibi adsciscere, ut boni viri sint, atamen eorumdem  
ignobilitatem innata quædam uitia aliquando arguunt.  
Quibus uero sc̄nūa uirtutis à maioribus per multū tem-  
pus ducta adsunt, fieri non potest quin et ingenita et  
perpetua uirtute sint prædicti. Ego autem non id nūc po-  
tissimum in Cæsare laudo, quod si quis nouissimam pro-  
geniei eius partem spectet, à multis nobilibus uiris, si an-  
tiquissimam, à regibus et diis immortalibus prognatus  
est: sed primum quod totius urbis nostræ cognatus est:  
(quos enim ille generis sui autores, eos Roma conditores  
habet) deinde quod cum primi eius patres propter uirtu-  
tes suas decorum progenies existimati sint, hic non mo-  
dò confirmauit eam famam, sed auxit etiam: ut si quis an-  
tè in dubium uocauerit, filiusne Veneris fuerit Aeneas,  
nunc certè credere cogatur. Sanè decorum filij quidā im-  
merito nominatis sunt: Cæsarem uero nemo indignum di-  
uina origine iudicauerit. Aeneas quidem, ciuisq; aliquot  
ncipotes posterique, reges fuerunt ipsi quoque: Cæsar uero  
in tantum ipsos excelluit, ut cum illi Lauinij Albaeque re-  
gnassent, ipse regnum Romæ aspernatus sit: cumque illi  
fundamenta urbis nostræ iecerint, ipse tantum ad fasti-  
gium eam exerexit, ut præter reliqua sua facta, colonias  
etiam maiores his urbis quarum illi reges fuerant, de-  
duxerit. Dixi de genere Cæsaris: consequens est, ut de c-  
ducatione institutioneque dicam, quam nobilitatis ma-  
gnitudini consentancam fuisse, non aliunde melius, quām

Educatio  
Cæsaris, ani-  
mīq; & cor-  
poris bona.

ex actis ipsius demonstrari potest. Non enim fieri potest,  
ut non optimè educatus fueritis, cuius et corpus et ani-  
mus ad omnia pacis bellique opera abunde sufficerunt. E-  
quidem difficile est eundem virū et pulcritudine corpo-  
ris, et tolerātia ceteris præstare, eundemq; et corpore  
esse ualidissimo, et animo prudentissimo: difficilius etiā,  
eundem

eundem & sermone & actionibus pollere. At uero Cæsar noster loquor autem apud consciens, ut neque mendacium mihi sit, quippe confessim coargutum iri cum sciam: neque inflatus quicquam prædicandum, ita enim in contrarium proposito meo partem deferrer: nam & optimo iure loquacitatis insimularer, uirtutemque eius minorem ea quam uos de ea habetis opinione, efficere uelle indicatur. Omnis enim, quæ de huiusmodi re instituitur oratio, si uel exiguum mendacij partem assumpserit, non laudi, sed culpæ oratori datur. cum enim auditoribus res ipsa de qua dicitur, nota sit, ea noticia cum mendacio non conueniens, ad ueritatem fertur: ei que contenta, qualis oratio fuisse debuerit intelligit, ei que collatione uitium deprehendit.) Enim uero Cæsar, quod uerè possum affirmare, & corpore firmissimo fuit, & animo promptissimo. Errat in ipso uis quedam naturæ admirabilis: sed eam exercitatione omnis generis ita confirmauerat, ut non imerit omnes res & cognoscere celerrime, & expondere summa cum fide, & administrare prudentissime posset, nunquam ipsum aut repentinum temporis momentū præuertit, aut occultata dilatio fecellit: ita omnia prius quam acciderent, iam ante cognita habebat, atque ad ea se comparauerat: in indagandis occultis, dissimulandisq; his quæ cognita habebat, plurimum ualebat: arcanæ se cognoscere, cognita sibi ignorare simulandi, his occasiones temporis accommodandi, rationesque de his incundi, singulari que ad finem perducendi artem mirè callebat. Cuius rei certum est signum

In re familiarí curanda attetus, iuxtag; liberalis fuit. Nam & facultates suas ut sibi sufficient, conseruare studebat, & sumptus ubi res id exigebat, amplos faciebat. Propinquos suos, nisi qui essent sceleribus extremis pol-

Vis ingenij  
Cæsaris.

Cæsaris in luti, summoperc dilexit, neque aut ullum ex his afflictum necessarios, amicos, ini- aduersis rebus neglexit, aut felicitatem inuidit, sed & his micos, & ho sua bona auxit, & illis que deerant, suffecit, aliis pecu- stes animo. nias, aliis predia, magistrat. sq;, & sacerdotia aliis lar- giens. Amicis etiam familiaribusq; suis mirificè usus est, ita ut non unum horum contemneret, neminem contumelia afficeret, omnibus se in colloquiis facilem preberet, quo- rum in ipsum extarent officia, eos multipliciter remune- raret, reliquos beneficiis sibi deuincret: neq; uero splendo ri ullius inuidit, augescentemque depresso, sed gauisus est, si quam plurimos sibi & queret, quod eorum dignitatem, potentiam, decusq; eti. an ad se aliqua ex parte redire es- existimabat. Iam inimicis quoque non crudelē sc̄, non in- exorabilem præbuit, sed multis priuatūrum offensarum vindictam remisit, multos qui bellum ipsi intulissent, inde- nes dimisit, honores etiam magistratusque quibusdā de- tulit. Adeò totus ad uirtutem natus fuerat, ut non modò ipse uitio nullo laboraret, sed ne aliis quidem ea incesse crederet. Sed quia haec tenus dicendo progressus sum, inci- piā iam nunc de eius in Rēpublicam actionibus uerba

Quæ Reipu-  
blicæ causa  
Cesar ege- minus manifestam habuisset: nunc adeò euectus, ut non  
tit. sui modò temporis homines, sed omnes qui potentia ali-  
quid unquam ualuerint, superauerit, longè clariorem  
uirtutem suam effecit: utque illos ferè omnes poterit. de-  
clarauit quales essent, ita Cæsarem eadem iam ante no-  
tum, illustriorem fecit. Cum enim eas res agend. is suscep-  
pisset, quæ uirtutem ipsius adæquarent, p. rem se esse iis  
ostendit: solusque inter homines cum tantam fortunā sua  
sibi uirtute parasset, eam neque calumniis aliorum expos-  
suit, neque contumelia affecit. Ego autem quæ Cæsar in  
militia sua, muncribūsque inferioribus ordinatim suscep-  
ptis

ptis gesit, silentio præteribo, quanquam ea tantas sunt, ut  
alij eidam ad laudem abunde satis futura sint: sed manu=  
ta quædam consecutari uideri possim: ea enumeratis, si quis  
ad splendorem subsequetur eius a clorum respiciat, quæ  
ipsa tamen quoque non singulatim accurata narratione  
prosequar, quod exponere omnia non possum, et uo=  
bis omnium conscientias molestus potius sim futurus. Itaque  
primò omnium Cæsar ex Prætura in Hispaniam profectus,  
cum eam non satis fidam offendisset, minimè conce= A' Prætura  
dendum putauit, ut sub nomine pacis iij aduersarios se  
gererent, maluit que ea agere que ex usu Reipublicæ  
forent, quam per ocium tempus magistratus sui exigera.  
Igitur cum ultrò resipiscere Hispani nollent, ui eos  
exstigauit, tantumque eare eos qui gloriam prius ab His=  
pania reportassent, superauit, quanto difficilius est cons=  
seruare res, quam parare, aut id efficere, uti ne quos no=  
uos motus subditi excitent, quam eos ab initio integris  
ad huc rebus utentes subigere. Ea propter et triumphū  
Cæsari uos decreuistis, et statim Consulatum commisi=  
stis. Vnde liquidò constat, cum non suæ cupiditatis, glo=  
riæq; studij causa id bellum gesisse, sed ad reliquæ se com=  
parasse, cum triumpho onusso, ita rebus urgentibus, a=  
etisque uobis pro eo honore, quem satis ad gloriam fisi  
esse ducebat, gratiis, Consulatum occepit: in quo que in  
urbe gesserit, infinita commemorari poterant. Sed post=  
quam Consulatu perfunditus, ad bellum Gallicum missis Res in Gal=  
lia gestæ.

A' Prætura  
in Hispania  
acta.

b:ſque innumerar: ante ne nomine quidem nobis notar: di-  
tioni noſtræ adiecit. Hæc omnia, quamvis neque iustis co-  
piis, neq; ſufficienti pecunia à nobis inſtructus, tanta cele-  
ritate conſecit, ut prius cum uiciffe, quām bellum gerere  
compererimus: tam uero tuta omnia conſtituit, ut in po-  
ſterum in Germaniam, adeoque Britanniā, per Galliā  
transitus patuerit. Itaq; nunc Gallia iſta, quæ quondam  
Ambrones Cimbrōſque nobis immiſit, in ſeruitutem re-  
dicta agriculturam, ſicut ipſa Italia, exerceat: nauigatur  
non Rhodanus tantum, Ararisque, ſed et Mosa, et Li-  
geris, et ipſe Rhenus, ipſe que adeo Oceanus. quorū enim  
prius uix nomina ad nos peruenerant, queq; an eſſent du-  
bitabamus, hec illa nobis ex ignotis acceſſa, ex incexplora-  
tis nauigabilis, ſua altitudine animi magnificentiaque ef-  
fecit. Ac niſi quidem ei, aut uobis uerius, hunc ſucessum  
Bellum con- inuidentes, ſeditionibas motis cum ante conſtitutum tem-  
tra Pöpeii. pus hucre dire coegiſſent, utique totam Britanniā cum  
omnibus circumiacentibus iſculis, omnēmque Germaniā  
ad Oceanum uſque ſeptentrionalē ſubegiſſet: ut imperij  
noſtri limites nō amplius populi, terrae'ue, ſed aer et ma-  
re exterius ambiens fuiffent. Cuius rei uos, cū ma-  
gnanimitatē eius, rēſques geſtas, ac fortunam animaduer-  
teretis, eum quām diutiſimē cum imperio eſſe iuſtiſtis,  
octo uimirum continuis annis: quod ab eo tempore, quo  
per populum reſpublica geri cœpit, nulli unquam con-  
ceſſum fuit. Sed non dubitabatis, qui omnia ea uobis  
pararet: neque ſuſpicabimini fore unquam, uti is ade-  
uerſum uos creſceret. Cum igitur cuperetis, ut pluſimo  
temporis ſpacio in iis regionibus abeſſet, iij qui ſibi ſolis  
reipublicæ administrationem, quaſi non amplius commu-  
nem, uendicabint, neque cum reliqua confiſcere, neque ue-  
ſtrum ſub dominium ea omnia uenire paſſi, ſed multa ne-  
faria,

faria, abusi eius occupationibus, ausi sunt, ita ut Cæsaris  
 uobis auxilio opus esset. Itaque Cæsar institutis nego-  
 ciis intermissis, celeriter uobis auxilium tulit, uniuersi-  
 sámq; Italiam ab impenitentibus periculis liberatuit, His-  
 paniam ab alienatam recuperauit. Cùmque uideret Pom-  
 peium relicta patria propriū sibi in Macedonia regnum  
 parare, eò uestra bona transferre, subditos uestrros cōtra  
 uos armare, uestrisq; uos pecunias oppugnare: primū  
 priuatim publiceq; ad eū legatis missis conatus est per-  
 suadere, ut ab incepto desisteret, sententiāmq; mutaret:  
 summi. q; ei se fide obstrinxit, uelle se cum eo iterum pari  
 conditione uti, postquam nullo modo Pompeium à pro-  
 posito deducere potuit, isque non reliquo modō iure, sed  
 affinitate etiam, que ipsi cum Cæsare intercedebat, uiola-  
 ta, bellum contra uos suscepit, tum deum Cæsar coactus  
 est bellum ciuile attingere. In quo qua audacia aduersus  
 Pompeium hyberno tēpore nūib; prouectus sit, quam  
 confidenter cum eo uniuersam quantumvis regionē ob-  
 tinente congressus sit, quam fortiter cum militem numer-  
 o longe superiorem uicerit, quid dicam? quæ si quis sin-  
 gulatim exponere uelit, Pompeium illum, cuius tanta  
 fuit admiratio, puerum fuisse ostendet, adeò artibus im-  
 peratoriis omnibus à Cæsare superatum. Verum hec  
 quidem missa facio, de quibus neque Cæsar ipse gloriari  
 solebat, odioque necessitatē istam prosequebatur. Post-  
 quam iustissimo arbitrio belli controuersia, à Diis immor-  
 talibus est diiudicata, quicinnam ille tum, qui quidem tunc Clemē:ia in  
uictos.  
 primū in potestatem eius hostis uenisset, occidit: quem  
 Senatorem, aut equitem, aut denique ciuem, quinimodo  
 quem etiam sociorum, subditorumque P. R. non honore  
 affecit? Certè horum nemio necatus est, neque culpatus  
 ab eo, neque priuatus, neque rex, neque populus, neque

urbs: sed alij eius sunt deinde castra secuti, alij honestam impunitatem adepti, ita ut ab omnibus hi qui perierant, deplorati sint. Tantum enim Cæsar's clementia abundauit, ut non modo eos qui Pompeium adiuuissent, laudauerit, omniaque iis ab eo tributa conseruauerit: sed Pharnace etiam, Orodemque odio habuerit, quod anaco ipsorum Pompeio opem non tulissent: quorum alteri paulo post bellum intulit, in alterum uero expeditionem cogitabat. Ipsum quidem Pompeium, si quidem uoluisset, uiuum capere facile potuisset. quod ex eo constat, quia cum non statim insecurus est, sed a fugiendi liberum tempus concessit, mortemq; eius non sine dolore cognouit: t: int. mq; a laudando eius occisores absuit, ut eorum paulo post cede hanc necem compensarit. ipsum quoque Ptolemaeu, quod ad benefactoris sui interitum coniucr sustinuisse, quamuis puerum adhuc, intererit. Quemadmodum autem secundum has res gestas Aegyptum constituerit, quatamque uim pecunie inde attulerit, superfluum fuerit dicere. Pharnacen bello inuadens, qui iam haud exigua Ponti Armeniae q; partem occupauerat, simul et annunciatus est uenire, et uisus est adesse, et collatis signis uicit, una omnia die: quod non minimo esse potuit argumento, nihil ipsum Alexandriae deteriorem redditum, neque luxuriæ causa ibi commoratum fuisse: nunquam enim eam rem nisi multa prouidentia, multoque roto usus peregrisset. Pharnace fugiente, cum se ad conuertenda festim in Parthos arma comparasset, iterum in urbe seditionibus coortis, contra animi sui sententiam: hic aduenit: resq; ita omnes p:cauit, ut nunquam conturbata fuisse uideri potuerint. Nemo enim horum motuum causa, aut morte, aut exilio, aut ignominia ulla affectus fuit: no quod non optimo iure multis paucæ luenda fuerint, sed quod

Aegyptus.  
Pharnaces.

seditio cō-  
politica.

quòd hostes affatim delendos, ciues autem, etiam si qui im  
probi sint, scravandos Cæsar existimabat. Ita fortitudine  
extrancos debellauit, humanitate autem salutem ciuibus  
tumultuantibus, quamuis se penumero indignis ea, con-  
scravauit. Idem hoc in Africa quoque, Hispaniaque egit,  
dimissis omnibus quos non ante quoque captos miseris  
cordia prosequutus fuerat, aduersariis. Sic enim statue-  
bat, stulticie esse, non mansuetudinis, eos qui sepius ipsi  
infidias struxissent, conseruare: primi uero delicti gra-  
tiam facere, neque iram implacabilem gerere, honoris  
busque etiam huiusmodi homines afficere: sin autem in  
malicia sui persecuerassent, è medio eos tollere, id sui of-  
ficij esse. Quanquam hoc quoque cur ego dixi? cum  
multos etiam ex his salute donauerit, anuicis suis, uiclo-  
riæq; sociis singulis unius horum captiuorum supplicio  
eximendi potestate concessa. Que cum innata quadam  
bonitate, non simulata, aut spe emolumenti alicuius af-  
sumpta (qua complures alij in alios usi sunt) fecisse, hoc  
ipsum satis testatur, quòd perpetuò talis fuit, neque  
cum uel ira exasperauit, neque res secundæ corruperūt,  
neque aliud potentia fecit, neque licentiæ mutauit: cum  
tamen difficilimum sit, hominem in tot tantisque, atque  
iis continentibus negotiis occupatum, quorum par-  
tem confererit, partem præ manibus habeat, quædam  
adhuc expectet, eandem semper bonitatem retinere, ac  
non aliquando durius grauiusque aliquid statuere, si  
non ulciscendorum præteriorum, at certè sibi in poste-  
rum cauendi causa. Hæc nimurum ad bonitatem cius de-  
monstrandam sufficiunt. Enim uero à diis prognas-  
tus fuit, qui unū hoc norat, salutem iis, qui quidem salui  
esse possent, donare. Huc accedunt hæc quoque, quòd ne-  
que de iis qui contra ipsum armatulissent, suppliciis alio-  
rum

Quatenus  
ignoscendū.

Bonitaseius rum ministerio usus sumpfit, & eos quorum antea res cor  
in dānatos ab aliis ruerant, restituit. Efecit enim ut omnibus his qui cum

Lepido Sertoriōque fuerant, impunitas dicitur: omnibus qui à Sylla proscripti supererant, incolumentem parauit, eosq; postea reduxit: omnium eorum filios, qui à Sylla uocati essent, honoribus & magistratibus dignatus est, & (quod uel summum est) omnes in uniuersum literas arcanas Pompeij Scipionisque repertas, non lectas a se combusit, ne adseruandas quidem ratus, ne qua alius maleficiorum exercendorum inde occasio suppeteret. Quod eum sic egisse etiam, ac non tantum uerbis praese tulisse, res ipsa declarauit: nemo enim his ex literis non modo in periculum, sed ne in metum quidem peruenit: ac nemo cognouit, quidnam ius in literis contineretur, præter hos ipsos qui scripsissent. Id uero ita admirabile haec in re est, ut magis esse nullo modo possit, quod quicunque erant consiliorumistorumliterarūq; conscij, & dimisi prius quam accusati sunt, & salutem prius quam periclitarentur acceperūt: ipseq; qui eos saluos fecit, ignorauit quorum misereretur. Has ob eius res gestas, ac cetera etiā,

quæ legibus ferendis emendandisque Reipublicæ statio  
præstauit: quæ singula commemorare opus non est, ma-  
sari decreti. gna quidem per se, sed prædictorum respectu non multi  
ponderis, uos cum tanquam patrem amauistis, dilexisti  
ut benefactorem, iisque honoribus exornasti, quos alij  
nulli unquam obtuleratis, præfectum cum urbis imperiūq;  
habere perpetuum cupiuitis, nihil de nominibus anxij,  
quæ omnia ueluti ipso inferiora, ci attribuisti, ut quod  
unicuiq; eorum secundum instituta maiorum usurpato  
ad perfectionem honoris potentieq; exprimendam defi-  
ceret, id rcliquorum additione suppleretur. Ea de causa  
Pontifex maximus deorum respectu, nostrū Consul, mi-  
litum

litum Imperator, hostium Dictator est creatus: quanquā  
 hæc ipsa cur ennumerō? cum paulò pōst eum patr. em pā= Amplificat  
 trix appellaueritis, ut reliqua cognomenta reticeā. Cæte indignitatē  
 rūm is Pater, is Pontifex maximus, is sacrosanctus, is He= cædis, Cæsa  
 ros, is Deus, mortem obiit, obiit (prob dolor) non morbo rū illata.  
 confessus, non senio absumptus, non foris in bello uulne-  
 ratus, non cœlitū innūsso aliquo casu abreptus, sed hic  
 intra mœnia dolo circunuentus periiit: qui tutò in Britan-  
 niā exercitum duxerat, in urbe ea per infidias extin-  
 elus est, cuius urbis ipse pomærium protulerat: in curia,  
 cū ipse aliām ædificasset, occisus est: uir bello clarus, incr-  
 nus: nudus, qui pacem constituerat: ad tribunalia, qui ius  
 dæx fuerat: à magistratib. ipse magistratū gerens: à ciui-  
 bus, quem etiam in mare excidentem hostium nemo in-  
 terficere ausus fuerat, à sociis, quos nō semel misericor= di: prosecutus fuerat, necatus est. Quid tili tandem, ô Cæsar, profuerunt clemētia, sacra & inuiolabilis potesta-  
 tes, legēsq.: At tu, qui lege etiā sepius caueras, ne quis ab  
 hostibus trucidaretur, misericrè ab amicis tuis cæsus es, nūca-  
 q; iugulatus iaces in eo foro, per quod sæpenumero coro-  
 natus pōpam duxeras: uulneribus concisus pro rostris po-  
 situs es, unde ad populū sæpe concionem habueras. Eheu  
 mihi, canos tuos sanguine fedatos: heu uestem tuam la-  
 niatam, quā, ut uidetur, in hoc solum acceperas, uti in ea  
 confodereris. Hec Antonio perorante, populus irritatus  
 primò est: deinde ira commotus, tandem ita exarsit, ut  
 percussores Cæsaris quæsitum irent: Senatoresque etiam  
 reliquos incusarent, quod passi essent cum virum inter-  
 fici, pro quo uti quotannis publicè uota conciperentur,  
 decreuerant: pérque cuius ualitudinem, fortunamque  
 iurabant, quem iuxta Tribunis inuiolabilem esse iusse-  
 rant. Pōst corpus Cæsaris acceptum alij in eam Curiam Corpus Cæ-  
 in qua

fatis crema in qua occisus fuerat, alij in Capitolium ferre, ut ibi comburerent, intenderunt: sed à militibus prohibiti, metuentibus ne simul Theatrum quoque et templa conflagrarent, in foro rogum extruxerunt, eique cadaver imposuerunt. Verum sic quoque multa vicina foro aedificia incendio absunta fuissent, nisi milites obstitissent, nonnullique audaciorum Consulum iussu de rupe Tarpeia precipitati essent. Quanquam ne sic quidem reliquitum multuandi finem fecerunt, sed ad aedes percussorum tetenderunt: obuiosque cum alios, tum Eluium Cinnam Tribunum plebis obtruncauerunt, idque immerito. neque enim ex insidiatoribus, sed iis qui maximè Caesarum diligebant, unus fuit. Uerum errore nominis et cædes facta est, quod Cornelius Cinna Praetor Cesariæ necis socius fuerat. Consules armorum gestatione cum omnibus, præter milites, interdixissent, a cædibus

Ara. cessatum est: aram autem multitudo eo in loco, quo rogus fuerat, extruxit, (nam cremati reliquias liberti eius sublatas, in monumento eius reposucrant) sacrificare que apud eam, et immolare Cæsari, tanquam Deo, instituit. Consules arā eā subuerterunt, quosdāmque indignè ferentes supplicio affecerunt: legem etiam tulercunt, ne quis in posterum Dictator crearetur: execrationesque addiderunt, ac mortem ei qui mentionem Di perpetuum. statur et fecisset, aut eum magistratum in se receperisset: poenam, pecuniāmque ei qui talem occidisset, constituerunt. Hec tum ut securoris temporibus consulerent, decreuerunt: quasi uero in uocabulis uis rei, ac non in armis posita esset, que unusquisque suo more et sumit et usurpat: iisque cum magistratum in quo iis utitur, utcunque is nominetur, polluit. Eos etiam tum, quibus ager a Cæsare adsignatus fuerat, statim in colonias emiscerunt, ne quid

Lex de Dictatore abolutione in perpetuum. abo litione in perpetuum. runt, ne quis in posterum Dictator crearetur: execrationesque addiderunt, ac mortem ei qui mentionem Di perpetuum. statur et fecisset, aut eum magistratum in se receperisset: poenam, pecuniāmque ei qui talem occidisset, constituerunt. Hec tum ut securoris temporibus consulerent, decreuerunt: quasi uero in uocabulis uis rei, ac non in armis posita esset, que unusquisque suo more et sumit et usurpat: iisque cum magistratum in quo iis utitur, utcunque is nominetur, polluit. Eos etiam tum, quibus ager a Cæsare adsignatus fuerat, statim in colonias emiscerunt, ne quid

ne quid nouarum rerum molirentur. Percussores, qui= Percussores  
bus prouincie sorte contigerant, in eas amandarunt, reli Cæsar is e:  
quis diuersa in loca alia alium sub prescriptione ablega milli.  
uerunt, multique eos benefactorum suorum numero cen-  
sentes honorauerunt. Ita Cæsar uitam suam clausit. ac  
quoniam in Curia à Pompeio ædificata, ac pone statuam  
eius ibi positam occisus fuit, uisus est ei poenæ aliquomo-  
do persoluisse: quod accessit etiam, quod ingentia tonitrua,  
et effusus imber id facinus subsecutus est. Porro in eo tu-  
multures commemoratu non indigna accidit. C. quidam  
Casca cum Helvio Cinnae causam interitus fuisse animad- C. Casca ut  
uertisset, quod idem cum Cornelio Cinna Prætore nomē  
gesserat, ueritus ne ipse quoque periret, cum P. Seruilius  
Casca unus ex Tribunis et percussoribus Cæsar is fuis- P. Seruilius  
set, literas publicè proposuit, quibus et nominis commu- Casca,  
nionem, et diuersitatem sententiarum utriusq; expone-  
bat: ac neuter quidem in periculum uenit, quod Serui-  
lius custodia ualida utebatur, C. tamen Casce factum id  
memorabile esse iudicatum fuit. Huiusmodi erant, quæ  
eo tempore ab aliis, et ab ipsis Coss. agebantur. Nam  
Dolobellæ Antonius, et si initio statuerat ad Consulatum Delobellæ  
non admittere, nondum ad eum pertinentem, tamen colle- consulatus.  
gam sibi esse, ne seditionem moueret, passus fuit. Porro  
sed ito tumultu Antonius, postquam ei acta Cæsar is in= Antonioma  
spicere, exequique que is fieri iussisset, mandatum fuit, la fide man  
continentiam animu exiit, atque ut primum tabulas in exequitur,  
in eas retulit, leges etiam alias supponens, pecunias ma- data Cæsar is  
gisstratisque aliis ademit, aliis tribuit, quasi ex Cæsar is  
mandatis et agens: pecuniæ etiam multam hac ratione  
coegit, multa priuatos homines, populosq; expilauit, re-  
gibisq; aliis terræ, aliis libertatem, aliis ius ciuitatis, aliis  
imm

immunitatem uendidit. Hæc omnia in columnas etenac inscritum, quanquam senatus edictio cauisset, ne qua statua, de legibus à Cæsare factis, poneretur: quinetiam cum uehementius instaret Antonius, atque Cæsarem multarum ac necessariarum rerum autorem fieri dixisset, Senatui iubenti, ut eorum disquisitione cum optimatibus communis caret, non paruit. Octauium porro, adolescentem adhuc, rerumque imperitum, hereditatemque ut difficilem, ac quæ teneri facile non posset, à se remouentem, prorsus despexit: atque ipse ita omnia gesit, quasi heres non factum modò Cæsaris, sed potentiae etiam relictus esset. Inter alia quæ egit, exules etiam nonnullos restituit: cùmque Lepidus multum potentia ualeret, cùmque Antonius magnopcrè metueret, filiam suam Lepidi filio nuptū dedit, ipsumque patrem Lepidum Pontificem Maximum, ne in ipsius actiones inquireret, constituit. Quod ut facilius conficeret, Pontificis Maximi electionem à populo ad Pontifices iterum transtulit, per eosque Lepidum, omnibus ferè maiorum institutis negleclis, iniiciavit, cum ipse id sacerdotium obtinere potuisset. Hæc erant quæ tum Antonius agebat.

\*

DIO



# DIONIS ROMANAЕ

HISTORIAE LIBER Q V A-

dragesimus quintus, Gulielmo Xy-  
landro Augustano in-  
terprete.

## CAPITVM HVIVS LIBRI INDEX.

De C. Octauio, qui postea Augustus cognominatus est.

De Sexto Pompeio, Pompeij filio.

Quomodo discordia Inter Cæarem & Antonium obortæ sint.

Ut Cicero aduersus Antonium concionem habuerit.

Hæc autem acta sunt reliqua parte eius anni, quo Iulius Cæsar fuit  
Dictator. V. M. Aemilio Lepido Magistro equitum, & Consul.  
V. cum M. Antonio.



. O C T A V I V S Cæpias ( hoc enim  
nomen fuit Attie filio, que sororis  
Cæsaris filia erat ) Velitris Volscorū  
oppido oriundus fuit, pupillus autem  
à patre suo Octaviore relictus, apud ma-  
trem, & uitricum suū L. Philippum  
educatus est. Postquam adoleuit, cum C. Cæsare uixit, qui  
liberis ipse carens, magnāmque de eo adolescentē spem  
habens, summo eum amore complexus est atque fouit,  
eumque sibi nominis, fortunarum, regnique sui heredem  
constituerat. Quod quo magis faceret, Attia etiā mouit,  
que etiam atque etiam affirmabat, Octavium hunc ex  
Apolline conceptum fuisse: quod cum in eius Dei templo  
quodam tempore obdormiuisset, uisa sibi esset cum draco-  
ne coire, ac tempore ad eum conceptum competenti,

C. Octauij  
(qui deinde  
Augustus  
fuit) genus.  
Educatio.

A

Octavius  
Apollinis filius  
creditus.  
Nigidius Figulus.

Octauium p̄ceperisset: præterea antè quām cum partum edidisset, per quietem sibi uisum esse, quasi intestina sua in cœlum efferrentur, atque hinc supra uniuersam extenderentur terram. eadēque nocte Octavius ex coniugis pudendis solē exoriri imaginatus fuit. Infanti recens edito, Nigidius Figulus Senator statim imperium uaticinatus est, qui ea tempestate omnē cœli descriptionem, fideturūque differentias, & eorum proprias, quasq; coituum inter uallorūme suorū ratione effectiones ea edunt, præ exteris adeò callebat, ut prohibitis quibusdam studijs eum uti crederetur. Is Figulus Octaviū, qui ob filij nativitatem in Senatum tum fortè convocatum tardius uenierat, obuiari facilius interrogauit, cur cunctus fuisset, cognitique causa exclamauit: Domini nobis genuisti. Eo sermone conturbatum Octauium, ac necare infinitem uolnem, inhibuit, quod ei infanti tali quid cuenire impossibile foret. Haec ea die qua in lucem natus est C. Octavius, acta sunt. Cum in agro is educaretur, aquila panē ei è manib; eripuit, ac in sublime euolauit, post se iterum demisit, panemque ei reddidit. Puer adhuc cum Romæ ageret, in

Ciceronis somniū de Octauio.  
Catuli insomniū de eodem.

somniū de

Ostia in Capitolo iuxta Ioue accepisse: cūmque ignoraret, quem nam cum uidisset, postridie in eum fortè fortuna in ipso Capitolio ircidit, agnouitque, & ijs qui aderat quæ sibi apparuissent exposuit. Catulus autem qui ipse quoque Octauium nunquam uiderat, per quietem putauit omnes nobiles pueros ad Iouem in Capitolio accedere. cūmque imaginem Rome in Octauij sinum inicuisse: eo insomnio territus, in Capitolium adorandi Iouis causa ascendit: cūmque ibi Octauium, qui ipse quoque fortè comedem se contulerat offendisset, firmam eius cum ea quæ in somnis oblata sibi fuerat, contulit, ueritatēque insomnijs apud

apud sc̄e confirmauit. Postquam Octavius etate adul-  
tior factus virilem togam assump̄it, tog. i ea utrinque ab  
humeris rupta ad pedes ei decidit. id per se non in pr̄sa-  
gium bone alicuius rei tractum est, sed dolorem pr̄senti-  
bus attulit, quod in assumptione uestis virilis accidisse: t:  
sed Octavius, Dignitatem, i:quit, Senatoriam omnem sub  
meis pedibus habebo, idque ab eo tum temere, ut in buc-  
cam uenerat, prolatum, euentus comprobauit. Hac Cæsa-  
rem in magnam de Octavio spem adduxerant, idcōq; cum  
ad Patricios reduxerat, adque gerendum magistratum  
erudiebat, in omnibusque ijs, que in eo requiruntur, qui  
tanto imperio recte, ac ut dignum est pr̄esse debet, accu-  
ratē instituebat. Oratoria etiam arte non in Latina tan-  
tum, sed Græca quoque lingua instruebatur, in militiæ  
laboribus magnopere exercebatur, omnes Reipublicæ  
gerendæ, magistratuūque administrandorum artes dir-  
scebat. Proinde is Octavius, quo tempore Cæsar occisus  
fuit, Appollonie (quæ urbs est ad Ionium mare) discipli-  
næ capiendo ergo morabatur, missus cō à Cæsare Parthi-  
cam expeditionem parante. Cæsaris morte audita, quan-  
quam, ut par erat, c̄grè eam ferret, tamen noui quicquam  
conari non audebat, cum quod nondum audierat se filium,  
hæredemque ab eo institutum fuisse, tum quod initio po-  
puli consensu ea cædes approbata nunciaretur. Cum ue-  
rò Brundusium transmisisset, ibique de testamento Cæsa-  
ris, posterioreque populi sententia certior factus esset,  
omni mora pr̄cisâ, idque eo magis, quod secum magnam  
uin pecuniae militumque à Cæsare præmissam habebat,  
statim uomen Cæsaris assump̄it hereditatemque iniit, et  
ad negocium exequendum se contulit. Videbatur eo tem-  
pore temerariè nonnullis, nimisque audacter agere: sed  
Post quia fortuna prosperausus, rem præclarè gesserat,

Institutio  
Octavi.Octavius  
quemadmo-  
dum hære-  
ditatem suā  
adiecit.

fortitudinis titulum inuenit. Iam enim usum receptum est,  
 Concilia se ut qui rem aliquam non recte aggressi, tamen feliciter  
 rē euētu pō derantur, perficiunt, optimo consilio usi existimentur: alij contrā  
 stulticie culpentur, cum re optime deliberata, uoti compo-  
 tes facti non sunt. Quem ad modum Octavius quoque rem  
 pericolosissimam conatus est, quod cum iam primum ex  
 pueris excessisset, annum agens decimum octauum cūmq;  
 uideret successionem in hereditatem ac genus plenam in-  
 uidie criminis que esse, tamen ea ausus fuit suscipere,  
 que Cæsari inultæ cædis causam attulissent: idque neque  
 percussores eius, neque Lepidum, neque Antonium me-  
 tuens, iudicatus tamen est, non mala consilia fecutus suis-  
 sc postquam rem feliciter consecit. Cæterum diuinitus  
 quoque haud obscurè significatum est, qui tumultus eam  
 rem essent comitaturi. Ingrediente enim Romam Octa-  
 uio,iris circum solem.  
 Iris circum Cæ-  
 solem.  
 Cæsar, qui antē Octavius, post Augustus dictus fuit, sic rem  
 Octauij mo- aggressus est: ita uero consecit, ut uiros omnes audacia,  
 deratio in iuuens omnes prudentia superasse uideatur. Primum in  
 perenda hæ- urbem tanquam solius hereditatis ad cunctæ causa priua-  
 teditate. torum habitu cum paucis, absque omni apparatu, intras-  
 uit, neque aut minatus est ulli, aut se ea que acta essent  
 moleste ferre, pœnâsue exacturum ostendit: deinde tantum  
 à repetendis ab Antonio, quas ille intercepserat, pecunij s-  
 Antonij in abfuit, ut cum demercri contrā, quanquam contumelij s-  
 Cæsare in- ab eo iniurijsq; affecitus, instituerit. Antonius enim pre-  
 furiz. ter quam quod re uerbisque Octauium alias lēdere so-  
 lebat, promulgationem legis curiatæ, ( secundum quam  
 eum in familiâ Cæsaris adoptari oportebat ) quanquam  
 se eam ferre simulabat, per Tribunos plebis quosdam ex-  
 traxit, ut Octavius cum nondum secundum leges filius  
 Cæsaris esset, neque de facultatibus eius inquirendi por-  
 testatcm

testatem haberet, et in reliquis quoque rebus infirmior esset. Quæ etsi erant Cæsari molestæ, tamen quod tutò sibi liberè agere non licebat, tantisper tolerauit dum multitudinem, cuius opera patrem suum cò incremèti peruenisse, nouerat, sibi conciliaret: eam cum iratum propter huius cædem animaduerteret, sibique ut eius filio cupituram speraret, esseq; eam Antonio, propterea quod magister equitum fuisset, quodque in percussores Iulij Cæsaris non uindicasset, infensam cerneret, Tribunatum plebis affectauit, ut ex populum demulcendi, et Tribunicia potestate utendi facultatem haberet. itaque Cinne in locum, cui successum nondumerat, ut substitueretur contendit: cumque id ne fieret, Antonius effecisset. ne sic quidem quieuit, quin Tiberio Cannutio Tribunoplegebis persuaderet, ut se ad populum produceret, eius munieris nomine, quod populo Cæsar legauerat. itaque Octavius ad populum habita oratione, quæ instituto suo negocio conueniret, numeraturum se statim eam quam Cæsar iussisset, pecuniam, pollicitus est, iniecta etiam multorum aliorum donorum spe. Deinde ludos institutos ob perfectionem fani Veneris, quos uiuo adhuc Cæsare quidam se celebraturos receperant, sed tum sicut ex equestre certamen Parilibus, negligebant, ipse suis sumptibus, tanquam ad se ratione generis pertinens, ad captandam populi gratiam fecit: sellam tamē Cæsaris auream, coronamq; gemmis ornatam in theatris ( quamuis ita fuerat constitutum) Antonij metu non intulit. Ceterum stella quædam quotidie inter Septentrionem et Occasum apparuit, eamq; aliquæ huiusmodi signum sequi consueuissent: creditum quidem hoc à plebe est, sed tamen Cæsari eam, immortalitatem nimirum iam adepto, inq; siderum numerum

Cæsar Tribunatu plicbis affectat.

Tib. Cannutius Tribunoplegebis.

Ludi ob perfectam Veneris aedi.

Cometes.

allectio, sacram esse dixerunt. Eare Cæsar animo confirmato, statuam patris æream, cum stella supra caput, in Veneris templo posuit. Cum id metu plebis nemo prohiberet, reliqua etiam quæ iam antè in honorem Cæsaris decreta fuerant, facta sunt: quippe et mensis iulius non natus, et propter uictorias eius strie instituta, sacrificiumque est. Has ob causas milites etiam promptè Cæsari se se adiunxerunt. præsertim nonnullis pecunia conciliatis, iamq; murmura suboriebantur, uidebanturque nouæ res impendere. Quam opinionem uel maxime confirmabat, quod Cæsarem in Prætorio conatè de sublimi conspicuoque loco, ut patre superstite consucuerat, uerba facere, Antonius prohibuerat, detracti, mq; per lictores exturbārat: id magnam apud omnes indignationem mouebat, ac præcipue, quia exinde Cæsar siro se omnino abstinet.

Antonij & nebat, ut Antonij inuidiam augeret, animosq; multitudinis of-  
fensæ, ac re-  
diut: in gra-  
tiam.

Cæsaris of-  
fensæ, ac re-  
diut: in gra-  
tiam.

et benevolentiam ei se debere fateri, paratumque esse ad omnem similitatem abolendam, quæ cum Cæsari essent annuntiata, congressus est cum Antonio, uisiq; sunt in gratiam mutuò rediisse. Ut ergo enim etsi satis certus sue sententie erat, tamen tunc eam exponere, intempestivum existimabat: itaque alter alteri non nihil concedebant. Cum aliquot dcinde dies queuisserent, post nouæ suspiciones insinuauerunt, iniurie citi, isque instaurauerunt, siue ille metu uerarum infidiarum, siue falsis ex calumnijs (uti fieri in

Eorum qui huiusmodi rebus assolet) obort. e. Qui enim post uehemen in gratiam teis iniurias in gratiam redcunt, multa leuiuscula, ac munera suæ temere accidentia in suspicionem rapiunt, atque in uniuspunctiones. uersum omnia tanquam consulto et malam in partem facta, ad conceptum antè odium apponunt. Hanc ad rem illi,

illi, qui inter hos obuersantur, haud parum conserunt qui bencvolentiae prætextu sibiinde aliquid annūciantes, animos iam antè irritatos magis exasperant: plurimi enim sunt, qui potentiorum iniicitis gaudent, quorum animi cum sint etiam antè similitibus inuicem correpti, facile corum in hoc ipsum paratis sermonibus decipiuntur: qui odio ipsorum delectari, insidias ipsis sub amicitie nullius dolis suspecte specie struunt. Quo sanè modo Cæsar quoque & Antonius, cum neuter alteri crederet, magis etiam animis à se inuicem abalienati sunt. Antonius ergo, cum augeri potentiam Cæsaris perspicceret, ad inescādam plebem, si qua eam ratione à Cæsare auellere, sibiique adiungere possit, animum adiecit. igitur per L. Antonium fratrem suum, Tribunum plebis, promulgationem tulit de multis agris, ijsq; etiam qui essent in paludibus Pontinis (cum tamen eæ nondum complanatae, nedum agricultus re aptæ essent) populo diuidendis. Erant eo tempore tres fratres Antonij, gererbâtq; quilibet eorū aliquem magistratum, M. Consulatum, L. Tribunatum plebis, C. Prætoriam: itaque facile etiam poterant eos qui sociis subditisq; P. R. præcrant, percussoribus tantum Cæsarisque, hisque qui ijs fidi erant, exceptis, præfectura deponere, aliosque in eorum locum substituere. alijsq; cōtrā imperium ultrà quam Iulius Cæsar constituisset, prorogare. Proinde hoc agebant, ut Macedoniam, quæ M. Bruto forte obtigerat prouincia, C. Antonius sibi uendicaret: Galliā uero Cisalpinam D. Bruto assignatam, quod & militibus & pecunijs instruclissima esset, ipse M. Antonius cum eo exercitu, qui Appollonium fuerat prenüssus. Hec igitur decrecebant. Præterea Sexto Pompeio, qui iam magnas copias contraxerat, impunitas, quæ ei à Cæsare cum multis alijs data fuerat, confirmata est; decretumq; ut pecunia, quæ in

Antonius  
quæ in populi gratiā,  
& suū ipsius usum, decreta fieri cura uerit.  
L. Antonius  
Tribunus plebis.  
C. Antonius Prætor.

Macedonia  
& Galliam  
Antonij sibi uedicat.

Sextus Rom  
peius in integrum re  
stitui iussu.

argento auróue ex paternis eius bonis in ærarium essent repositæ, restituerentur: prædiorum autem maiorem partem Antonius habebat, neque quicquam reddebat. Sed Sexti Pompeii res ipsius quoque Sexti exponendæ sunt. Is cum à seipso res in Hispania profugisset, primum in Lacetaniis se abdcens, pcrficit, & discels secutores latuit, quod patris memoria eum is populus beatus ex ea.

neuolentia prosequebatur: post cum Cæsar in Italiam se recepisset, in Baetica exercitu non magno relitto, Lacetani, atque hi qui ex prælio superfuerant, Sexto se se coniunxerunt. Cum his Pompeius in Baeticam, quod eam suis rebus commodiorem iudicabat esse, regressus, multis urbibus, alijs aeditione, alijs ui receptis, idque eo facilius, quod iam Cæsar mortem oppetierat, nihilque uirium præfectus

C. Asinius  
Pollio.

Error ho-  
stium ui-  
riam Sexto  
parit.

eius C. Asinius Pollio habebat, ad Carthaginem, eam que in Hispania sita est, arma conuertit. Cumque Asinius per absentiam eius socijs ipsius maleficium inferret, reuersus

ualida cum manu Sextus, prælio congressus cum Pollio, in fugam eum conuertit: reliquos fortiter pugnantes casu quodam huiusmodi accidente terruit, ac uicit: Asinius quo facilius in fuga latèret, paludamētum abiecerat, alijs quidam inter equites præcipiis, cognominis Polioni, ceciderat: ita cum alterius paludamētum in hostium potestatem uenisset, alter occubuisset, militesque alterum uidissent, alterum audijssent, in eum errorem delapsi sunt, ut ducem suum cæsum crederent, itaque cesserunt. Sextus ea uictoria potitus, totam ferè eam regionem obtinuit.

Lepidus Pō  
reio restitu-  
tionem cō-  
ficit.

Cum iam potentia ipsius aucta esset, Lepidus finitime Hispanie præfuturus aduenit, persuasitq; ei, ut redditis sibi bonis paternis pacificationem admitteret, idque Antonius amicitia Lepidi, odioque Cæsaris ita uti decerneretur, perfecit, quibus conditionibus acceptis Sextus Hispania excessit. Interim Cæsar & Antonius, quam-

quam aperte inter se bellum non communiserant, tamen ita contra se mutuò omnia agebāt, ut quantumvis id occulta rent, tamen res ipsae omnia hostilia arguerent. Erant eo tempore omnia Romæ incomposita atque confusa: in pace enim bellum gereretur, imago quedam libertatis proponebatur, at qui ex potentia omnia agebantur: palam ~~An-~~  
 Antonius, nimis Consul, præualebat, cæterum fauor populi ad Cæsarem inclinabat, partim propter patrem, partim ob spem sibi ab hoc promissorum: uerum præcipue hac de causa, quod Antonij magnam iam potentiam, mox leste ferebant, Cæsarem uero minus ualidum adhuc, adiuabant. Nam neutrum quidem diligebant, sed homines semper nouarum rerum appetentes, quorumque ita ferret natura, ut demoliri potentissimum quenque, oppressum autem adiuuare studebant, Antonio Cæsareque ad suas cupiditates explendas utebantur: itaque cum tunc per Cæsarem Antonium deicissent, post Cæsarem quoque euertere conatis sunt. Quippe semper infensi potentioribus, infirmioribus opem præstare, isque in superioribus deprimendis usi, ipsos quoque deinde odio habere consueuerant, cum ad statum inuidiae expositum euexissent: quo siebat, ut eosdem amore odioque prosequerentur, eosdem exaltarent atque humiliarent. Ita Romanis erga Cæsarem Antoniumque affectis, bellum tali ex principio coortum est. Antonio Brundusium ad milites, qui eò ex Macedonia transmiserant, profecto, Cæsar eodem suos cum pecunijs, qui sibi illos milites conducerent, præmisit, ipse in Campaniam usque progressus, magnam manum, ex Capua præsertim contraxit, quod hic à patre ipsius eam urbē agrosque accepissent: is multa pollicitus est, deditque; confessim singulis duo mília nummūm. Hec legio Euocatorum appellata fuit, quod miseri facti à militia rur-

Romz res  
in statu in-  
certo.

Romanorū  
consuetudo  
in euerten-  
dis potenti-  
bus, & abie-  
ctis ad po-  
tentiam e-  
uochendis.

Belli cōtra  
Antonium  
occasionses.

Cæsar exer-  
citus pa-  
rat.

sus ad eam conuocarentur. His ad se receptis, Cæsar ana-  
 Oratio Cx.  
 satis ad po-  
 pulum. tequām Roman rediret Antonius, in urbem reuersus ad  
 plebem sibi in hoc à Cannutio paratam progressus, me-  
 moriam patris sui, multis apud eos uerbis renouauit, eis  
 res egregie gestas recensuit, de se quoque multa mode-  
 stè dixit, Antonium accusauit: milites qui se essent secuti  
 laudauit, quod ad auxilium urbi ferendum adessent, séq;  
 ad id delegissent, ac per se id populo exponerent. Ob hæc  
 uerba laude, ut compositum fuerat, plebis, multitudo risq;  
 quam secum habebat, exceptus, in Hetruriam profectus  
 est, ibi quoque militum cogendorum causa. Antonium au-  
 tem milites qui Brundisi erat, primò amice accepterūt,  
 sperantes se plura his quæ à Cæsare promissa fuerant ac-  
 cepturos; nam & longè locupletioreme eo esse credebant:  
 postquam ccc tantum singulis scutis pollicitus  
 est, ortoque tumultu eam obrem, ante oculos suos uxori-  
 isque cedi centuriones quosdam iussit, eo quidem tem-  
 pore quicuerunt: sed euntes in Galliam, cum non procul  
 ab urbe abessent, tumultuati sunt: spretisque tribunis mili-  
 tū sibi præfctis, cōplures ad Cæsare transuerūt: legioq;  
 Martia tota, & legio quarta ei se adiunxerunt. His Cæ-  
 sar acceptis cum sicut prioribus argentum diuisisset,  
 multos etiam reliquorum ad se pertraxit, elephantis-  
 que Antonij subito omnib. potitus est, cum in eos præter-  
 uehētes incidisset. Postquam uero Antonius Romanū re-  
 uersus, constitutisque ibi rebus, & militibus reliquis, Se-  
 natoribsq; qui cum ijs erant sacramento adactis in Gal-  
 liam, ne in hac quoque motus aliqui existerent, prope-  
 rauit, Cæsar nulla mora interposta cum insecurus est.  
 Præcrato tempore Gallie D. Brutus: in quo, quia Cæsaris  
 cædis participes fuisset, haud parum spei sibi Antonius po-  
 ncbat. Verum Brutus cum neque Cæsarem ulla in suspis-  
 cione

Quo cor-  
io Cæsar D.

cione haberet (nihil enim is patris sui percursoribus mis-  
natus fuerat) & Antonium non minus suum aliorumq; or-  
minium qui potestatem aliquam haberent, quam Cæsar is  
hostem ex insita hominis cupiditate cognosceret, Anto-  
nio non cessit. Cæsarem ea res diu suspicsum tenuit, nam  
utrumque oderat, neque tamen utrumque simul oppu-  
gnandi facultatem habebat, quod uix dum aduersus alterum  
utrum satis virium haberet. Verebatur etiam, ne si hoc  
conaretur, ipsos inter se coniungeret, bellumque aduersus  
ambos gerendum haberet: itaq; id cogitans, in præsen-  
tiarum sibi aduersus Antonium certandum esse, ultionis  
autem cœdis paternæ tempus nondum adesse, cum Decia-  
mo sibi societatem iungendam statuit: haud ignarus se eū,  
si nunc ciuius auxilio præsens negocium ostinuisse, in po-  
sterum facile debellare posse: fore autem ut hoc pacto  
Antonij summum hostem nunc secum haberet, nam inter  
Brutum ac Antonium summa erat dissensio. Itaq; ad Brus-  
tum misit, qui ei suam amicitiam, bellique societatem offer-  
rent, si quidem Antonium non receperisset: eoque effectum  
est, ut oppidani etiam Cæsar is rebus stude rent. Tunc igi-  
tur in Senatu (iam enim in exitu annus erat, ac neuter  
Consul um ad urbem erat, Dolobella etiam in Syriam ab  
Antonio præmisso) decretæ sunt laudes Mutinensibus Militibus,  
(eam enim D. Brutus urbem tenebat) militibusque, qui & Mutinen-  
sibus gratia Antonium dereliquerant: Tribunis etiam plebis suffra-  
gantibus. Vtque initio noui anni tutius possent in rem  
præsentem consulere, nullum præsidio Curiam munire  
statuerunt: idque cum reliquis qui tum Romæ erant  
plerisque, magno Antonij odio flagrantibus, placuit: tum  
uero in primis Cicroni, qui cum infensiissimus esset An-  
tonio, Cæsari studebat, omni que & oratione & actio-  
ne, pro viribus Cæsarem iuuabat, Antonio que incommodo-  
dabat:

Brutum sibi  
contra An-  
tonium ad-  
sciuerit so-  
ciuum.

dabat : eiisque rei causa, cum esset urbe profectus, filium suum, quem Athenas discipline capiendo gratia mittebat, comitaturus, postquam bellum inter eos coortum audiuit, Romam se recepit. Haec eo anno acta sunt. præterea Seruilius Isauricus extremasenatus diem clausit. Cuius hac de causa mentionem feci, ut ostenderem quanta eo tempore Romani reverentia erga eos qui dignitate aliqua praestarent, usi, quantoque odio impudentes, etiam minimis in rebus, prosecuti fuerint. Is enim Isauricus, cum sibi pedibus ingredienti quidam equo uehēs obuiam factus equo non desiliisset, sed recta præteruectus esset, ubi eum forte in iudicio uadimonium habentem agnouit, rem eam iudicibus narrauit; iūq; tanta indignatione correpti sunt, ut indicta causa hominem condemnarent.

A.D. V.C. 711 A. Hirtio, C. Pansa (nam is quoque tumerat Consul creatus, quamquam pater ipsius in tabula proscriptoris Syllanæ signatus fuerat) Consulibus, Cal. Ianuarijs Se natus est conuocatus, pérque dies continuos tres deliberatum: ita enim perturbati erant instantे bello, prodigiisque que multa ex terribilia acciderant, ut ne religiosis quidem diebus consultationem de sua salute intermitterent. Fulmina nanque per multa deciderant, quibusdāmque cella Iouis Capitolini quae erat in templo Victoriae, talta fuerat: uentus uehemens coortus, columnas quae posite erant circa fanum Saturni & Fidei euulserat ac dissipauerat. statuam quoque Mineruae custodis, quam ante exiliū suum Cicero in Capitolio collocauerat, deiecerat ac confregerat, quo Ciceroni pernicies portendebatur. Ad terrorē autem reliquis iniiciendum accesserant terre motus ingens, & quod taurus in templo Veste mactatus postrem sacram exilucrat; fax per celum ab ortu ad occasum percurserat, stella quædam antē non uisa per nullas

Minerua  
Ciceronis.

tas dies apparuerat: solis lumen aliquando diminui, extinguique aliquando intra tres circulos effulgere, quorum unum corona spicarum ignita circundaret, uisum fuerat: quo id quod futurum erat, euidentissime fuit demonstratum. nempe trium uirorum, Cæsaris, Lepidi, Antoniique potestas, è quibus Cæsar deinde rerum potitus est. Quinetiam uaticinia quæ status Republicæ popularis euersionē prædicerent, euenerunt. Nam corui in Castoris templum in uola uerunt, nominaque Coss. Antonij et Do- labellæ in tabella quadam scripta rostris exciderunt. Cænes multi noctu urbem totam peruagati, ac maximè ad Lepidi pontificis Max. ædes concursu facto ululauerunt. Padus cum in adiacentes terras admodum exundasset, repente retrocessit, magnamque serpentium multitudinem in sicco destituit. pisces innumerabiles ex mari per ostia Tiberis in continentem eieci sunt. Hæc omnia pestis uehemens exceptit per totam ferè Italiam: atque eius causa decretum est, ut Curia Hostilia reficeretur, isque locus in quo naualis prælij specimè exhibitum fuerat, terra intacta completeretur. Neque tamen hæc finis malorum fuit: quinetiam altero Consulum sacra Calend. Ianuarijs faciente, quia tum magistratum inibat subito lictor condidit, atque expirauit. Igitur istis diebus consultatum est, multisque in utrinq; partem sententijs dictis, hæc Cicero orationē habuit: Cur profectionem ab urbe, P.C. quasi diu absfuturus instituerim, cùrque celeriter in urbem redierim, spe plurimum uobis commodi adferendi, antè uobis exposui: quòd nimirum neque in dominatione tyrannide que uiuere possem, ubi neque rem publicam curare, neque liberè sine periculo sententiam dicere, neque morte adeò meam uestra cum utilitate coniungere possem, quòdque uiciissim nullum mihi periculum subterfugiendum esse

Oratio Ciceronis in Se-  
natū cōtra  
Antonium.

esse existimare, si quid in rem uestram efficere possem, Tam enim uiri boni officium esse iudico, se ipsum patriciisibus conseruare, cauererque ne temerè pereat, quām officio suo neq; dicendo deesse, neque agendo, neq; mortem etiam pro salute eius detrectare. Quæ cum sic se habeat, et si Cæsar opera effectum uidetur, ut satis tutò possimus consilium de rebus urgentibus inire: tamen quoniam decreuistis, ut præsidio adhibito Senatus coiret, omnino in hoc nobis incumbendum est, ut & impræsentiarum ita rem constituamus, & futuris ita prospiciamus, ne pari ratione deinde de iisdem deliberandi nobis necessitas imponatur. Enim uero rem difficilem atque arduam esse, ac quæ diligentia curaque magna indiget, uos ipsi si nulla alia re, certè præsidio Curiæ circumfuso declarauistis, quod nunquam instituissetis, siquidem solito ornatum atque securitate consultare uos posse iudicaretis. Quare etiam propter milites qui adsunt, necesse habemus aliquid operæ preeium statuere, ne dedecus aliquod nobis contrahamus, qui tanquam aliorum metu militibus adscitis, ita deinde negligenter rem agamus, quasi nullo impendente terrore.

\* \* \*

Quasi uero opus sit cum ultra reliquos exercitus, quos contra patriam contrahit, hos etiam accipere, ne quid uel hodie aduersus ipsum decernatis. Quanquam cōimpudentiae quidā progressi sunt, ut dicere ausi sint, eū nō aduersus urbē bellum parare, adeoq; stultos nos esse existimant, ut putent ipsorum nos uocibus potius, quām Antonij actionibus fidem habituros. Quis igitur est, qui potius quām cōsideret actiones eius, exercitus quos cōtra socios nostros senatus populi que in iussu conduxit, incursiones in agros

in agros, obfidores urbium, minas quas contra nos omnes iacit, spes, quibus fatus haec omnia agit, horum uerbis, commentis, & uanis praetextibus animū cum sua perniciē aduertere malit? Ego certè tantum abest ut haec cum legitimē ac rectē facere censem, ut propter haec eius facta, ac quod Macdoniam sibi sorte traditam reliquit, quod loco cuius Galliam nihil ad se pertinentem inuasit, quod exercitus, quos Cæsar aduersum Parthos præmisserat, assumptos secē habet nullo belli terrore in Italia extante, quod tempore sui Consulatus urbe excessit, populationibus ac maleficijs hinc inde uagatur, iam dudum honestum eum omnium nostrum esse pronunciem. Quod si uos non statim initio sensistis, neque singula haec facinora indignatione prosecuti estis, tāto is maiori odio dignus est, quod uos homines tanta bonitate in iurijs lēdere non definit, sed cùm primorum suorum peccatorum ueniam fortassis impetrare posset, eō non intermissa sua improbitate perrexit, ut primorum etiam delictorum poenas lucre opus habeat. Quo magis longè maximam curam huic negocio impendere uos expedit, cum perspiciatis cum qui tantis in rebus toties uos contemptui habuerit, nullo modo uestra æquanimitate ac clementia posse ad uoluntariam resipiscientiam adduci, sed necesse esse, ut armis, quoniam quidem id antè omissum est, uel iniustus coerceatur. Neque uero quod partim persuadendo, partim cogendo uobis decreta pro se quedam extorxit, idem minus iniuste eum egisse, aut minori supplicio dignum esse, iudicare debetis: quinimò hoc ipsum uel maximē in eo plectendum est, quod cùm statuisset multa ac grauia facinora edere, etiam à uobis traditis occasionibus (cum uos nihil de ipsius animo compertum habentes, aut prouidentes, ad certa decretā facienda compulit.) contra

Antonius  
lenitate Se-  
natus abu-  
sus.

De his quæ  
Antonio de  
cetera fue-  
rant, dispu-  
tar.

tra uos ipsos usus est. Qui enim uos, nisi iniulti, præfecturas à Cæsare uel forte certis hominibus assignatas immutauissetis? Antoniog; eam potestatem conceffissetis, ut reliquas socijs amicisque suis conserret, C. fratrem suum in Macedoniam mitteret, ipse Galliam cū exercitibus, quibus pro uobis uti opus non habebat, obtineret? An nō meministis, quemadmodum uos ob necem Cæsar is turbatos aggressus, omnia ex animi sua sententia consecutus sit, cum de quibusdam subdolè ex tempore uobiscum cōmunicaret, quædā ipse per se mala fide adderet, omnia autem uiageret, militibus, iisque adeo Barbaris aduersus nos usus? Neque uero mirari quisquam debet, aliquid eo tempore fecus quam conueniebat decretum fuisse, quandoquidem ne nunc quidem liberè quicquam loqui aut agere quod res flagitaret, potuissimus, nisi præsidio firmati: quo si tunc muniti fuissimus, neq; ea is, quæ obtinuisse dici potest, tunc obtinuisset: neque ex his auctus, ea egisset quæ egit. Proinde nemo uobis ea quæ iussi, coacti, cū luctuque ei dare uisi sumus, tanquam legitimè ac iure concessa ei quisquam obijciat, cum ne in priuatis quidem rebus ea rata sint, quæ quis ui ab alio adactus fecit. Quāquam hæc ipsa uestra decreta si expendatis, neque magni momenti, neque magnopere à consuetudine nostra aliena inuenietis. Quid enim tandem mali est, si alij in alias locum Macedonia aut Gallia habenda data est? aut si Consul milites assumpsit? Verum hæc demum grauia ac misera sunt, regionem nostram infestari, socias urbes oppugnari, nostros milites contra nos armari, nostris nos sumptibus peti: quorum à uobis nihil unquam decretum, nihil cogitatum est. Non itaque propterea quod nō nulla ei concessisti, ideo etiam ut inconcessa agat ei permittere, sed contrà odisse cum, ac supplicio afficere debetis,

betis, quod honoribus clementiaque uestra non in his quidem tantum, sed reliquis etiam omnibus in rebus contra uos abuti ausus fuit. Quod ut intelligatis, considerate ipsius omnes actiones. Pacem ac concordiam me autore mutuam decreuistis; cui gubernadæ cum Antonium praefecissetis, talem se is arrepta orationis in Cæsarem funes  
Antonium  
omnia se-  
cūs, quā Se-  
natus ius si-  
set, egisse.  
bris occasione gesit, ut tota propemodum urbs incensu-  
dijs mixta, cedes ingens hominum edita sit. Omnia que  
Cæsar uel dederat quibusdam, uel legibus sanxerat, confir-  
mauitis: (non quasi ea probaretis, à quo longissime ab  
estis; sed quod videbatis expedire ne quicquam eorum im-  
mutaretur, quod facilius sine suspicionibus & offensis una  
degere possemus) ei negocio Antonius exequendo præ-  
fectus, multa Cæsaris acta euertit, multa in eius commen-  
tarios uicissim intulit, agros, ciuitatem, immunitates:  
aliisque id genus honores ijs quibus Cæsar ea dederat  
priuatis, regibus, urbibus ademit, alijs ea tribuit, corru-  
ptis ob hanc rem Cæsaris commentariis: his qui eius po-  
stulatis non satisfaciebant ea eripiens, alijs qui quod pe-  
titisset dabant, ea atque alia uendens. Quod ipsum cum  
uos prouidissetis futurum, edicto cauistis, ne post Cæsaris  
exitum columna aliqua figeretur ullius eius beneficij: ta-  
men is post hoc edictum sepius eas fixit, quod diceret ne  
cessarium esse, ut quædam in libellis Cæsaris extantia &  
edarentur, & agerentur. Vos ut haec cum principibus ci-  
uitatis conferret, iustistis: is uero adeò scilicet uestram au-  
toritatem sequi instituit, ut nihilominus solus omnia que  
ad leges, exules, catcrâque quæ modò recensui, spectarēt,  
peregerit. At uero in his tantum rebus talis fuit, reliqua  
re & è administravit? non ita est P. C. Nónne enim pecu-  
nias publicas à Cæsare relatas conquirere & proferre  
iussus, ad se rapuit: carumque partem creditoritus suis

reddidit . partem luxu consumpsit , ut nulla iam carum portio supereret? Cum nomen Dictaturæ odio Cæsar is posse tentie protinus ex Republica sustulissetis, non' ne eo quidem is nomine ( quasi ipsa per se uocabula nocerent ) abstinuit , sub Consulari autem nomine Dictaturæ actiones & potestatem exeruit? Non' ne uos cum concordie præfectum esse uoluistis: is uero suo arbitrio tantum bellum neque iustum, neque à uobis decretum contra Cæsa-

Mon' esse se rem ac D. Brutum, quos uos laudauistis , suscepit? Denique, si quis singula persequi uelit, innumera proferri possunt. quæ sibi ut Consuli ille à uobis iniuncta, nullo mo-

mentum cuius do ut par erat gesit: sed in omnibus diuersum fecutus, potentiam sibi à uobis concessam, aduersum uos conuertit.

Num' nam igitur hæc quoque male ab ipso acta in uos recipietis , uobisque causam eorum omnium adscribetis, propterea quod administrationem executionemq; earum rerum ipsi commisisti: id uero absurdum fuerit. Neque uero si quis dux aut legatus constitutus à uobis nihil re-ctè gerat, eam culpam uobis sustinendam uos existimabitis. Indignum enim fuerit ab iis qui rebus gerendis præficiuntur, eni: olumenta honoris que capi, crimina & culpam uobis impingi. Quamobrem ne Antonius quidem audiendus est, si dicat: Vos tamen Galliam mihi concessistis, uos pecuniae publicæ procurementem mihi mandaue- stis, uos mihi exercitum qui ex Macedonia ueniebat, dedistis: nam hæc quidem ita decreta sunt ( si quidem ita loquendum est, ac non potius ab ipso pena exigenda, quod uos ea decernere coegerit ) non tamen hæc etiā, ut exules restitueret, ut alias leges subrogaret, ut ciuitatis ius, remissionesque uectigalium diuenderet, ut publicam pecuniam pecularetur, ut res sociorum diriperet, ut urbes maleficijs infestaret, ut tyrannidem in patriam affectaret.

Eam

Èam enim potestatē neque Antonio, neque ulli alij, quanta  
 tumuis ei multa decreuissctis, unquam dedistis, ut pro sua  
 libidine omnia ageret: sed supplicia ijs qui hoc conare-  
 tur, imposuistis potius: quo hunc etiam modo tractabitis,  
 si quid mea oratio apud uos ualebit. Quippe is nō in his  
 modò rebus talem se præbuit, qualem uos eum nostis ex  
 experti estis, sed in omnibus omnino suis actionibus quan-  
 diu ipse in Republica uersatus est. Nam de ea quidem eius  
 uita, quā priuatus egit, ciusq; libidinibus ac cupiditatibus  
 data opera nihil dicā, non quòd nō multa possint eius gra-  
 uia flagitia referri, sed quòd pudeat me hcrelè apud uos,  
 quibus mcccum hæc nota sunt, commemorare, quomodo  
 puericiam suam instituerit, quomodo adolescentiam pro-  
 stituerit, quomodo clàm meretrix, palam scortator fue-  
 rit, quomodo pro uiribus suis omnia & passus sit & fe-  
 ccrit turpia: quomodo lustris ac temulentia, alijsq; ho-  
 rum uitiorum comitibus uitij deditus uixerit: quippe  
 impossibile est, hominem in ea libidine atque impudentia  
 educatum, non omnem suam uitam contaminare, ita ut ille  
 à rebus priuatis obsecnas uoluptates & auariciam ad  
 publicas attulit. Hæc igitur omittam, ciusque etiam in  
 Aegyptum ad Gabinium profectionem, & in Galliam ad  
 Cesarem fugam, ne si singula accuratè persequar, pte-  
 dorem uobis iniijcere uelle uidear, qui eum cum talem esse  
 cognitum haberetis, tamen Tribunum plebis, magistrum  
 equitum, Consulēmque etiam creauistis: hæc tantum in  
 medium adducam, quibus his ipsis in magistratibus per  
 temulentiam & petulantiam flagitijs debacchatus est.  
 Tribunus plebis primò omnium obstitit nobis, quo minus  
 res instantes bono in statu collocaremus clamitans uoci-  
 fer, insque, & solus omnium communī urbis paci sese op-  
 ponens. Postquam uos indignè id ferentes, decretum

Totam vi-  
tam Auto-  
nij cōuicij  
exagitar.

Antonij in  
Aegyptū &  
Gallia pro-  
fectiones.

Tribunus  
plebis An-  
tonij.

propter ipsum istud fecisti, non tantum reliquo suo magistratu, urbe profugit, à qua ei unam noctem abesse per leges non licebat: sed ad Cæsaris arma confugiens, eum contra patriam adduxit: nosque Roma, & tota ex Italia exturbauit, ac ferè omnium eorum malum, quæ postea in bellis ciuilibus pertulimus, causa præcipua fuit. Nisi enim

Omnium ma. se is nostris consilijs opposuisset, nunquam Cæsar belli lorum quæ causam aliquam inuenire potuisset: aut si uel ad extrelib. inuenta mam impudentiam progressus, preter nostra decreta co sunt, cau- pias iustas contraxisset, tamen aut ulro, aut ui coactus, nio impu- ab armis ad sanam mentem rediisset. At uero Antonius tar, occasiones ei suppeditauit, Senatus dignitatem euertit, mi litum audaciam auxit: is semina eorum quæ pòst pullulauerunt malorum iecit: is communis non nostrum modò, sed totius propè orbis terrarum pestis fuit. Quod ipsum etiam diuinitus euidentissime demonstratum est. Cum enim admirabiles illas suas rogationes ferret, omnia tonitrib. ac fulguribus repleta sunt, quæ sceleratus ille, quamuis se Augurem esse dicret, pro nihilo habens, multis, ut dixi, ac magnis malis non urbem solam. sed omnes terras res pleuit. Quid dicam, quemadmodum postea toto anno fue-

Magisteriu equitum. rit magister equitum: quod ante ipsum fecit nemo. Quid, quòd uobis per ebrietatem deinceps illusit, inque concio pro rostris. nibus pro ipsis rostris inter concionandum crapulam eu- muit: quid, quòd exoletos ac scorta, & ioculatores, nù- másque cum lictoribus laurum gestantibus secum ducens, Italiam circumuiuit: quid quòd solus omnium hominum Pompeij bona emere ausus est, neque suam dignitatem, neque illius memoriam reveritus: eaque cum uolupate rapuit, quæ nobis etiam num lucrum mouebant? Quippe ex in ea bona, & in multa alia inuasit, spcrans sibi pre- cium nunquam fore persoluendum: quanquam id non sine summa

summa contumelia ab eo Cesar ui exegit, tanti scilicet  
ipsum faciebat. Ceterum Antonius tot tantisque posse= Antonius  
siones, pecuniâmque omni ratione compilatam, Charyb= Charybdis.  
disc cuiusdam in morem alea, scortis, helluando, compotan= dôque absorbuit. Verum haec quoque mitto. Contumelias  
autem eius in Rempublicam, cedesque per uniuersam  
urbem ab eo editas quis silentio prætereat? Meministis  
uerò, ut aspectu uobis grauis, longè molestissimus actis  
suis fucrit? Qui, proh deos, proh terram, primum ausus  
fuit hoc in loco, intra mœnia, in foro, in Curia, in Capit= Antonius  
tolio, uestem purpura prætextam gestare, ac simul gla= arimat⁹ iux-  
dio se accingere, idem lictoribus iuxta & militum præ= ta & rog⁹  
sidio uti. Deinde cum posset etiam reliquos tumultuantes  
sedare, non modò id omisit: sed partim sua ipsis, partim  
aliorum opera nos concordes ad diſidia concituit. Ipse  
quidem alteriſeſe factioni adiungens, cāmque adiuuans,  
unica cauſa fuit ut ex ea complures occiderentur. Ne= Antonius  
autem Ponti reliquæ partes, Parthique statim post ob= arimat⁹ iux-  
tentam de Pharnace uictoriā in nostram redigerentur  
potestatem, per ſolum Antonium ſtetit. Nam propter res  
ab eo commotas coactus Cesar huc celriter aduenire,  
à perfectione iſtarum rerum prohibitus fuit. Sed ne hec  
quidem Antonio rēſipisciendi cauſam attulerunt. Consul  
enim uerò, P. C. nudus, unguentisque delibatus in ſorum Consulatus  
uenit ſub ſpecie Lupercalium peragendorum: progreſſ Antonij, &  
ſuſq; cum lictoribus ad roſtra, inde concionem habuit,  
quod post urbem conditam à nemine non modò Consule,  
ſed ne Prætore quidem, aut Tribuno plebis aut Aedili turpiter in  
factum eſt. Ni mirum agenda ei erant Lupercalia, uni ex  
collegio Iulio. (ſic enim eum loqui Sextius Clodius do- eo acta.  
cuit, accepta mercede duobus milib. iugerum agri Leon-  
tini) At uerò Consulatū gerebas, uir bone (loquar enim

tanquam ad præsentem) & cum minimè decebat, aut li-  
cebat tibi ea in cōditione constituto, voluisti in foro apud  
rostra omnib. nobis præsentib. perorare, nimirū uti cor-  
pus tuum admirabile, obesum illud & delicatum uidere-  
mus, unctāmq; tuam impuram uocem grauib. istis in uer-  
bis audiremus. ( hec enim de tuo ore dicere, quām alte-  
rum illud, malo ) Nimirū Lupercalia debita sua cerimo-  
nia caruissent, nisi tu totam urbem eo gestu, ne quid di-  
cam de oratione, dedecorasses. Quis enim ignorat, Consi-  
latum totius populi publicū esse, cuius maiestatem ubique  
conseruare, nullo modo autē denudare, turpititudine af-  
ficere oporteat? Sed fortassis Horatium iūum priscū An-

locose exē-  
plis maio-  
rum addu-  
cis cū exa-  
gitat.

tonius irritatus est, aut antiquam illam Clo- liam
? quorum  
hec omni uestitu induita flumum transnauit, ille etiam ar-  
matus se in flumen abiecit. Dignum profclō Antonium,  
cui ipsi quoque statua ponatur, ut Horatius cum arma-  
tus in Tiberi cōspiciatur, hic nudus in foro cernatur: quip-  
pe isti nos seruarent, ac in libertatem afferuerunt, hic uc-  
rò, quantum in ipso fuit, libertate nos spoliauit, popula-  
rem reipublicæ statum dissoluit, dominum pro Consule,  
tyrannū pro Dictatore nobis dedit. Etenim memoria te-  
netis, quæ progressus ad rostra dixerit, quæ consensis  
rostris egerit. Qui uero is, qui cum esset Romanus ac  
preterea Consul, ausus est aliquem in foro Romano,  
apud rostra Libertati sacra, omni populo, uniuerso Se-  
natū presente regem nonunare, diademāque capiti eius  
rectā imponere, adderēque hoc nobis omnibus exaudienti-  
bus mendacium, à nobis sibi iniunctum esse, ut hæc dicaret

Antonium facerētque: quī inquam, is non extrema quæuis ausit: à  
Caſari 10-  
gnūm uia-  
didisse suo tur tibi M. Antoni, nos hæc mandauimus, qui Tarquinios  
ſilius arbi-  
tio. cīcīmus, Brutum amplexi sumus, Manlium de saxo deie-  
cīmūs,

cimus, Spurium occidimus? nos te regem aliquem salu-  
tare iussimus qui illud nomen, atque huius causa etiam  
Dictatoris appellationem diris execrationibus denoui-  
mus? nos tibi tyranni alicius constituendi potestater:  
dedimus, qui Pyrrhum ex Italia profligauimus, Antio-  
chum ultra Taurum montem repulimus? non ita, non per  
fasces Valerij, per legem Porcij, per crux Horatij, per ma-  
num Mutij, per hastam Decij, per gladium Brutti. Tu au-  
tem, honinum sceleratissime, supplex facies oransii, uti  
seruires, scilicet exēplo Posthumij, ut Saumitibus dede-  
rere, Reguli' ue, ut Carthaginensibus reddereris, aut Cur-  
tij, ut in hiatum præcipitare tibi licet? Vbi uero id  
scriptum inuenisti? Queadmodum hoc quoque ut Cre-  
tenses à Brutii præfectura liberi forent, quibus nos uti  
imperaremus post Cæsaris mortem, decreuimus? Proinde  
cum in tot tantisque rebus sceleratam eius sententiam  
deprehenderitis, agite, poenas ab eo non exigite, sed expe-  
ctate, dum re ipsa quoque experiamini, quid nam hic ar-  
matus sit acturus, qui nudus hac edidit. Nisi creatis hunc  
ad tyrannidem non aspirare, sed eam cupiditatem ex ani-  
mo suo eieeturum, que semel insedit: aut eum spem regni  
depositurum, cuius causa cum tot dicitis facilis que Rempu-  
blicam uiolasset, impunè id tulerit? Aut quis nam homi-  
num est, qui cum in regno obtinendo alium uoce adeò  
sua (quam solam in sua potestate habuisse) adiuuerit,  
non idem sibi ipsi si eius facultas offerretur, paraturus  
sit? Quis, cum alium quendam tyrannum patriæ, sibi que  
ipsi imponere ausus fuerit, non ipse eandem expectat?  
Quare, si tum ei pepercistis, at nunc certè ob ista fa-  
cinora odio ipsum habere debetis, neque expectare quid  
obtentia uictoria conaturus sit: uerum consideratis his,  
que iam ante ausus est, prouidere ne quid in posterum

Demostras  
Antonium  
tyrannidem  
assidare.

damni accipiatis. Evidem ne id quidem Cæsaris factum laudem meretur, quod neque nomen Regis, neque diadema accepit, ( quanquā ijs Antonium offerēdis malè egisse satis patet, cum ne Cæsari quidem probata fuerint ) sed culpari debet, quodinitio huiusmodi aliquid audiens auidens sustinuisse. Quod si id Cæsari iustum necis causam attulit, quid est, cur Antonio, qui confessus quodammodo est se tyrannidem expetere, non optimo iure perreundum sit? Tentatam uero ab Antonio esse tyrannidem, satis quidem ex his quae commemorauit, liquet, sed cui-

Alia argu- dentissimè ex sequentibus eius actionibus arguitur. Cuius menta , ty- rannidem enim rei causa cum tutò posset quiescere, turbas mouere, afferari ab adque res nouas cōsurgere aggressus est? Cur exercitum Antonio c- stendentia . educere ac bellum gerere statuit, cum citra periculum dos-

mi posset manere? Cur cum multine in suas quidem provincias exire uoluerint, ipse non modò Galliam nullo iure ad se pertinentem inuadit, sed inuitam etiam armis cogit? Cur D. Bruto, sc. militesque, & urbes nobis dederat, ipse non modò hoc eius factum non imitatur, sed cum obſidione cinctum oppugnat? quae omnia alio consilio nullo quam contra nos ille molitur. Hæc nos cernentes, tamen cunctamur, & ignavia nostra tantum aduersus nos tyrannum armamus? Id uero cum summa turpitudine coniunctum est, cum maiores nostri in scrutute educti, libertatem affectauerint: nos qui in libera hactenus Republica, uiximus, sponteāē seruitutem subire. Cumque magno nostro cum gaudio regno Cæsaris liberati fuerimus, cuius tamen in nos multa constabant beneficia, nunc Antonium ultrò dominum nobis adſciceremus: qui quanto deterior Cæsare sit, satis uel ex hoc uno

Antonius quanto de- re: qui quanto deterior Cæsare sit, satis uel ex hoc uno  
terior Cæsa constat, quod Cæsar multis à se bello uictis pepercit:  
Antonius cum nihil etiamnum potentiae adeptus esset, trecentos

centos milites, inque his Centuriones aliquot, insontes omnes domi sua trucidauit, praesente uxore sua, ita ut illa cruento oppleta fuerit. Qui cum tanta in hos crudelitate usus sit, eoque ipso tempore, quo demerendi ipsi potius fuerant, quid se uiae putatis cum in nos sibi reliquum, si quidem uicerit, facturum aut cum hactenus summam per lasciuiam suam uitam traxerit, quam tandem libidinem tantam esse iudicatis, à qua is potestate armis parta temperatus sibi sit? Quare satius est, ut ante quā aduersi quid pati: minū, uobis caueatis, quām re ipsa hec mala expertos sententiam mutare: nusserum enim est, cum anteuertere incommodum possitis, adnuttare ut id uobis eueneriat, ac deinde pœnitentia corripi. Neque uero rem eò deduci finite, ut Cassijs demum Brutisque ea indigeat. ridiculum enim fuerit, cum liceat iam uobis ipsis maturè Reipublicæ opem ferre, uelle postmodò eos querere, qui libertatem nobis restituant: quanquam periculum est, ne ijs inueniri nequeant, praesertim ubi nos modo de re præsenti statuerimus. Quis enim pro populari ciuitatis statu suam sibi salutem in discrimen conciliendam existimet, cum publicè animos nostros ad seruendum propensos uideat? Verum enim uero Antonium nullum posthac suis coëptis finem facturum esse, sed in remotis locis, ac minoribus in rebus sibi aduersum nos uires parare, satis in promptu omnibus est. Non enim aliam ob rem D. Bruto bellum facit, Mutinamq; opugnat, quām ut eo uicto, acceptisque ijs copijs cōtra nos parare se posset: neque enim ulla à Decimo est affectus iniuria, ut eam ulcisci uideri posset: neque adeò istorum bona appetit, ut cum eorum causa pericula laboreisque perferat, à nostris facultatibus, quibus & istorum rcs, & alie plurime continentur, ultrò sibi abstinentiam putet. Idne igitur

Antonium  
non cessatu  
rum vita  
Gallia.

operiemur, dum his aliisque suam in potestatem redactis,  
grauius nobis hostis euadat? Fidemque ei habebimus deci-  
pienti nos, ac se non contra urbem bellum gerere dictis-  
tanti? Quanquam quis eò stultitiae peruenit, qui ex uerbis  
potius, quam actis eius iudicandum putet, an id bellum  
contra nos geratur? Ego sane non nunc primum, ex eo quod  
ex urbe profugit, bellum socijs intulit, Brutum oppugnat,  
urbesque obsidet, mala eum consilia agitare statui. sed ex  
his etiam, quae prius non modo post exitum Cæsaris, sed ui-  
uo etiam tum eo, improbe ac flagitiose egit, hoste infida-  
torēmque Reipublicæ, libertatisque nostræ eum esse defi-  
nio. Quis enim unquam patriæ amans, aut tyrānidi infensa-  
sus, horum quicquam egit, quae hic multa ac uaria perse-  
travit? Porro, quoniam iandudum omni ex parte Anto-  
nius hostis noster esse conuincitur, ita res habet, ut si statim  
in eum uindicemus, etiam eorum quae prius amisimus  
recuperandorum locum simus habituri; sin hanc occasio-  
nem negleximus, idque præstolati fuerimus, damis in-  
sidias se nobis facere palam fatetur, omnia perdemus. Nā  
ne si ad ipsam quidem urbem exercitum adducat, hostili-  
ter se agere confitebitur; sicut neque Marius id confessus  
fuit, neque Cinna, neque Sylla. sed ubi omnia in sua potesta-  
te habuerit, omnia eorum crudelia facta aut equabit, aut

Promissa, &c superabit. Nam à uerbis eorum qui rem aliquā peragere  
ad ea potentia affecta-  
trum, & ob-  
tinendum.  
cipiunt, haec que carē confecta ab ipsis aguntur, discre-  
pare solent. Eius enim rei consequendæ causa nihil non  
simulant, consicuti nihil quod libido sua suaferit omittunt.  
Accedit huc, quod semper posteriores priorum cona-  
tus excedere cipiunt, ac similia priorum facinoribus fa-  
cinora uilia iam, propterea quod iam ante uisa sint, esse  
censem, inaudita autem, tanquam sola ipsis digna, pro-  
pter nouitatem sibi proponunt. Que cum perspiciamus,

P.C.

P.C.agedum cunctandi finem faciamus,nec tranquillitas  
te præsenti inducamur potius , quæm uitæ in posterum  
quoq; tutò agendæ prospiciamus. Qui enim turpe nō sit  
Cæsarem, qui nuper admodū ex pueris exceſſit,intérque  
pubcres adscriptus est , tantam Reipublicæ curam gere-  
re, ut & saluti eius pecunias impenderit, & milites con-  
traxerit,nos neq; agere quicquam quod ex usu fit, neq;  
cum adiuuandū nobis ducere,cuius studiū nostri res ipsa  
testatum iam fecit : qui nisi cum militibus ex Campania  
collectis huc adueniſſet, proculdubio Antonius rectè cum  
omnibus copijs à Brundusio torrentis instar in urbem  
irruisset: iam id quoque indignum est, ueteranos milites,  
neque ætatis suæ,neque uulnerum ob patriam antè acce-  
ptorum,ratione habita,ultrò ſeſe nobis ad præsentem rē  
gerendam obtuliffe , nos bellum, iam nunc ipſorum ſu-  
fragijs decretum , nolle comprobare. Tanto enim infe-  
riores ijs,quorum periculo id bellum agetur , ſumus uir-  
tute,ut cum milites collaudauerimus , quod flagitijs Anto-  
nij cognitis,ab eo quantumuis Consulatum gerente , ad  
Cæsarem , id eſt ad nos per eum signa tranſtulerint, ta-  
men ea quæ rectè ab iſpis facta dicimus,decreto confirma-  
re trepidemus. Bruto gratias habemus , quòd Antonium  
neque admisit initio in Galliam, & nunc bellum inferen-  
tem repellit:cur igitur non idē nos agimus?cur non quoſ  
tanquam recte de rebus ſtatuentes laudamus , eos imita-  
mur ? Quanquam alterutrum horum faciamus oportet:  
aut Cæsarem , Brutum , ueteranos,legionēſque male ce-  
giſſe dicamus , ſuppliciōque afficiendos , quòd iniuſſu  
noſtro populi que auſiſunt,hi quidem à Consule deſciſce-  
re, illi uero ad signa confluentes bellum contra iſpum ge-  
rere:aut fateamur , Antonium iandudum à uobis re iſpua  
hostem eſſe iudicatum, ac de communi ſententia eſſe in  
iſpum

Cæſaris, &  
veteranorū  
exempluſe  
natum ſu-  
mula.

Dilemma,  
quo oſcidit  
bellum con-  
tra Anto-  
nium eſſe,  
decerne-  
duna.

ipsum exemplum statuendū. Quod posterius cūm iustius,  
tum magis ē re uestra fore, nemo est qui ignoret. At enim  
Antonius neque ipse rebus gerendis idoneus est (qua e-  
ēnī ratione pōsit, homo per ebrietatem alcásque om-  
nem uitam ducens) neque ullum secum habet, qui in ali-  
**Antonium.**  
rei gerendę  
inceptum es-  
se.

Antonij in  
Cæsarem &  
Clodium  
infidelitas.

Antonium  
causam Cæ-  
sari interi-  
tus attulisse,  
cōque gau-  
dete.

quo sit numero habendus. Sui enim similes is tantū diligit,  
sociosque omnium manifestorum occulorumque consi-  
liorum habet. In magnis autem periculis timidiſsimus est.  
idēmque angustissimae fidei in summos suos amicos, quo-  
rum neutrum Imperatori bellisque cōuenit. Quis autem  
ignorat ipsum, cum omnia ciuilia mala nobis conflasit,  
in minimam periculi partem uenisse? qui Brundusij  
tanto temporis ſpacio ob timiditatem ſubstituit, ut parum  
absuerit, quin Cæſar deſcritus ab eo perijſſet: qui ab om-  
nib. deinde bellis, Alexandrino, Pharnacio, Africo, Hispano  
no absuit. Quis nescit cum cum Cladio familiaritatem  
contraxisse, eiisque Tribunicia potestate in rebus pcf-  
ſimis abuſum, sua tamen cum uoluiffe manu occidere: idq;  
tranſegiſſet, ſiquidem ego cum id mihi deferreret, promi-  
ſionem eam approbaſsem? Cæſarem uero, cui ex Que-  
ſtor Proprætori in Hispania adfuerat, ex Tribunusple-  
bis ei contra omnium ſentētiam adſtipulatus, immensam  
pecuniā uim honorēſque immoderatos acceperat, de affe-  
ctatore regno ſuſpectum reddere, calumniisque exponere  
auſus est, quæ necis cauſa Cæſari potiſſimum fuit. Ta-  
men ei interfictores à me eſſe ſubornatos aliquando di-  
xit: adeò nimirum ſtupidus eſt, ut falſo mihi tribuere tun-  
tam laudem non ucreatur. Ego uero ipsum Cæſaris pa-  
ricidam eſſe haud quaquam dixerim, non quodd uoluntas,  
ſed quia audacia defuerit, catcris re ipsa Cæſari ab Anto-  
nio perniciem eſſe paratā affirmo. Hic enim eū eo crimi-  
ne grauauit, ut iure inſidijs abuſumptus uideatur, dum re-  
gem

gem eum nominauit, dum diadema obtulit, dum eum suis  
amicis invisum reddidit. Egone autem gaudet morte Cæ-  
sar is, ad quem præter libertatem nihil inde redijt? An-  
tonius autem eam dolet, qui omnes eius fortunas diripuit,  
multa ex eius commentarijs mala fide egit, denique qui  
succedere ei in potentia contendit? Scd, ut cō redeam una-  
de digressus sum, Antonius neque ipse in se imperatoriā  
ullam laudem aut victoriæ iustam spem positam, neque  
copiae magnas aut prælio sufficietas habet. Militū enim  
maior ac melior pars eū descruit, elephantis profecto spacio  
liatus est; reliqui ad maleficia, adque sociorū res prædan-  
das quam ad bellū gerendū sunt exercitatores. quorum  
mores ac sensus uel ex eo satis intelligi possunt quales  
sint, quod etiamnum Antonij signa sequuntur: ignavia  
autem, quod Mutinam tanto tempore iam à se oppugna-  
tam nondum ceperunt. Huiusmodi status est Antonij, ac  
corum quos ille secum habet. Cæsar autem, D. Brutus,  
quique his adsunt, ea sunt conditione, ut per se quidem  
vinci haud facile possint, cum Antonianos complures  
milites cæsar sibi adiunxerit, Brutus uero Antonium  
Gallia arceat. quod si uero uos etiam auxilium ijs tule-  
ritis, primum ea collaudando, que priuatis ipsi consilijs e-  
gerunt, deinde acta corum confirmando, ac in posterū le-  
gitimam potestatem eis tribuendo, præterea ad bellum  
utrumque Consulē emittendo, nemo iam posthac eo-  
rum qui cum Antonio sunt, eum defendet: aut si quis om-  
nino cum eo permaneat, ceterorum tamen omnium uim  
sustinere non poterit Antonius: sed uel sponte sua, ubi  
primum de uestro hoc decreto certior fiet, armis deposi-  
tis potestati se se uestrae permittet, uel unico prælio in po-  
testatem uestram ueniet. Hec ego uobis suadeo: quod si  
Consu

Facile esse  
bellum cō-  
tra Anto-  
niū pro-  
bar.

Consulatum hoc tempore gererem, utique ipse ea transi-  
gerem, sicut antè etiam cum in Catilinam ac Lentulum,  
Antonij huius necessarium, vindicatum à me est. Quòd si  
legatos de quis uestrum recte hæc dici existimat, legatos tamē prius  
pace ad Antonium ne- à nobis ad eum mittendos censet, ac deinde cognita eius  
quaquam sententia, uel quiescendum, si is quidem sponte sua ab  
esse mitten- dos arguit. armis discedat, ac se uestræ potestati permittat: sin in  
incepto persueret, tum bellum contra eum decernen-  
dum esse (audio autem esse quosdam, qui uos ad hoc co-  
hortari uelint) is oppidò speciosam uerbis, re autem ex  
turpem ex periculosam urbi actionem suadet. Est enim  
omnino turpe, præconibus nos ex legatis uti ad ciues:  
nam cum extraneis quidem rectum ac necessarium est  
prius per internuncios, ex legatione quam ui agi: ciui-  
bus autem iniustis supplicia infligenda sunt confessim:  
iudicio quidem, si sententias de eis ferre liccat: sin ad ar-  
ma configerint, bello persequendi sunt. Huiusmodi enim  
homines omnes scrui sunt uestri ex populi, ex legum,  
siue uelint, siue nolint. neque blandiri eis, aut ita ut cum  
hominibus summa in libertate constitutis agere decet,  
sed in eos, tanquam in fugitiuos seruos inquirendum,  
animaduertendumque in eorum insolentiam est. Quomo-  
do autem iniquè comparatum non sit, cum in exercendis  
contra nos iniurijs haud cunctari, nos autem ultionem  
morari: ipsum arma in manibus iam dudum habentem,  
hostiliter omnia agere, nos decretis faciendis ac legatis  
mittendis tempus consumere: cuiusque iniurias longè an-  
tè re ipsa comprimimus, eum solis uoculis ac uerbis à no-  
bis tractari? Quānam spēnum fore putamus, ut aliquādo  
uerecundia corruptus nobis obtumperet? E quidem fieri  
id nullo modo potest, cum eò iam progressus sit, ut ne si  
ueclit

uelit quidem, populari in statu Republice nobiscum; Antonium  
 degere possit: qui si unquam ex quo sibi iure nobiscum ui- ab incepto  
 uendum statuisset, ne initio quidem eas res conatus fuisset: non destitu-  
 rum.  
 quas si errore quodam animi, aut temeritate tentasset,  
 certe ab ipsisdem ultrò statim destituisset. Nunc postquam  
 semel sua sponte legum et Republice limites egressus  
 est, potentiamque inde et licentiam sibi aliquam para-  
 uit, ne is nunquam uolens institutum mutabit: decretaq;  
 nostra obseruabit: sed necesse est eum his ipsis armis puni-  
 ri, quibus nos laedere ausus fuit. Ac nunc mihi hoc eius  
 dictum cum primis uelim memoria repetatis, cum ali-  
 quando dixit, saluos uos esse nisi uictoria obtenta non pos-  
 se. Ideo qui legatos mitti iubent, nihil aliud habuolunt, ni-  
 si ut uobis moras neclentibus, sociorum uestrorum res re-  
 misiores ac languidores fiant: iste autem per quietem  
 omnia que instituit, confidere, Decimum Capere, Mutia-  
 nam expugnare, Galliam uniuersam occupare possit: ut  
 nos cum rationem nullam ei resistendi inuenire possumus,  
 fracti animis demercri cum ac adorare cogamur. Num  
 hoc de legatis mittendis addam, post dicendi finem fa-  
 ciam: Antonius nihil de his que acturus fuerat, ad uos  
 retulit, itaque ne uobis quidem id faciendum est. His al-  
 liisque omnibus de causis consulo uobis ego, ne cunctemini  
 ni, aut rem extrahatis. sed bellum ei quam primum infra-  
 tis: id cogitantes, plura negocia oportunitate occasio-  
 num, quam uiribus esse recte conferta. Qua occasione  
 uobis utendum esse, uel maximè ex hoc ipso intelligere  
 potestis, quod nunquam ego belli uobis suscipiendi au-  
 tor fuisssem, pace (si tamem hic rerum status pacis nomen  
 meretur) neglecta, in qua et plurimum ualeo, et hono-  
 res diuinitatis sum adeptus, nisi id uobis ex usu futurū cetera  
 fuisssem

Occasio.

fuisset. Tibi uero, Q. Fufi Calcne, reliquisque qui idem quod tu sentiunt, suaserim, ut quieti ea, quae oportet, decreta faciendi facultatem Senatui cōcedatis: neque uestre priuatae gratiae, qua Antonium prosequimini, causa, communem omnium nostrum utilitatem prodatis. Ego quidem, P.C. ita sum animo affectus, ut si meam sententiam fecuti fueritis, fructus libertatis incolumentisque uobis cum libentissime percepturus: si diuersum statueritis, uitae mortem sim prelaturus.

Cicero gloriatur se mori pro libertate x- quo animo velle. nunquam mortem reformidauerim, quod mihi causa fuit, ut res praeclarissimas gererem ( quam uero egregia sint mea facta, inde patet, quod ob acta Consulatus mei sacrificia ac ferias decreuistis, id quod ante me contigit, qui quidem togatus rem gessisset, nemini ) iam minime eam extimesco, non immaturam mihi qui ante tot annos Consul fui, futuram. ( quanquam memoria tenetis, me hoc uobis in ipso meo Consulatu dixisse, ut mihi mortem contemnenti eo facilius in omnibus obsequemini) nulla uero mihi grauior accidere res posset, quam si hostes uestri mihi timendi, seruandūque uobiscum alicui sit. Quosrum ego hoc quidem calamitatem esse, perniciēmque non corporis tantum, sed animi quoque, gloriāq; , quae solas aliquo modo sempiternos effectit, esse iudico: illud uero, mori inquam pro uobis omnia et dicentem et loquentem, immortalitati comparo. Quae si Antonius sentiret, nunquam huiusmodi ad res sese contulisset, sed mori quemadmodum auus ipsius maluisset, quam quicquam facinoribus Cinnæ, à quo is est interclusus, simile perpetrare. cum quidem Cinnæ paulo post ab alijs ipse quoque huius aliorūque flagitorum causa occisus fuerit. Quare hoc quoque in Antonio demiror, quod eius acta imit

imitans, non eundem metuit exitum, præsertim cum exi-  
stinationem aliquam bæreditariò ab auo suo acceperit:  
sed enim iam indignus est qui propter cognatos suos con-  
seruetur, cum neque auum imitatus fuerit, neque patris  
sui hæreditatem adiuverit. Id uero neminem latet, quod cū  
multos in exilium missos nō Cæsare modò superstite, sed  
defuncto etiam, ex libellis scilicet eius in urbem reduxer-  
it, patruo suo non subuenerit, sed Lenticulum, qui cum Lenticulus.  
aleam ludere solebat, propter uitæ nequiciam patriæ ex-  
terminatum restituerit: Bambalionem, etiam ipsius co-  
gnomenti ratione infamem, diligit: sibi autē genere pro-  
ximus ita utitur, quasi illis si succenseat, quod talibus na-  
tibus sit ortus. Itaque eorum facultatum quidem hæres-  
factus nō est, in aliorum autem permultorum bona,  
quorum partim neque uiderat faciem, neque  
nomē audierat, partim uero adhuc uisa-  
uunt, hæres succedit. Hos enim  
ita omnibus rebus exuit ac  
depredatus est, ut à  
mortuis nihil  
differant.  
\*

C



DIONIS ROMANAЕ  
HISTORIAE LIBER Q.VA-  
dragesimus sextus, Gulielmo Xy-  
landro Augustano in-  
terprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Quæ pro Antonio Ciceroni Q. Fufius Calenus responderit.  
Ut Antonium Cæsar & Consules apud Mutinam vicerint,  
Quomodo Cæsar Romam venerit, ac Consul creatus fuerit,  
De coniuratione Cæsaris, Antonij, & Lepidi.  
Unico anno haec gesta sunt, quo Consules fuere  
C. Vibius Pansa Capronianus,  
Aulus Hirtius A.P.

Anno V.C. 713

Oratio Q.  
Fufij. Caleni  
in Cicero-  
ne pro An-  
tonio.



OST Q.VA'M finem orationi  
sue Cicero imposuit, Q. Fufius Ca-  
lenus surrexit, & in hæc uerba  
locutus est: Quanquam neque An-  
tonium defendere, neque contra  
Ciceronem dicere statueram, ut  
qui in huiusmodi, qualis præsens  
est, de libérationibus simpliciter suam unicuique senten-  
tiam dicendam, non disputandum iudicarem, quorum al-  
terum in consultatione, alterum in iudicio requiritur: tu-  
men quoniam Antonium Cicero mutua inimicitia impul-  
sus maledictis incensit, (quem si quid is delinquisset, in ius  
potius postulare debuisse) ac præterea me quoq; perstrin-  
xit, quasi suam in dicendo vim aliter quam impudenter ad-  
lis traducendis ostendere non posset, mearum esse partitū  
existim

existimo, ut partim ab eo obiecta criminare refutē, partim sua ipsi obliuicā, ne audacia ei sua uerbis à nemine inhibita, silentiumq; meum cum aliqua male cōscientie suspicione coniuncta profint, néue uos eius oratione inducti, odium eius in Antonium pro communī utilitate accipiētes, deterius quicquam statuatis. Neque uero aliud hac oratione ei queritur, quām ut nos omissa cura de incolus

Ciceronem  
miscedis se-  
ditionibus  
studere alle-  
rit.

mitate Reipublicæ prospiciendi, iterum seditionis agitatemur: neque id nunc primum agit, sed ab eo tempore, quo Rēpublicam attigit, omnia sursum deorsumque turbare non destitit. Nōnne enim is est, qui Cæsarem Pōpeio inimicum reddidit? qui ne in gratiam redirent, impediuit? qui uobis persuasit, ut hēc in Antonium statueretis, quibus irritatus Cæsar fuit? qui Pompeio Italia excedendi, ac in Macedoniam commigrandi (quæ omnium eorum malorum, quibus deinceps afflitti sumus, unica causa fuit) consilium dedit? Qui Milonis opera Clodium occidit, Brutī manū Cæsarem interfecit? qui Catilinam ad bellum contra nos gerendum impulit? Lentulum indemnatum necauit? Quare magnopere mirum mihi uidebitur, si quem antē pœnitentia quodd ei obtemperauisestis, corrupti suppicio affectatis, et nunc eadem dicenti agentique parebitis. Videtisne ut post Cæsarī obitum, rebus ab Antonio (quod ne ipse quidem negare potest) potissimum constitutis, alicunac periculose sibi fore existimans, ut inter nos qui ad concordiam redieramus, uiucret, peregrē abiuerit? mox ubi conturbatas iterum res intellexit, multa salute filio Athenisque dicta, redierit? At que is Antonium, quem amauisse haec tenus dicit, contumeliis opprobriisque incessit: Cæsarī uero, cuius patrem interemit, ipsi quoque per occasionem paulo pōst insidiaturus, partes souet: homo nitura infidelis: et turbula-

Abitum de  
reditum Ci-  
ceroni ex-  
probat.

lentus, cuiusque animus nullis repagulis continetur, qui omnia miscet ac conturbat, pluribus ipse uicibus quam id ad quod confugit fretum agitatus, ut recte nomine trans fugae inde inuenierit: isque suo ex arbitrio uos amicos hostesque iudicare poscit. Eum hominem uobis cauendum habet causas existimo. est enim impostor, ac prestatigiator, qui ex malis aliorum diuitias remque suam auget, calumniando, diripiendo, ac more canum lacerando innoxios: idemque communis in concordia difflit ac tabescit. neque enim huiusmodi orator amicitia benevolentiaque nostrum mutua alere se potest: nam quibus. aliis artibus eum ad diuitias, prestantiamque eam peruenisse censetis? Neque enim pater ei genus opes uer reliquit, fullo, operaque in coledis uineis ac oleis locans, eoque questu, et eluendis pannis abunde contentus uitam sustentare, sordidissimo uictu interdiu noctuque se explens. Inter que noster hic educatus, haud absurdè ad meliores conculcandos et eluendos accedit, conuiciis ex officinis sedentariis, triuisque de promptis instructus. Ergo talis cum sis, qui nudus inter nudos adoleueris, sordes lanarum, simumque et merdas colliegens, ausus es homo impurissime, primùm Antonij adolescentiam obrectare, qui, ut suo genere dignum erat, pedagogis praecitoribusque usus est: deinde id uitio uerte re, quod Lupercalia, festum à maioribus ad nos deductum, faciens, nudus in forum uenit? Quid autem, ô semper secundum paternum artificium uestibus alienis use, atque ab obuiis easque cognoscentibus, iis exute, fecisset aliud homo non modo sacerdos, sed et collegij eius princeps? nonne ducenda ea pompa, peragendum id festum, sacrificandum ritu à maioribus instituto fuit? nonne denudandum corpus? nonne inungendum? Non hæc, inquietes, criminor, sed quod nudus in foro conspectus est, quod con-

Ciceronis  
questus.

Lupercalia  
Antonij ex-  
cusat.

cionem talem habuit ? quippe in fullonia taberna ita ac-  
curatè quid quenque deceret didicit, ut quid peccatum es-  
set, uerè intelligere, eiisque causa obiurgare alios pos-  
set. Verum ego pro his omnia quæ ad rem pertinent, com-  
memorabo, nunc percontari ab eo quedam libet : Nónne  
tu inter aliorum damna educatus, inter uicinorum calas-  
mitates institutus es, id è quoque liberalē disciplinā te-  
nes nullam, hoc uero loco collegium parauisti, ubi mere-  
tricis in morem semper cum qui daret aliquis, expectas?  
ac quasi lenones tuorum emolumentorum certos semper  
habes ? id è curiosè inquiris quis quem iniuria affec-  
rit, aut affecisse uideatur, quis quem odio habeat, quis  
cui insidias struat. His ades, hinc te alis, his spem fortu-  
ne obnoxiam uenditas, his in suffragiis iudicū obtinen-  
dis mercede conductus operam nauas. Amicum bunc so-  
lum quo quis tempore habes, qui plurimum dat : inimicos  
uerò omnes quibus nihil est ne gociorum, aut qui aliū  
quām te patronū deligunt: quos iam in manib[us] tuis ha-  
bes, quasi ignorans negligis; qui uerò iam primum ad te  
accedunt, eis ab blandiris ac arrides, quemadmodum mu-  
licculæ tabernarum meritoriarum solent. Quanto au-  
tem melius fuerat tecum actum, si Bambalio ipse fuisses  
(si quis omnino est Bambalio) quām id uite genus assum-  
psisse, in quo necessarium omnino est aut sermonem pro-  
iusta causa uenalem habere, aut malos consciuare: quan-  
quam ne hæc quidem rectè prætas, et si triennium to-  
tum Athenis commoratus. Ita enim tremebundus ad tria-  
bunal accedere soles, ac si de uita dimicaturus: locutus-  
que humile quid ex exanimum, discedis, neque eorum  
memor quæ domū premeditatus fueras, neque quod ex  
tempore diceres inueniens quicquam. Audacia enim in  
affirmando ex promittendo omnes homines excedis : in

Timiditatem  
in causis a-  
gendi ex-  
probrac-

ipsis autem certaminibus conuiciis ac maledictis exceptis, infirmissimus timidiissimusque. Putasue esse quemquam, qui ignoret nullam admirabilium earum orationum tuarum quas edidisti, à te dictam esse, sed omnes dein de conscriptis, quemadmodum alij duces ac magistros equitum ex luto fingunt? Quod si negas, recordare quomodo Verrem accusaueris, quanquam ex arte paterna ei aliquid adhibebas, tamen minxisse te. Enim uero metuone dum de te accuratè ita ut mereris loquor, uidear orationem meipso parum dignam habere. Itaque ea missa faciam, ac Gabinij quoque mchercle causam, cui cum accusatores subornasses, deinde ita pro eo dixisti, ut damnatus fuerit. omittam etiam libros quos contra amicos conscribis, in quibus adeò tibi ipsi improbitatis conscius es, ut in publicum emittere eos non audeas: certè miserrimum est, ea non posse negare, quæ fateri sit turpisimum. sed his missis, ad reliqua pergo. Nos sanè, qui bis mille iugera aegri Leontini, quod tu dicis, magistro dedimus, nihil iis dignum didicimus: tuas uero artes quis non miretur?

*Artes Ciceronis.* Quae sunt autem eae? Semper meliori inuidere, excellenteribus emulari, calumniari eos qui honore præstant, obtrectare potentibus, omnes ex equo bonos odisse, simulare se amicum iis tantum per quos malum aliquod fascinus editurum te speres, eiisque rei causa subinde minores natu aduersus seniores concitare: fidem tibi habentes, postquam in periculum adduxeris, deserere. Quod ita esse, satis ex hoc constat, quod nullam illustri uiro dignam rem neque in pace neque in bello consecisti. Quod enim in bello uicinus te duce, aut quam regionem Consule te populus Romanus acquisiuit? Verum tu primores semper fraude circumueniens, ac tibi adiungens, priuata tua negotia per eos consequeris ex animi tui omnia sententias,

tentia, publicè autem magna uoce proclamss impuros  
itos tuos sermones; Ego solus uos amo, & (si res ita fa-  
rat)is, atque iste reliqui omnes uos odio habent; ego so-  
lus bene uabis cupio, reliqui omnes insidiatur; his & hu-  
iismodi aliis uerbis nonnullos inflatos ac elatos proiicis,  
alios territos tibi adiungis. Tum si quid boni eorum alia-  
quis peregit, id tibi sumis, tibique adscribis, dictitans te  
dicente, referetq; ista acta esse; sin aliquid secus eccecidit,  
te ipsum eximus, reliquos omnes culpas; numnam ergo, di-  
cis, ego Prætor, aut legatus, aut Consul fui? Ita ubique os-  
mnibus conuicia facere soles, audacisque in dicendo libera-  
tatis opinioni magis studes, quam ius dicendis, que ex usu  
sint, nihilque Oratoris nomine dignum ostendis. Que e-  
nim res à te publica conseruata aut in meliorem statum  
posita est? quem in patriam iniurium in ius pertraxisti?  
quem re uera nobis insidiantem indicauisti? Nam, ut re-  
liqua præteream, ita nunc Antonium accusas, ut nulla  
quidem ei iusta pena propterea irrogari possit. Quid  
enim cause fuit, cur cum ab initio uideres nos ab eo iniu-  
rui premi (id enim tu affirmas) non statim in eum uindi-  
candum duceres? aut eum accusares? Nunc nobis reces-  
ses, que is Tribunus plebis contra leges fecerit, que magister  
equitum peccata admiscerit, que Consul deliquerit, cum in-  
promptu fuerit tibi statim de singulis poenam meritam  
ab eo iure exigere, atque ita & tu amore ciuitatis egis-  
se uideri poteras, & nos citradamnum ac periculum in  
eius facinora animaduertere potuissemus. Profectò altera  
utrum horum necessariò constat, aut te tum Antonij acta  
pro sceleratis habuisse, tamen certamina pro nobis sus-  
cipere noluisse, aut cum scias te nullius cum maleficij con-  
uincere potuisse, nunc frustra cauillari: quoā sic esse, per  
singula Antonij facta uobis, P. C. iam nunc ostendam.

Obiicit Ci-  
ceroni, qd  
non initio  
statim An-  
tonium ac-  
cusauerit.

Aa ab An. Dixit in Tribunatu suo quedam pro Cæsare Antonius? tonio in Tri buna tu ex- nimirum dicētibus Cicerone et alius pro Pompeio. quorū cusat.

sum ergo huic uitio dat, quod Cæsaris amicitiam obser uauit, ac se et alios qui contrarie parti fauerunt, non at tingit? Obstatit tamen Antonius quibusdam decretis, quae contra Cæsarem parabantur: nempe Cicero omnia que pro eo decernebantur, impeditbat. Atqui communi, inquit, sententiæ Senatus repugnauit: qui uero potuit id u nus uir, aut si eius rei causa damnatus fuit deinde, ut hic

Fuga. refert, cur non supplicium ei impositum est? Quia fugit, au fugit ad Cæsarem. Atqui tu Cicero nuper non peregrin abieras: sed, sicut prius quoque, profugeras. Quare noli tua ipsius crimina ita temere omnibus nobis impingere. Fuga enim ea est, qualem tu fecisti, cum iudicium metu res, ac ipse te supplicio dignum esse præiudicauisses. At uero reditus decretus tibi est: quo modo, aut cuius opera, omitto quidem id dicere, sit sanctè decretum de reditu tuo factum, neque tu prius quam id consecutus es, pere dem in Italia posuisti: Antonius autem et abiit ad Cæsarem, quæ acta essent annunciaturus, ac, nullo ad id opus habens decreto, rediit, denique totā etiā pacē amicitiamq; omnib. quos in Italia tum offendisset, cum Cæsar ipse com posuit, cuius reliqui quoque participes facti essent, nisi te autore profugissent. Que cum ita sint, tamen audes dicere, Cæsarem ab Antonio contra patriam adductum, ab eo bellum ciuale excitatum, eumunicam omnium que subsecuta sunt, nobis causam malorum fuisse? Nequaquam ille quidem, sed tu, qui Pompeio alienas legiones et imperium tribuisti, Cæsari ea, quæ ipsi fuerant concessa, adimere aggressus es, consilium Pompeio et Consulis bus dedisti, ne conditiones a Cæsare latas acciperent, urbam, Italiamque uti relinquerent: qui Cæsarem Romanum aduen

Ciceronem  
fuisse malo-  
rum intesti-  
norum cau-  
sam.

aduenientem non aspexisti, sed in Macedoniam ad Pompeium trans fugisti: neque ei quidem auxilium attulisti, sed adea quæ agebatur cōniuens, pōst in fortunio afflictū deseruisti. Itaq; ne initio quidē ei tanq; iustiorē causam agēti opitulatus es, sed seditione concitata, rebūsq; conturbatis, ex securō loco eorum certamen spectauisti: ab eo qui succubuit, quasi iniquē is quicquam egisset, statim discessisti, ad uictorem tanquam iustiorem inclinauisti. Accedit ad reliqua tua uitia tanta ingratitudo, ut non cōtentus salute ab eo donata, indignè etiam feras te non esse magistrum equitum factum. Horum tibi conscius, tamen audes dicere, Non fuisse Antonio magisterium ea quatum toto anno gerendum, neque enim Cæsarem toto anno Dictaturam gesisse. Sed hæc siue recte, siue necessaria ita acta sunt, certè utrumque ita decretum fuit, placuitque uobis, placuit populo: hi tibi accusandi sunt Cicero, non ij quibus is honor habitus est, quiq; se tales gesserunt, ut eo digni essent. Quapropter si is tum rerū status fuit, ut etiam contrā quām aliās deceret ea fierent, cur nunc in Antonium ea confers, cur nō tum potius (si quidem potueras) contradixisti? Quia mehercle metuebas. Ergo euæ timiditati ignoscendum est, quod tum tu cuisti: Antonio, quo tibi prælatus fuit, criminis sua uitius danda est? Quónam loco hoc ius, et has leges didicisti? At uero abusus est magisterio equitum: quid ita? Quia, inquit, bona Pompeij emit. Quot præter eum sunt, qui aliorum facultates emerint, neque ulli horum uitio id uertitur? In hunc enim finem proscribuntur ea, et sub hasta ponuntur, publicique præconis uoce proclamantur, ut ab alio emantur. Atqui Pompeij bona uenire non debuerunt: nos igitur peccauimus, et male egimus, quia ea prostituimus, aut (ut nos ac te culpalemus) Cen-

Adu ab An  
tonio Equi  
tum Magi  
stro defen  
dit.

Cōtraria in sār utique deliquit, qui id fieri iussit, quem tamen tu nōn  
Ciceronis oratione es incusauisti. Sed stultitiae in hac re palām coargui potest  
se.

Cicero, qui duo inter se diuersissima crimina Antonio oba-  
iecerit: unum, quod cum Cæsarem in plerisq; rebus adiu-  
uisset, multaq; idcirco ab eo recepisset, tamen deinde pre-  
cium honorū Pompeij ab ipso Cæsar ui exegit: alterum,  
quod cum ne in paternas quidem possessiones successerit  
Antonius, omniāque bona pro sua libidine dilapidauerit  
Charybdis instar, (semper enim aliquid Siciliense nobis  
Cicero profert, quasi memoria nobis exciderit, exulem  
ipsum eō profugisse) nihilominus id precium omne persol-  
uit. Neq; hic tantum egregius ille orator q̄ maxime con-  
traria inuicem locutus deprehenditur, sed, per Iouem, in  
hoc etiā, quod modō eum omnes Cæsaris actiones adiuvis-  
se, ideōq; omniū incestinorum malorū potissimum causam  
fuisse dicit: modō timiditatem exprobat, qui nulli rei, prae-  
ter quæ in Thessalia gesta est, adfuerit. Id quoq; inter cri-  
mina Antonio obiecta est, reductos esse ab eo exules, cul-  
paturque, quod non auunculum etiam suum restituerit.  
Quasi uero quispiam credat, si is ullus restituendi potes-  
tatem habuisset, non primò omnium hunc fuisse restitu-  
turum, cum nullæ inter ipsos unquam intercesserint lites,  
quod ipse nouit Cicero: qui quanquam saepius turpisimis  
mendacis eum traduxerit, tamen hoc dicere non est aus-  
sus. Adeo in nullo discrimine hic ponit, omne id quod in  
buccam uenerit, tanquam spiritum effundere: quæ quis  
tandem posset omnia persequi? iam quod obambulās rem  
uerbis exaggeret, perhibetque Antonium Magistrum  
equitum, eum magistratum molestissimum omnibus redi-  
didisse, ubique & semper cum gladio simul ac purpura,  
lictoribusque iuxta & mulitiis obuersatum: respondeat  
mūhi diserte uelim, quidnam ad nos inde danni redierit:

cct

certè nullum dicere poterit, ac si potuisset, nihil prius sibi  
 dicendum putasset. Secus habent omnia. Trebellius erat  
 & Dolabella, qui seditiones excitarent, ac omnia mala  
 perpetrarent: Antonius neque mali quicquam facinoris  
 exhibuit, & omnia pro nobis egit, ad eò ut custodia quo-  
 que urbis ei contra facinorosos mandata fuerit, non mo-  
 dò non contradicente hoc mirabili oratore (aderat enim)  
 sed astipulante etiam. Nullum enim potest uerbum com-  
 memorare à sc̄ tum editum, cum uideret impurum istum  
 ac flagitiosum (sic enim contumeliosè eum nominat) ad id  
 quòd nihil rectè ageret, hanc etiam potest atcm à uobis  
 accipere. Sic magnus ille orator, ac ciuitatis amator, qui  
 nunquam non id in ore suo habet: Ego solus pro liberta-  
 te certo, me neque amicorum gratia, neque inimicorum  
 terror à commodis uestris proficiendis depellit. ego si  
 mihi pro uobis uerba facienti moriendum sit, eum ipsum  
 uitæ exitum gratissimum habuero. is ergo tūm nihil ho-  
 rum que nunc magna uoce iactat, mussare ausus est. Neq;  
 id iniuria. Reputabat enim secum, adesse ex instituto ma-  
 iorum Magistro equitum Antonio lictores & purpus  
 ram, usum autem esse eidem gladij ac militum contra ses-  
 ditiosos, qui nullum certè ne extremorum quidem facino-  
 rum sibi reliquum facturi erant, nisi is munitus istis fuisse-  
 set, quando sic quoque nonnulli eum contemptui habue-  
 runt. Hęc omnia, ac reliqua quoque recte, ac omnino ex  
 sententia Cęsaris acta esse, res ipse ostendunt: nam ne-  
 que sedition ulterius progressa est, & Antonius non modò  
 eorum causa multatus non est, sed Consul quoque deinde  
 creatus: quem magistratum ut gesserit, agedum mecum  
 considerate. inueniatis enim, si attentè inspexeritis, eum  
 urbi magnopere utilem fuisse. Quid cum ipse Cicero  
 perfectum haberet, liuore uictus, aususq; est ea repræhē-  
 dere in

Consulatus  
 Antonij a defen-  
 dit. dere in Antonio, quæ uellet à se ipso acta fuisse, ita que dea-  
 nudationem, unctionem, ac ueteres illas fabulas protulit,  
 non quòd nunc eorum usum esse aliquem putaret, sed ut  
 externarum rerum uituperatione luminib. ipsius Consu-  
 latus scienter ac præclarè gesti obstrueret, eius uiri, qui,  
 proh Deum atq; hominū fidē, (altius enim quā tu excla-  
 mabo, ac iustiori de causa eos obtestabor) cum tyrannide  
 captam urbem re ipsa esse uideret, quòd ex exercitus Ce-  
 saris parebant, ex S.P.q.R. eidem concedebant, ita ut ei  
 quandiu in uiuis esset, Dictaturam darent, utque appara-  
 ture regio uti posset permitterent, ipse ex manifestissimè  
 eātyrannidē detexit, ex tutissimā ratione inhibuit, ita ut  
 Cæsar uerecundia correptus, ac territus neque nomen re-  
 gis, neq; diadema (quæ erat sibi ipsi nobis iniuris datus)  
 acciperet. Si quis alius id fecisset, quod tū Antonius fecit,  
 iussum sc à Cæsare hoc fecisse diceret, necessitatēmq; præ-  
 tenderet, ex ueniam haud dubiè consequeretur, factis  
 iam tot nostris decretis, ex in tanta militum potentia: sed  
 Antonius, cui animus Cæsaris exploratus penitus erat,  
 quiq; omnia quæ is parabat, cognita exactè habebat, pru-  
 dentissimè eum auertit ab instituto, ex retinuit. cuius si-  
 gnum euidentis est, quòd Cæsar prorsus nihil deinde pro  
 potentia egit, sed promiscuè præterea ac sine satellitio  
 inter nos uersatus est, quo factum est præcipue, ut ea quæ  
 pertulit, accidere ipsi possent. Hec ita egit, ô Cicero, siue  
 tu Cicerulus, Ciceracius, aut Cicerithus, aut Græculus,  
 Molliciem, Ciceroni obiicit, aut quocunque tandem nomine gaudes, ille male institu-  
 tus, nudus, ex uestitus, quorum nihil tu prestatisti, qui dis-  
 sertus, qui sapiens es, qui plus olei quā uini usurpas, ue-  
 stimentaque usque ad talos dependentem trahis, non quidem  
 histrionum more, qui suis personis te uarietatem motuum  
 animo docent, sed ut turpitudinem tuorum crurū tegas.  
 Neq;

Neq; enim id studio modestiae à te fit, qui tam multa im-  
pudicè de uita Antonij dixeris. Quis enim non uidet te-  
nues istas tuas lenulas? Quis non canorum tuorum pecti  
nibus comptorum odorem percipit? Quis nescit, quem ad-  
modum priore tua coniuge, quæ duos tibi natos pepe-  
rerat, eiecta, aliam uirginem duxeris, ipse etate decrepi-  
ta, ut ex eius facultatibus es alienum dissoluere posse?  
Sed ne eam quidem retinuisti, nimurum ut libèrè Cerellia  
babere posses, quam tanto te etate superiorum, quanto  
inferior ea puella fuit quam duxeras, stupravisti, ad quā  
ipsam eiusmodi literas scribis, quales scribi par est à scur-  
ra, lingueq; incontinentis uiro, cum muliere septuagenae  
ria decertante. Hec ut dicerem P. C. euagatus sum obis-  
ter, ne non hac etiam in parte equum auferret. Conuiuiū  
etiam quoddam exprobrare Antonio ausus fuit, ipse as-  
quam, ut quidem refert, bibens, ut sermones contra nos  
elucubrare possit: filium uero in tanta temulentia edus-  
cat, ut sobrius neque interdiu sit, neque noctu. Os etiam  
Antonij turpitudinis insimulare instituit, ipse per om-  
nem uitam tanta libidine ac impuritate usus, ut ne à pro-  
pinquissimus sibi abstinerit, uxorem prostituerit, cum  
filia incestum commiserit. Sed his missis, ad institutū res-  
uertar. Antonius, quem iste insectatus est, cum uideret  
Cæsarem sese supra Rempublicam efferre, carere, quam  
ximè gratiam Cæsaris captare uisus est, effecte ne is ea  
quæ animo iam destinauerat, re perageret. Qui enim  
rem aliquam semel haud rectè expeditam consequi omnia-  
no cupiunt, eos nihil magis ab instituto revocat, quam si  
hi, qui aliquid mali ab iis expectant, præ se frunt, sibi id  
uolentibus euenturum: quod etsi illi conscientia suæ iniu-  
sticie nequaquam credunt, tamen propositum suum in-  
notuisse opinantes, uerecundia metuque corripiuntur,  
cūmque

Cerellia cū  
Cicerone a.  
dulterium.

Cicero filii  
temulætua.

Antonij fa-  
cum, quod  
Cæsari dia-  
dema obru-  
lerit, lau-  
dat.

cumque alioquin sermonem, tanquam adulationem quan-  
dam, non nisi cum inquisitione accipient, tamen ea que e-  
uentura sint cum pudore coiiciunt. Quæ cum essent per-  
specta Antonio, primum Lupercalia sibi de legit, ut Cæ-  
sar inter hilaritatem ac ludicram actionem absque peri-  
culo posset castigari, deinde forum, rostraque, ut ipsa lo-  
ca pudorem Cæsari obiicerent: affinxit etiam populi mā-  
datum, ut Cæsar eo auditu reputaret non quid dixisset  
Antonius, sed quid populus Romanus eum dicere iussu-  
rus fuisset: qui enim crederet populi esse mandatum,  
cum sciret neque decretum sibi esse tale quicquans, &  
non acclamare populum sentiret? Enim uero debuit hec  
audire Cæsar in foro Romano, quo loco se penumerò pro  
libertate à nobis deliberatum est: apud rostra, propter  
quæ infinitæ pro statu populari sunt consultationes per-  
actæ: Lupercalibus, ut Romuli recordaretur: è Consule,  
ut in memoriam prisorum Consulium acta reuocaret: sub  
nomine populi, ut ei in mentem ueniret, non in Afros  
ipsum, neque Gallos, Aegyptiosue, sed in Romanos tyran-  
nidem moliri. Haec illum uoces conuerterunt, haec deiece-  
runt. Hec est, ô Cicero, Antonij actio, cum neque crus in  
fuga fregisset, ut ipse effugere posset, neque manum ex-  
xussisset, ut Porfena terroreret, sed Cæsaris tyrannidem  
sapientia atque calliditate compesceret, artificio supra ha-  
stam Decij, & gladium Brutii laudando. Tu uero, Cicero,  
quid in tuo Consulatu, non dico sapienter aut bene: sed  
quid egisti, quod non extreum meruerit supplicium?  
Nónne tu urbem quietam ac unaniment perturbauisti, ac  
seditionibus agitauisti? forum & Capitolium cùm aliis  
hominibus, tum seruis etiam euocatis repleuisti? nónne  
Catilinan magistratum tantum ambientem, nihil pre-  
tere à mali agentem, impiè perdidisti? nónne Lentulum  
cirf

Consulatu  
Ciceronis  
inuadit.

& si s<sup>e</sup>que socios nullo ipsorum facinore extat<sup>e</sup>, neque accusatos in iudicio, neque conuictos miseranda morte affeci-  
 sti; quanquam tam frequens ubique à te fiat legum ac iudi-  
 ciorum mētio, ut si quis eam orationibus tuis subtrahat,  
 reliquum nihil sit futurum. Tu quidem Pompeio uitio  
 dedisti, quod Milonis iudicium præter instituta maiorum  
 fecisset, ipse autem nihil ne minimum quidem eorū que  
 legibus constituta sunt in causa Lentuli adhibuisti, sed  
 citra defensionem ac iudicium uirum bonum, ac senem in  
 vincula condidisti, qui à maioribus suis multa amoris in  
 patriam pignora habebat, neque ei uel per etatē, uel per  
 mores licebat quicquam noui moliri. Quid enim ei ada-  
 fuit incommodum, quod rerum mutatione sanare cupes-  
 ret? quæ autem ei non adfuerunt bona? de quibus omnibus  
 si quid noui aggredi uoluisse, in periculum ei erat ueniē-  
 dum. Quæ arma parauit, quos socios collegit? ut ita misere-  
 rē ac impiè homo Consularis, Prætor, nullo neque dicto,  
 neq; audito quod esset contra patriam, in carcere pone-  
 retur, ibi q; tanquam flagitiosissimus aliquis capite ple-  
 fieretur? Hoc enim potissimum egregius iste Tullius ex-  
 petiit, ut in Tulliano, loco sibi cognomini, Lentuli istius, Tullianus.  
 qui quondam princeps Senatus fuerat, nepotem occide-  
 ret. Quid uero acturum fuisse eum censemus, si armatam  
 potestatem adeptus fuisset, qui hec tanta atq; huiusmodi  
 solo sermone perfecit: scilicet hec tua sunt splendida ista  
 facinora, bæ magna illæ tuæ artes ac cōsilia imperatoria,  
 propter quæ nō ab aliis tantū damnatus es, sed ipse pro-  
 prio suffragio ita iudicium de iis fecisti, ut antè, quām de  
 re cognosceretur, profugeris. Quæ uero alia maior tui  
 paricidij potest adduci demonstratio, quām quod scire ab  
 his ipsis percundum tibi fuit, quorum te causa ea fecisse  
 præte tuleras; metuistiq; istos, quos beneficio eæ re affec-  
 tos

Fuga Cleop.  
ronis.

416

Hifonia à ex  
Ciccone  
conditam  
subfannat.

ipſi percusſores Cæſaris declarauerūt, cùm in forūm cum  
nudis gladijs procurrentes, Ciceronem uobis audientibus  
nomina tum ſubinde uocauerunt. Eum igitur ſuum benefa-  
ctorem necauit, ac p̄terea Antonio, à quo & ſacerdos  
eſt factus, & Brundusij, cum ei periculum uitæ à militi-  
bus impenderet, conſeruatus, eam gratiam refert, ut hæc  
quæ neque ipſe, neque alijs quisquam ullo tempore cul-  
pauit, tanquam criminis ei obtricit, eaque exprobret,  
quæ in alijs laudare ſolet. Etenim Cæſarem, qui neque  
per etatem adhuc ad magistratum capiſſendum, geren-  
dām uerū rem aliquam publicam aptus eſt, neque ad id à no-  
bis delectus, cum uideat copias contraxiſſe bellum neque  
decretum à nobis, neque mandatum ſibi ſuſcepiffe: non mo-  
dò nō accuſat, uerū etiam laudat: adeò neque iuſticiam  
ad leges, neq; utilitatem ad commodum Reipublicæ exi-  
git, ſed ſua pro uoluntate omnia iudicat: & quæ in alijs  
prædicat, in alijs eadem repræhendit, idque & mendacia  
de uobis configendo, & uos p̄terea quoque calūnian-  
do. Quæ enim post obitum Cæſaris acta ſunt ab Antonio,  
omnia iuſſu uero acta eſſe reperiſſis. Ac de pecunia  
quidem administratione, de que his quæ ex libellis Cæſa-  
ris acta ſunt, dicere ſuperuacaneum eſtimō. Nam de  
priori cum potius inquire conuenit, qui heres eſt Cæ-  
ris, in posteriori autem ſi quid omnino fuit mala fide  
actum, tūc ſtatim fuit impediendum. Non enim ſub axilla,  
Cicerō, ſurtim quicquam acium eſt: ſed te ipſo teſte, in ta-  
bulis omnia edita fuere. Quòd ſi Antonias adeò palam  
ac impudenter, quod tu dicas, dolo malo egit, ut p̄ter  
reliqua Cretam totam Reipublicæ eripuerit, ac post exi-  
tum Brutii p̄fecture liberam eſſe iuſſerit, tanquam ex  
Cæſaris literis, cum tamen Bruto ea prouincia post mor-  
tem demum Cæſaris fuerit mandata; hæc ſi ſunt in quaum,

D

qui fiebat ut tu taceres , ac reliqui etiam id admitterent  
 Sed, ut dixi, haec relinquam, quod minor pars eorum no-  
 minatim est commemorata, quodque Antonius abest, qui  
 accuratè uos singulatim de suis actis docere poterit. Ve-  
 rum de Macedonia, Gallia, reliquisque gentibus & exer-  
 citibus uestra extant, P.C. Senatus consulta, quibus cū alia  
 Galliam & alijs mandaueritis, Galliam cum exercitibus Antonio dedi-  
 exercitus re stis, idque Cicero etiam nouit: interfuit enim cum haec  
 & de Antonio esse cōmis. decernerentur, suāmque uobiscum sententiam dixit. At  
 quanto melius fuisset, tunc ipsum si quid non recte agere-  
 tur, contradixisse, eaque quae nunc obtēdit, uos docuisse,  
 quām tum quidem silentem ad erratum uestrum connive-  
 re, nūc autem uerbis quidem Antonium accusare, re ipsa  
 Senatum? Neque enim sanæ mentis quisquam dicere po-  
 test, Antonium uos ut haec statueritis ui adegitse. nam  
 neque mulitib. tum erat instructus, ut uos contra senten-  
 tiam animi uestri decernere quicquam cogere posset, &  
 ipsa res pro Republica acta est. Quippe cum Cæsar le-  
 giones præmisisset, eaq; iam conuenissent, metus autem  
 erat, ne audita Cæsaris nece tumultuarerentur, hominēmq;  
 aliquem nequam sibi ducem constituentes, bellum moue-  
 rent, reclè & preclarè à uobis decretum est, ut Antonius  
 ijs legionibus præficeretur, qui & Consul esset, & con-  
 cordie constituenda præmisisset, & Dictaturam prorsus  
 de Republica sustulisset: ei igitur pro Macedonia Gal-  
 liam tribuistis, ut in Italia manens neque mala quid fide  
 agere posset, & continuò ea quae uos iussissetis exequas  
 retur. Haec èo ad uos uerba feci, ut intelligeretis recte  
 uos tum rebus consuluisse. Ad Ciceronem autē hoc quo-  
 que satis fuerat dixisse, quod & adfuerit his omnibus, &  
 uobiscum ea decreuerit, cum neque ullos haberet Anto-  
 nius milites, neque ullum nobis terrorrem offerre posset,  
 quo

quo ad publicam utilitatem negligendam cōpelleremur.  
 At uero, quando tum silentium tenuisti, uel nunc expone,  
 quid faciendum nobis eo tempore, eoque rcrum statu fuit?  
 Exercitusne sine duce dimittendi? qui uero non innumerabilis. malis Macedoniam, Italiāque repleturi fuissent?  
 At qui alij cuidam committendi fuerunt. Quem autem  
 uel oportuit potius ijs præficere, uel quis fuit ad eam rem  
 magis idoneus quam Antonius? qui Cōsul erat, qui omnes  
 res urbis administrabat, qui tanta concordiam in custodia  
 habuerat, qui infinita suæ in Rempublicam uoluntatis doc-  
 cumenta dederat. Quem percussorum Cæsar is huic nego-  
 cio præposuissimus, cum esse eis ad urbem aliquin tu-  
 tum non esset? Quem aduersariorum: cum omnib. ij essent  
 suspecti? Quis præter Antoniū autoritate tum, quis peri-  
 tia excellebat? Sed nimis indignè fers, quod non te dele  
 gimus. Quem uero tu magistratum gerebas? Quid uero  
 non egisses, armis militib. que assumptis, qui in Consula-  
 tu tuo, sola dicendi arte, studijsq; tuis ( que sola in tua  
 erant potestate ) frctus, tantos motus concitaueris? Sed eò  
 reuertor, unde digressus sum. Adfuisti igitur, cum hæc An-  
 tonio decernerentur, neque contrà quicquam dixisti, sed  
 tanquam optimis ac necessarijs concilijs assensisti: neque  
 uero libertas dicendi tibi decretat, solito sepius ab re obla-  
 trare: neque metuebas etiam quenquam. tu enim cum nu-  
 dum ut exhorruisses, quem armatum non times? aut so-  
 lum, quem nunc non reformidas tot militibus cinctū? quan-  
 quam hoc ipso te iactas, quod mortem ( ita enim refirs )  
 contemnas. Que cum ad hunc modum se habeant, uter  
 tandem horū uobis, P.C. iniuste agere uidetur? Antonius,  
 qui copijs à uobis sibi creditis præcessit? aut Cæsar, qui pri-  
 uatim tantas copias secum habet? iterumque, Antonii sine,  
 qui ad prouinciam sibi à uobis mandatam prof. elus

Ostēdit, nō  
 Antonium,  
 sed aduersa-  
 tios eius, in  
 Rempubli-  
 cam pecca-  
 te.

est, aut D. Brutus, qui eum ista regione prohibet? Antonius ne, qui socios uestros cogere uult, ut decretis uestris obtulerint, aut illi, qui praefectum à uobis missum non recipiunt, eum uero cui abrogatus est magistratus, adiuuans? Antonius ne, qui milites uestros retinet, aut milites, qui ducem suum reliquerunt? Antonius ne, qui nullum ex his militibus, quos ei uos dedistis, in urbem adduxit: aut Cæsar, qui pecunia affectis veteranis, huc ut uenirent persuasit? Ego quidem ne uerbis quidem rem opus habere existimo, quin ita iudicetis, Antonium omnia sibi à uobis imposita recte administrare: illis uero alijs suppli ciuim esse subcundum eorum nomine, quæ suo iudicio aggressi sunt. Qua de causa etiam praesidium militum accessistis, ut tutò de impendentibus negocijs consultare possetis, non quidem Antonij causa, qui neque priuato consilio egit quicquam, neque illum urbis terrorem ostendit, sed propter eum, qui contra Antonium exercitum conduxit, qui aliquoties intra moenia ipsa suos milites habuit. Hæc propter Ciceronem à me dicta sunt, qui inquis nos sermonibus prior inuasit, cùm aliás neque litigator sim, quemadmodum iste, neque curiosus de alienis rebus, quo se iste studio usquequaque iactat: nunc quod uobis consilium dcm, idque neque Antonij gratia, neque Cæsaris aut Bruti obtulit, sed ( sicuti conuenit ) publici commodi studio motus, exponam. Ego ita iudico, neminem eorum qui in armis nunc sunt, hostem à uobis esse iudicandum, neque accuratè de eorum actis inquirendum: ( nam neque praesens tempus id fert, et cum ciues nostri illi omnes ex æquo sint, siue quis eorum succumbet, is nobis peribit, siue superior euadet, aduersum nos uires acquirat ) sed esse eos ciuiliter ac mansuetè tractandos, miti- tēdosque ad unūquenque eorum, qui ab armis eum discedere.

Fuji sententia de mittendis ad utrosque legatis.

dere, ac se se militesque in nostra potestate esse iubeat: bellum autem nondum ulli corum inferendum, sed respon=sa expectanda. tum demum eos qui paruerint iussis no=stris, laudandos, non obedientes autem, bello persequen=dos nobis esse. Id enim et iustum, et conducibile uobis est, ne finitis, aut temere quicquam agatis: sed pa=liisper expectantes tempus mutandi propositi ipsis, mul=tibusque concedatis: deinde bellum, si eo opus sit futurū, Consulibus mandetis. Te autem, o Cicero, adhortor, ne mulierum more exaspereris, neve Bambalionem inuteris, neu bellum excites, ac priuati in Antonium odij causa publicè totam ciuitatem denuò in periculum adducas. Be=nē egeris, si cum eo in gratiam redeas, cum quo multa amicè sepius egisti: sin cum eo reconciliari nullo modo uis, at nobis tamen parce; neque concordiam eam, cuius nobis autor fuisti, conturba, sed reminiscere istius dici, orationisque à te in Telluris templo habite: aliquidque concordiae etiam huic, de qua nunc deliberamus, grati=ficare, ne istius quoque prioris tuae orationis existimati=toni detrahas, tanquam non ex recta ratione, sed alio quodam ab effectu profectæ: id et ciuitati utile, et tibi gloriosum est futurum. Neque existimare debes, ferociam istam aut laudabilem esse, aut tutam: neque mortem à te contemni gloriari debes, aut laudem inde aliquam sperare: qui enim uitam suam projiciunt, eos tanquam ex insania quadam rem aliquam magnam tentaturos, reliqui omnes suspectos, odioque habent: quos autem plu=rimam salutis propriæ rationem habere uident, eos lau=dant, et prædicant, tanquam nihil morte dignum com=missuros. Proinde tu etiam si uerè incolumitatem patriæ curas, ead dic, eaque age, quibus tuā ipsius quoque salu=tē tuearis, non ea quæ nobis unā tecū exitium afferant.

Cōtempsus  
mortis non  
omnis lau=dabilis.

Hæc postquam Calenus dixit, Cicero ( qui ut libertate dicendi in omnes intemperati ac nimia uti consuerat, ita eandem aliorum aduersum se minimè ferre poterat ) se non continuuit, quin omissa consultatione de republica, ad conuicia Fufio facienda proueret, quæ nō minima causa fuit, cur ea dics frustra consumeretur. Postridic eos, qui Cæsaris causam agabant, factio obtinuit: itaque decretum est, ut Cæsari statua ponceretur, ut inter Quæstorios esset Scnator, ut petendi reliquos magistratus manus & eius turius quam legibus præcipiebatur petendi ius haberet: militibus ut pecunias quas militibus dederat, ex ærario ( quia pro republica eos, priuato licet consilio, conduxisset ) recipieret. Prætere à decretum, ut militibus qui à Cæsare condici fuerat, ac his qui ab Antonio discesserant, perfecto hoc bello uacatio militie daretur, statimque agri diuiderentur.

Legati ad Antonium autem missi legati sunt, qui cum iubarent Gallia, exercitibusque dimissis in Macedoniam proficisci: militibus eius dicerent, ut ante certam diem domum discederent: nisi fecissent, hostium loco futuros. Senatores etiam, quibus Antonius prouincias assignarunt, deposuerunt, reliquosque eorum loco amandados statuerunt. Hæc tum decreta sunt: paulò post, priusquam de Antonij sententia fierent certiores, tumultum urbi impendere censuerunt, uestem Senatoriam exuerunt, bellum contra Antonium Consulibus, & Cæsari, cui Prætoriam potestatem

Lepidus. tribuerint, iniunxerunt, ijsq; Lepidum, & L. Munaciū L. Munaciū Plancum, qui parti alicui Galliae transalpinæ præcerat, auxilio esse iusserunt. Ea ratione Antonio, iam tum bellum expetenti, ab ipso Senatu occasio hostiliter agendi præbita fuit. Is enim lato animo ea que decreta essent arripuit, statimque legatis exprobrauit, quod secum recesserunt adolescentis ( Cæsarem notabat ) neque recte, neque quo

Honores  
Cæsari & eius  
militibus  
decreti.

Legati ad  
Antonium  
missi.

Lepidus.  
L. Munaciū  
Plancus.

equo iure egissent, missisque ipse alijs uicissim legatis,  
quò causam belli in Senatum reiaceret, eas conditiones  
obtulit, quæ ipsi honestam aliquam speciem affrebat: fie-  
ri tamē nullo modo poterat, ut à Cæsare eiusque adiuto-  
ribus staretur. Cum enim in animo haberet, nihil eorum  
quæ ei Senatus præcipiebat facere, satis cōpertum habens  
ne illos postulatorum ipsius ulli sūfacturos, pollicitus  
est se omnia quæ decrūssent, facturum, ut excusationem  
quasi corum autoritati paruisse haberet: utq; illi cū con-  
ditiones ab ipso latas responderent, uiderentur causam bel-  
lo p̄ebuisse. Igitur pollicitus est, Gallia se discessurum,  
exercitumque dimissurū, si Senatus suis militibus eadem  
quæ Cæsarianis essent decreta, præmia cōferret: ac si Cas-  
sius & Brutus Consules ( id enim eò petebat, ut viros  
sibi istos conciliarct, ne succenserent ipsi propter ea, quæ  
contra D. Brutum coniuratum cum ipsis cegerat ) crea-  
rentur. Hec duo Antonius petebat, quorum neutrum no-  
uerat futurum. Neque enim Casar passurus erat, ut uel  
patris sui paricide Consules fierent, uel milites Antonia-  
ni eadem cum suis prænūa accipientes, Antonium adhuc  
magis diligenterent. Igitur neutra conditio approbata est,  
sed bellum potius iterum Antonio in dictum, militēsq; iussi  
cum descrere, aliisque dics constituta: saga autem omnes  
Romani, etiam hi qui non proficisciatur in bellū sumpe-  
scunt: Consulib; que custodia urbis mandata, ac Sena-  
tus consultum pro consuetudine addit: m, darent operam,  
ne quid Respublica detrimenti caperet. Ac quoniam mul-  
ta ad bellum gerendum pecunia opus habebant, unusquis-  
que uigissimam quintam suorum bonorum partem in  
commune contulit: Senatores præterea quaternos obo-  
los in singulas tegulas earum ædium quas in urbe uel  
suas, uel conduicias habebant, persoluerunt: ad hec

Antonij re-  
sponsum, &  
cōditiones  
ab eo latæ.

Apparatus  
belli cōtra  
Antonium.

multa alia locupletissimus quisque suppeditauerunt, arma & alia ad usum belli necessaria. multæ urbes, multæ etiam priuati homines ultrò donauerunt ( tanta enim tum ærariū laborabat inopia, ut ne ludi quidē qui eo tempore fieri debebant, peragerentur, paucis quibusdam exceptis, qui ad soluendam religione urbem celebrabantur ) Hæc

**Antoniano**  
rum actio-  
nes.

ij qui studebant Cæsari, quicquid Antonium odio habebat, promptè agebant: ceterum plerique bellis iuxta, pensionibusq; iam defatigati, id bellum agrè serebant: tantóque magis, quod incerta partium uictoria, certum erat ei qui uicisset seruendum esse. Itaque complures qui Antonio cupiebant, partim ad eum profecti sunt: quo in numero etiam Tribunis plebis quidam, Prætorésque fuere: partim Romæ manentes, omnia quæ poterat, uel clam uel aperte ea defendantes pro Antonio agebant. inter quos Fufius etiam Calenus unus fuit. Hi uestem non statim mutauerunt, sed Senatui persuaserunt, ut denuò ad Antonium legatos mittaret, atque inter eos Ciceronem, uerbo quidem, ut eum ad pacificationem impelleret, re ipsa, ut eo liberarentur. sed Cicero re intellecta, ac ueritus se Antoniu-

**Cicero lega-  
tus ad An-  
tonium de-  
leatus.**

nij armis permittere, legationem eam non obiit: quo factum est ut ne reliqui eti. in proficiscerentur. Interim prodigia non uilia urbi, ipsiq; Consuli Vibio Pansæ euenerunt. In ultima enim concione, à qua in bellum profectus est, uir quidam morbo comitali laborans concidit,

**Prodigia  
Pansæ & pu-  
blicè obla-  
ta.**

orante ad populum Consule, eaque die, eaque ipsa hora qua is ad bellum profectus est, statua ærea in uestibulo domus collocata, sponte sua euersa est: ac in sacris quæ initio belli haberi consueuerant, exta ab aruspiciis propter multitudinem sanguinis dijudicari nequivere: interimq; puniceam ei quidam uestem afferens, in effuso cruento laetus, casu suo uestem contaminauit. Hæc ei ostenta acciderunt,

derūt, quæ si priuato oblata fuissent, ad solum ipsum per-  
timuissent: quia uero Consulatum eo tempore gerebat, ad  
omnes ex æquo pertinebant. Iam matris etiam Deum si-  
mulacrum in Palatio, cum ante solis ad ortum spectasset,  
tunc sponte sua in occasum conuersum fuit. Et Diana si-  
mulacrum, quod Mutinæ (apud quam urbem præcipue  
bellatum est) colebatur, multum sanguinis, ac deinde la-  
etis effudit. Consules quoque ante ferias Latinas urbe  
profecti sunt, quod quotiescumque factū fuit, pernicic ipso-  
rum stetit: sicut tum quoque ambo Consules, ac magna  
multitudo de plebe, ac post paulo multi equestris Senato-  
riæq; dignitatis uiri potissimumque præstantissim: i inter-  
rierunt: ac partim prælijs, partim cedibus Syllano exema-  
plo iterum editis, omnis flos populi Romani, qui ad ea  
tempora superstes manserat, ijs qui eas peregerunt ces-  
des exceptis, absemptus est. Eius sibi ipsis calamitatis au-  
tores ipsi Senatores fuerunt, qui cum unum aliquem qui  
optimè de Republica sentiret, præficcerebus, cùmque  
per omnia adiuuare deberent, contrà certos homines  
quosdam ad opprimendos alios instruxerunt, ac deinde  
hos quoque euertere aggressi sunt: quo factum est, ut ami-  
cum neminē, inimicos omnes haberent. Diuerso enim mo-  
do à plerisque mortalium iniuriae atque beneficia acci-  
piuntur. nam iræ quidem uel inuiti memoriam retainent,  
memoriam autem beneficiorū ultrò proiiciunt hoc quod  
ij uideri nolunt, qui tanquam inbecilliores ab alijs sint ad-  
iuti: illud, quia nolunt sufficionem timiditatis de se præ-  
bere, si quidem iniurias sibi illatas non ulciscantur. Quæ  
causa Senatui Romano fuit, ut cum neminem unum foue-  
rent, sed modò hunc, modò alterum certis in negotijs ad-  
iuuarent, ac modò pro eo, mox aduersus eum statuta fa-  
cerent, multa mali propter eos toleranda haberent, i mul-

Senatus sibi  
sux calami  
tatis autor.

Beneficiorū  
minor, qvā  
iniuriarum  
ratio à pler-  
isque ha-  
betur.

"

"

"

ta quoque ab ijs ipsis pateretur. Erat enim istis omnibus unus belli hic scopus, ut populi potestate delecta, regnum stabilirent. Ita dum utraque pars armis de domino cui scruiat, discipiat, utrique suam in columitatem perdebant, et pro fortuna belli diuersam existimationem adipiscerentur. Quibus enim prosperare erant res, iij bene consuluisse, ac ciuitatis amatores esse dicebantur: quibus aduersa euincabant, iij patriæ hostes, et scelerati nominabatur. Ad eum statim res tum Romane deuenerant, sed iam singula uti acta fuerint, explicabo: id enim ad instituendam uitam apprimè conducere iudico, ut actiones cum consilijs contrariantur: et cum quales eæ sint, ex his deprehendatur, tum consilia ipsa ex euentu cuiusmodi fuerint existimetur.

D. Brutus Mutinæ D. Brutum obsidebat, quod is unus ex percussoribus Cæsaris esset: hoc enim praetexebat. uera autem causa erat, quod Gallia Brutus sibi cedere nolebat: sed quia eam causam parum honestam esse intelligebat, videbatque in oculis populi esse Cæsarrem, quia eum ulturum cædem patris sui sperabat, eum belli, quem dixi, praetextum obtinebat, cum obtinenda Gallie causa id se egisse satis ipse ostenderit, cum peteret, uti Caſſius et M. Brutus Consules designarentur, sui commodi causa res inter se duas diuerſissimas simulant. Cæſar ante etiam, quam ei id bellum Senatus mandato iniunctum esset, in armis fuerat, neque tamen ullam rem memoratu dignam gesserat. Vbi que decreta esent, comperit, gauisus est; idque eo magis, quod cum habitum ac potestatem prætoriam acciperet, sacrificanti, omnium hostiarum (erant autem duodecim) iocinoragine inueniebantur. Id uero et grè ferrebat, quod et legati et mandata ad Antonium mittebantur, ac non potius recta ei bellum nulla per internuncios tetata pacificatione indicebat

BIBLIOTHECA  
47

indicebatur : idque adhuc magis, quod animaduerterat  
Consules scorsim ad Antonium de concordia scripsisse,  
literasque eius ad senatores quosdam scriptas, intercess=ptosque, à Consulib. clam se illis redditas esse, quodq; hye  
mis prætextu bellum neque scriò, neque statim à Consu=libus gerebatur. Quæ proferendi cum nullam rationē ha=berent, quia neque alienos eorum à se animos reddere  
uolebat, nec persuadere eos aut ui adigere ad rem geren=dam poterat, ipse quoque Foro Corncl: i in ocio hyema=tus est, donec Decimo metuens ad subuenicndum ci pro=ficisci ceretur. Is Brutus cum prius Antonium ui repulisset. D. Bruti a=  
pōit in suspicione uenit nonnullos in urbem submissos  
esse ad corrumpendos milites: eos ut deprehenderet, con=uocauit omnes qui intra muros aderant : paucisque uer=bis factis, locum commonstrauit; ad cius alteram partem  
milites, ad alteram oppidanos secedere iussit, eaque ra=tione eos qui ab Antonio uenerant, dubios utram in par=tem se reciperent, solosque in medio relictos deprehendit, ac in uinculis habuit. secundum hoc factum undiqua=que munitionibus circundatus ab Antonio fuit. Itaque  
metuens Cæsar, ne aut ui expugnaretur, aut penuria ad=ditionem compelleretur, Hirtium ut secum expeditio=nem ad liberandum eum faceret, compulit. (Nam Vibius Cæsar & Hir=tius D. Bruto succur=quabat.) Itaque profecti coniunctis copijs Cæsar & Hir=tius, Bononiam à præsidio dicitutam: citra certamen re=cepérunt, equitesque obuiam factos in fugam dederunt:  
sed à fluvio, qui Mutinam preterfluit, custodiāmque ad=cum positam, progreedi ulterius prohibiti sunt: ut tamen de præsentia sua Decinum certiorem redderent ne is pa=elionē aliquā faceret, primū à celsissimis arboribus ig=nes ediderunt, postquam id Brutus non intulexit, in tea=nus

nuem ex plumbō ductam laminam quedam uerba inscri-  
pserunt, eam chartae instar conuolutam urinatori cuidam

Brutus quo noctu ad Decimum perferendam tradiderunt. Ita Brutus  
artificio de præsentia eorum, auxiliique promissione cognita, ad eum  
uentu certum modum rescripsit: ac deinde continenter mutuis li-  
tior factus, teris que ex usu essent, significabant. Antonius cum de-  
ditionem à Bruto iam non amplius speraret, relicto in  
obsidione urbis curanda L. Antonio fratre suo, in Cæsa-  
rem & Hirtium profilius est. Cum castra castris essent  
opposita, per aliquot dies equestria prælia lcuia & du-  
bia uictoria cõmussa sunt: deinde Germani equites, quos  
cum elephantis Cæsar adeptus fuerat, iterum ad Antoniū  
descerunt: egressique castris cum reliquis Cæsarianis,  
progresisque ante reliquos, tanquam soli cum hostibus  
occurentibus conflicturi, mox conuersi in Cæsarianos,  
qui nihil sinistri suspicantes subsequebantur eos, magnā  
stragem ediderunt: post hæc cum utriusque partis pabu-  
latores congressi essent, ac auxilia suis utrinque ueniret:

**Antonij vi  
& totia.** acri coorto prælio Antonius superior discessit. Quib. re-  
bus elatus, cum appropinquare Pansam sentiret, hostium  
castra oppugnare aggressus est, sperans se ijs captis faci-  
lius dein bellum posse ducere. Cum Cæsar Hirtiusq; par-  
tim memoria acceptæ cladis, partim spe auxilij à Pansa,  
castris suos continerent, eaq; custodiret, Antonius relicta  
ibi parte suarum copiarum, qui castra oppugnarēt, ut &  
ipse adesse omnino crederetur, & nemo cum à tergo ad-  
oriri posset, clam de nocte in Pansam Bononia tum proce-  
**Pansa ab  
Antonio vi  
tus.** dentem profectus est, cumque in sidijs exceptum uulnera-  
uit, milites eius occidit, reliquos intra uallum inclusit, ce-  
pissetque, si obsidionem uel minimo temporis spacio du-  
cendā putasset; nunc postquam prima oppugnatio frustra  
fuit, ueritus ne tempus traheret, atque interim à Cæsare  
& reli-

et reliquis aliquid detrimenti acciperet, aduersum eos contedit. Quā rem cū Cæsar Hirtiusque intellexissent, Hirtius ex itinere utroq; pugnāq; defatigato Antonio occurrit, Cæsare ad castra defendendare relicto, eū in signi uictoria superauit. Antonio uicto, non Hirtius tantum, sed Pāsa quoq; qui aduersum prælium fecerat, et Cæsar, qui pugnæ non interfuerat, à militibus Senatuq; Imperatores nominati sunt: decretumque ut iij qui eo in prælio ex Consulum parte ecclidissent, publicè sepelirentur: liberisque et parentibus eorum ea præmia darēt, que ipsi si uixissent, accepturi fuerant. Eodem ferè tēpore T. Munatium Plancum Pōtius Aquila, legatus D. Brutii, atque ipse quoque unus ex occisoribus Cæsari, prælijs aliquot uicit: Brutus Senatoris cuiusdam qui ad Antonium transfugerat non modò non est ira prosecutus facinus, sed omnem etiam ei suppellecilem quā Mutinæ reliquerat, emisit: quo facto animu militum Antonianorum à duce suo ab alienati sunt: quidamq; è populo, qui cum Antonio prius senserat, ab eo dissentire cœperūt. His successibus accessit animus Cæsari, Hirtioque, ita ut ad castra Antonij progreſſi cum ad pugnam prouocarent: Antonius aliquandiu metu perculsus quieuit, sed copijs à Lepido sibi auxilio missis, auctus, animum recollectus. Nam is quidem Lepidus Antonium necessarium suum amabat, à Senatu autem contra eum euocatus erat: itaque ut recessum ad utramque partē sibi pararet, M. Silano tribuno militum exercitum suum ducendū dederat, ita ut expreſſe ei nō mandaret, utri parti cum adiungeret, neque manifestum fecerat, utri auxilium id mittret: sed is Silanus sententiam Lepidi satis exploratim habens, ad Antoniū sua sponte seſe adiunxerat. His suppetijs confisus Antonius, cum subito eruptionem fecisset, magna utrinque edita

Antonius  
clade ab  
Hirto affi-  
ctus.  
Præmia vi-  
ctoris.

Pontius A-  
quila T. Mu-  
natium Pla-  
cum vincit.

Lepidi am-  
bigua fides,  
ciusq; exer-  
citus cum  
Antonio  
cōiunctus,  
M. Silanus.

Antonius  
iterum vi-  
etus.

Cōsulūm o- edita cāde, suis fūsis aufugit. Hactenū Cāesar à populo Se  
bitus. natūque auctus fuit, ita ut cūm alios sibi honores, tum  
Consulatum speraret. nam Hirtius in capiendis Antonij  
castris, Pansa non multo pōst ex uulneribus perierat, ita  
ut eorū mortis culpa Cāsari tanquam successionis cupido  
impingeretur. Senatus cum nondum constaret, ad utram  
partē uictoria esset inclinatura, omnem potestatē, que su  
perioribus tēporibus certis quibusdā hominibus erat præ  
ter maiorū instituta cōcessa, antiquārat: que et si aduersus  
utrosq; statuebantur, ut uictoris cupiditas ea ratione an  
teuerteretur, tamen in causa ut hēc decernērēt, is erat fu  
turus, qui succubuisset. Itaq; edictum fecerāt, ne quis diu  
tius anno cum imperio esset: itēmq; ne quis solus annonā  
procurator, reiue frumentarie prefectus esset. Sed post  
quam quae res gesta esset acceperunt, Antonij clade leti,  
uestē mutauerūt, supplicationēsq; dierū L x. habuerunt:  
omnes qui cum eo militassent, hostes iudicarunt: iisq; sic  
cut ipsi quoq; Antonio, facultates ipsorum ademerunt. Ut  
uerò Cāsari magnum aliquid iam præterea tribuerent,  
tantū absuit, ut conati sint etiam detrahere de eius di  
gnitate, omniāq; que is se accepturū sperauerat, Decimo  
tribuerint: cui nō sacrificia tantum pro re bene gestas, sed  
triumphum etiam decreuerunt, cīque belli reliquias man  
dauerunt: militib. Decimi, qui cum eo in obſidione habiti  
fuerant, cūm alias, tum Pāse legiones addiderūt: iisdēmq;  
Bruti militibus collaudationes, & ea præmia, que ante  
Cāsaris militibus promissa fuerant, tribuerunt: cum ta  
men iī ad uictoriam nihil contulissent, sed prēium de mu  
ro spectauissent. Aquilam qui in pugna perierat, statua  
honorauerunt, pecuniāmque quā is ex suis bonis D. Brus  
ti militibus impenderat conducendis, heredibus eius red  
diderunt. Denique omnia que prius contra Antonium  
Cāsari

D. Brutus tri  
buna à Se  
datu.

Pōtrij Aqui  
lx obitus,  
& honor.

Cæsari dederant tunc aduersus hunc ipsum decreuerunt: Senatus in Cæsarem in ac ne is ulla ratione ad aliquam posset peruenire poterit. tiam, omnes ciuii inimicos instruxerunt, re nauali Sexto Pompeio commissa, M. Bruto Macedonia, Cassio Syria, rei nauali & bello contra Dolobellam. Quod nisi militum erga praefectus. Cæsarem benevolentiam cognitam habuissent, haud dubiè eos quoque ipsi ademissa: quia tamen palam hoc decernere non audebant, id tamen conatis sunt efficere, ut et inter scipios dissentirent iij, & à Cæsare. Neque enim omnes laudibus honorib; sive affecerunt, veriti ne animis magis adhuc erigerentur: neque rursus omnes præterire, ac inhonoratos relinquere uolucre, ne eos à se aballicitos ad mutuam inter se concordiam compellarent. Itaque medianam viam ingredi, quosdam collaudarunt, quosdam præterierunt, quibusdam olaginam coronam ludis gestandam dederunt, quibusdam negauerunt: alijs bis mille quingentos denarios, alijs ne æreolum quidem dare decreuerunt: ea ratione ipsos inter se commissum iri, uinxque suam amissuros sperantes. Hæc qui militibus annunciarunt, non ad Cæsarem sed ad ipsos milites miscerunt. Cæsar magno dolore ea ex re affectus, permisit quidem legatis, ut se absente cum exercitu loquerentur: prædixit tamen eos nullum prius responsum accepturos, prius quam ipse quoque accersitus esset: ita postquam ad exercitum uenit, ac una percepit quæ Roma ad ipsos mandata missa erant, longè adhuc arctius sibi ex ijs militum suorum animos deuinxit. Nam quibus præcliquis honor habebatur, ij non tam prerogativa ea gaudebant, quam subicabantur quorsum id ageretur, Cæsaris presertim instinctu: quibus nullus honor desirebatur, ij non suis sibi prælati succensabant, sed decreti sententiam calumniati, ignominiam eam ad uniuersos pertinere ostende

Honores Consulares Cæfari decreti. ostendebant, omnesque ad iram concitabant. Quod ubi Romæ intellectum est, territus Senatus, ne sic quidem Consulem Cæsarem designauit (id uero potissimum expetebat) honoribus tamen consularibus ornauit, ut sententie etiam inter Consulares dicende ius haberet: quæ cum is parui admodum ficeret, decreuerunt, ut proximè Praetor, ac deinde Consul crearetur, existimantes se ad hunc modum cum Cæsare adolescentem, aut puerum etiam (ita enim uulgò vocabant) sapienter planè egisse. Ceterum is cum alia indignè ferens, tum id indignissime, quod puer vocaretur, omni dilatione amputata, ad arma et uim animum adiecit, clam cum Antonio per internuncios egit, Antonio et Lepido cōspiratio. eos qui ex prælio profugissent, uictos à se, ac à Senatu hostes iudicatos, collegit, apud eos frequenter Senatum populumque accusauit. Quæ Romæ audita et si aliquar diu negligebantur, tamen postquam Antonium cum Lepido societatem coiisse senatus sensit, Cæsarem demercri iterum instituerunt, eique bellum contra illos mandauerūt, ignari eorum, quæ is cum Antonio egerat. Id bellum Cæsar suscepit, sive Consulatus obtinendi: idque omni studio cum per alios agebat ut Consul designaretur, tum per Ciceronem, quem sibi collegam assumpturum pollicebatur: sed cum ne sic quidem Consul crearetur, se ad bellum, quod ei Senatus iniunxerat, gerendum parare simulans, interim effecit, ut milites in uicem se se iuramento obstrinxerent, contra nullum se exercitu qui Cæsaris fuisset, pugnaturum: id uero ad Lepidi Antonii que exercitus pertinebat, qui maiori parte ex Cæsarianis militibus constabat. Huius sacramenti inter milites suos dati causa Cæsar suspenso interim negotio legatos Romā quadrin gentes ex his ipsis militibus misit. Verum ea quidem species eras legationis, re autem pecuniam promissum, Consulatum

Cicero.

Militum Cæsaris coniunctio. tate.

Cæsaris legatio Roma missa, & postulata.

fulatumque Cæsari ut poscerent, adueniebant. Cum re-  
 sponsum dare, ut in re deliberatione opus habente, Sena-  
 tus differret, legati iussu Cæsaris impunit: tem ijs qui  
 Antonij partes fecuti essent, petiuerunt, quemadmodum  
 consentaneum erat: quod faciebant, non quod cam imper-  
 trare cuperent, sed ut Senatorum animos explorarent,  
 ac irascendi occasionem, si negaretur, eam haberent ) cum  
 non impetrassen, nemine quidem contradicente, sed ita  
 multis hoc idem alijs quoque postulantibus, ut negandi  
 honestam excusationē Senatus haberet, ibi aperte iratis  
 legatis, unus eorum curia egressus, gladio que resumpto  
 ( inermes enim ad Scnatum introiuerant ) manu eum tan- Militis di-  
 gens: Si uos inquit, Cæsari Consulatum non datis, atqui  
 hic dabit responditque ad ea uerba Cicero, Si ad hunc mo-  
 dum petierint, fore ut Consulatum Cæsar obtineat: sed ea  
 quidem petitio Ciceroni ipsi exitium attulit. Id militis di-  
 etum Cæsar non reprehendit. quod autem legati sui in  
 Curiam introeentes arma deponere iussi sunt, interroga-  
 tique à quodam, ab exercitu an à Cæsare missi essent,  
 in eo sibi à Senatu factam iniuriam duxit, celeriterque  
 iussis ad se propius accedere Antonio, ac Lepido, quem  
 ipsum quoque pro eius cum Antonio necessitudine sibi  
 adiunxerat, ipse coactus à suis militibus Romam cum ijs  
 contendit. eodem tempore equitem quendam, quem ex-  
 ploratum res ipsorum uenisse suspicabantur, interfecerunt:  
 agros eorum, quorum diuersa erat sententia, infestauerūt,  
 multaque alia maleficia eo prætextu ediderunt. Senato-  
 res aduentu eorum intellecto, pecunias ipsis antequam  
 urbi appropinquarent, miserunt. ijs acceptis eos recessu-  
 ros sperantes: cum uero ij nihilominus pergerent, Cæ-  
 sarē Consulē designauerūt. Sed ne hoc quidem profuit,  
 quod que nō ultrō, sed ui coadiucent, pro ijs gratias

Cæsar cum  
 armatis Ro-  
 mam con-  
 tendit.

agendas milites non putarent; sed asperos inde magis se aducrsum hos, quibus terrorem se inieccisse uidebant, exhiberent. Senatus igitur eo animaduerso, sententiam mutauit: ijsq; interdixit, ne ad urbem accederent, sed ut ultra X C I I I . milia passuum ab ea abcessent: ipsi uestem denuò mutauerunt, Praetorib. custodiam urbis pro more impo- fuerunt, custodias certis locis urbis collocauerunt: Ianicu lum militū præsidio, quos ad urbē habebant, ijsq; qui ex Africa aduenabant, occupauerunt. Hæc agebantur, dum Cæsar Ro- adhuc in itinere Cæsar erat, unoq; animo omnes quot- mani occu- quot Romæ erant, ijs intenti erant: quemadmodum solent pat. pleriq; antequam in conspectum atque experientiam periculi perueniant, audaces esse. Postquam autem in subura bana Cæsar aduenit, animos timori submiserūt: ac primò Senatorū nonnulli, deinde etiam complures ex populo ad eum trāsierunt. Itaque Praetores etiam à Ianiculo descendērunt, seq; & milites Cæsari dedidērunt. Ita Cæsar Ro- Comitia Cō- mam nullo certamine occupauit: ac quia comitijs haben- sularia à dis interrex in tanta temporis angustia, plerisque etiam Proconsuli bus habita. qui patricios magistratus gerebāt absentibus, prodi non poterat, duo Procoſules (consultius autem ipsis uisum, ut de his diligendis Praetor urbanus decretū faceret, quām ut ipse Consules crearet, quòd hi duo tātum comitia peracturi, ac nihil potentiorē deinde magistratum habituri uidebantur) qui comitijs præſent, delecti sunt, Cæsarq; à populo Consul factus. Quod etsi mētu armorum fiebat, tamen Cæsar, ne uim intulisse populo existimaretur, comitijs non interfuit: quasi uero præſentia eius, ac non po- tentia reliquias terrori effet: ita Consul creatus est, collec- Pedius Cō- tales desigati, ga (si quidē is collega, ac non potius legatus dicendus est) addito Q. Pedio. Magnos id spiritus Cæsari addidit, quòd eaestate, qua nemo unquā ante se mortalium, Consulatum effet

esset gesturus: præterea quod prima comitiorum die in  
 Campum Martium progressus, sex uultures, ac post con-  
 cionem ad milites habens, alios duodecim uidisset. id enim  
 ad Romulum, auguriumque eidem oblatum refrens, re-  
 gnum quoque eius sibi sperabat. Ac tametsi iam ante Con-  
 sularibus ornamentiis decoratus fuerat, non tamen hunc  
 suum Consulatum, secundum nuncupauit: idque in simili  
 re ab omnibus deinceps usque ad nostra tempora obser-  
 uatum est. Primus enim omnium Seuerus Imperator cum  
 Plautiano honores Consulares tribuisset, eumque deinde <sup>Plautianus.</sup>  
 in Senatum adscriptum, cum Consulem postea ficeret,  
 iterum Consulem esse dixit, idque exemplum alij deinde  
 sunt secuti. Cæsar rebus urbanis suo arbitrio constitutis,  
 militibus pecunias diuisit, non ijs tantum quibus Senatus  
 decreuerat, sed reliquis etiā singulis, ut ipse quidē pre-  
 se fcrebat, suis ex facultatibus, re autem ipsa ex publi-  
 cis. Quam pecunie distributionem alij deinde ita inter-  
 pretati sunt, ut omnibus urbanis exercitiis qui cum  
 armis Romam aduenissent, necessariò uiritim dena ista  
 sextertia diuidenda iudicarent. Igitur hi quoque miliz-  
 tes, qui ad euertendum Julianum cum Seuero in urbem  
 uenerunt, eas postulantes, ingentem ei nobisque terro-  
 rem incusserunt: cosque Seuerus, ignorantibus reliquis  
 quid peterent, mullenis nummis placauit. Enimvero Cæ-  
 sar militibus eo dato congiario gratias egit, idque ex ani-  
 mo, quippe cum sine eorum praesidio ne in Curiam ire au-  
 deret: Senatui autem gratiam se habere simulauit, ac  
 quæ ijs ui adactis adeptus fuerat, ea quasi ab ipsis ultrò  
 siti obliita, beneficium se putre fingebat. Senatores uero  
 gloria batitur, quod ea ipsis sua sponte contulissent: ac pre-  
 terea ipsis, quem paulo ante Consulatu non dignabantur,  
 id dederunt, ut peracto Consulatu, quotiescumque apud

Pecunie mi-  
 litibus se-  
 mel datq; in  
 consuetudi-  
 nem à po-  
 steris rapie-  
 tur. Seueri  
 largitio.

Senatusque  
 Cæsari de-  
 dixit.

exercitum esset, Consulibus quoque tempore honore anteiret; ac cui iudicia et poenam minati fuerant, quod priuato consilio copias contraxisset, eum alios ctiā iam exercitus parare iusserrunt: et cuius ignominia afficiendi, op̄ primendique causa bellum D. Bruto contra Antonium mandauerant, ei Brutique legiones adiecerunt, denique urbis ei custodia commissa est, ut agere pro suo arbitrio etiam præter legum præscripta posset omnia. Dicin-

Cæsar adop-  
tatus in fa-  
miliam & ptatus est nomenq; mutauit. ( quanquam enim iam antè,  
nomē Iulij ut fert quorundam sententia, Cæsaris nomen sibi cum ha-  
reditate assumpserat: tamen neque id nomen constanter,  
neque apud omnes gerebat, priusquam more Romano id  
confirmasset ) ac C. Iulius Cæsar Octavianus dictus est.  
Sic enim institutum est, ut qui adoptatur, ab adoptante  
appellationem accipiat: nomen tamen eorum quæ prius ges-  
sit aliquod, aliter paulò formatum seruet. Ego autem non  
Octavianum eum sed Cæsarem nominabo, quod ita usus  
obtinuit, ut nomen id omnibus Romanorum summis Im-  
peratoribus tribuatur. Cognomētum etiam Augusti ade-  
ptus est idem, quo ipso etiam posteriores Imperatores  
utuntur. sed de eo cognomine suo loco dicam: interim Cæ-  
saris nomen satis sit de Octaviano hoc intellexisse. Is igi-  
tur Cæsar, ut primum milites sibi devinctos, Senatum ser-

Cæsar undi-  
candum pa-  
tris cædem  
instituit.  
uitute quadam oppressum habuit, statim ad ulciscendam  
patris cædem se cōtulit: ueritusque ne populi aliquis inde  
tumultus existeret, non antè suum consilium patefecit:  
quām legata à patre ijs reddidisset: ita demū plebe etiam  
pecunia ( quanquā ea publica fuerat, ac bellum nomine coll-  
gesta ) sibi cōciliata, patris sui interfectores aggressus est.  
Qua in re ne ui, sed iure agere existimaretur, legem tu-  
lit de quæstionibus in eos habendis, iuditiisque de absen-  
tibus

tibus constituit: ( aberant enim plerique, eorumque non nulli prouincijs praerat: qui uero tunc Romae erant, iij me tu iudicij furtim urbe discedebant ) damnataque sunt absentes non hi modò qui Cæsari manus attulissent, aut cum his coniurassent sed multi alijs, Cæsari non modò non insidiati, sed ne eo quidem tempore Romæ uersati. id autem præsertim in Sextum Pompeium parabatur, qui facinoris istius minimè omnium particeps, tamen, quod hostis

Percussori-  
bus Cæsaris  
aqua&igne  
interdictū.  
Sextus Pom-  
peius.

eius erat, damnabatur. Damnatis autem aqua et igne interdicebatur, eorumque bona publicabantur: omnes autem præfecturæ, non eæ modò quæ tum ab istis tenebantur, sed reliquæ etiam cunctæ amicis Cæsar is tradebantur. Fuit inter istos reos etiam P. Seruilius Casca Tribunus plebis: isq; conjecturam de Cæsar is animo mature facti, ante aduentum eius Roma discesserat. aduersus eum

P. Seruilius  
Casca.  
P. Titius Tri-  
bunus ple-  
bis.

P. Titius collega populo in unum congregato, magistratus cum, quod contra leges urbe excessisset, depositus, reumque peregit. Verum is Titius haud multò post diem suum obiit, idque quod antiquitus iam notatum fuerat, suo exemplo firmauit. Animaduersum enim est neminem ab initio urbis ad ea usque tempora, qui collegam suum magistratus deiecerisset, ipsum annum superuixisse. sic Brutus cum Collatino Consulatu abrogasset, statim occidit. Gracchus cum Octauium depositisset, cæsus est. Cinna Heliuus cum Marullum Flauiumque magistratu exturbasset, mox ipse interiit. Porro qui Cæsar is percussores postularent multi fuerunt, partim Cæsar is filij studio adducti, partim ab alijs eò permoti: premium enim accusationis accipiebant, pecuniam ex bonis, et honorem magistratus ( si quem is gerebat ) accusati, uacationemque à militia pro se, filijsq; et nepotib. suis. Iudicium autem plerique reos fauore ac metu Cæsar is impulsi damnauerunt,

Quicolliga-  
suum deie-  
cisset, annū  
nunquā su-  
peruixit.

iure se id facere aliqua ratione ostendentes, eorum alijs secundum legem de supplicio hoc latam iudicabant, alijs armis Cæsaris suam sententiam adscribebant. Inuentus est Sicilius Coronas Senator, qui M. Brutum aperte ranas M. Brutum ab soluit, eoq; iudicio tum gloriatus est, occulteque ab alijs laudatus, ac de Cæsare opinioni clementie occasionem præbuit, quod non statim morte plecteretur: sed is post inter proscriptos necatus est. His ita actis, Cæsar expeditionem tanquam contra Lepidum Antoniumque fecit. Nam Antonius cum è pugna profugisset, cumque neque Cæsar, quippe Decimo bellum erat mandatum, neque D. Brutus insequeretur, quod inimicum Cæsaris delere nollet, collectis ijs qui ex pugna supererant, ad Lepidum aducerat, qui ipse quoque cum se parauisset tamquam in Italiam exercitus ducturus, iussus id Senatus consulto iterum mandatum acceperat, ut eo in loco, in quo tum erat, maneret. Senatores enim cum audiuerint Silanum Antonij rebus fauere, Lepidum, ac L. Plancum timetes, ne hi quoque se Antonio adiungerent, miserunt ad eos qui dicerent, nihil iam eorum Rempublicam opus habere. Ac ne quid sinistri suspicarentur, facinusque aliquod perpetrarent, iussi sunt à Senatu, ijs qui quondam Vienna, quod est provincia Narbonensis oppidum, ab Allobrogibus expulsi, ad confluentes Rhodani Ararisque fluviorum condescerant, urbem condere. Itaque illi subsistentes, Lugdunum (quod olim Lugudunum vocatum fuit) edificaverunt, non quod, si quidem uoluissent, non possent cum exercitibus in Italiam profici sci. cum eo tempore nihil Senatus consultis ij tribuerent, qui exercitus habebant: sed exitum belli Antoniani expectantes, interim Senati obtempcantes uidcri, suisque res confirmare uolebant. Certe Silanum Lepidus ob initam cum Antonio societatem culpauit,

Vienna.

Lugdunum  
edificatum.

pauit, neque eum ad se uenientem continuò ad colloquium admisit, quinimò apud Senatum quoque per literas cum accusauit, ita ut laudatus ob hæc, bellumque ei contra Hispanum iniunctum sit. Reliquo tempore, ijsdem de causis neque recepit Antonium necque repulit: sed passus in via cinia agere, ac cum militibus suis eum conuersari, ipse tamen cum eo collocutus non est: ubi uero eum cum Cæsare pactionem fecisse percipit, ipse quoque utrisque sese adiunxit. M. Iuuentius autem legatus Lepidi, primò cum conatus ab hoc consilio auertere, cum nihil efficaret, in conspectu militum seipsum interfecit. Itaque huic Senatus laudationem statuamq; ex publicum funus decreuit: Lepidi autem statuam in rostris positam remouerunt, hominem eum iudicauerunt, bellumque ijs qui cum eo erant, ministri sunt, nisi intra dictam diem ab eo discessissent: propterea uestem (nam Consulatu Cæsaris tam quam latoretum statu gerunt, resumpserant) mutauerunt, ac M. Brutum ex Cassium, Sextumque Pompeium accersierūt, qui bellū ijs facerent: hisque cunctantibus, Cæsari (quem coniurasse cum ijs nesciebant) id bellum commiserunt. Proinde Cæsar id bellum, quanquam ea, que suprà demonstravi, ut inter se sibi sacramento confirmarent milites effecerat, cum gerendum recepisset, nihil quod ad id pertineret egit: neque id eò, quod pactionem cum Antonio, Lepidoque per eūdcm factam, magnificaret, sed quod potentiam Antonij Lepidique uidebat, eosque ob propinquitatē generis consentire, nec ui à se posse superari, quodque sperabat se eorum auxilio Cassium Brutumq;, qui iam ad magnam potentiam peruererant, confectus ipsosq; deinde unum alterius opera posse se opprime re. His causis etiam inuitus conuentibus stabat, Antonioque ex Lepido ueniam à Senatu populoq; impetrare

M. Iuuentius  
interitus.

Brutus, Cas-  
sius & Pom-  
peius euocā-  
tur à Sena-

intendebat. Ne uero suspicio alicui de his quæ inter ipsos composita erant, locum daret, ipse de uenia non retulit, sed cum exercitu profectus urbe est, tanquam bellum ipsi facturus. Q. autem Pedius quasi propria ex sententia retulit, ut impunitas ijs redditusque concederetur: neque tamen antea ea ijs data sunt, quam Senatus cum Cæsare cam rem, tanquam inscio, communicauit. isq; inuitus, militumque (ut firebat) ui adactus assensit. Dum haec aguntur, interim D. Brutus initio ut bellum contra Antonium Lepidumque gereret profectus, L. Plancum, qui cum Consul ad sequentem annum designatus fuerat, socium sibi adscierat: sed ubi se damnatum, eos inter se coniuctos recessiuit, cum aduersus Cæsarem uellet exercitum ducere, à Planco, qui Lepidi & Antonij partes prætulerat, destitutus, relictæ Gallia, per Illyricum pedestri itinere in Macedonia proficisci ad M. Brutum instituit, præmisitq; milites quosdam, dum cæteras res quas præ manibus habebat, constitueret. Iis ad Cæsarem deficientibus, cum reliquos etiam Antonius Lepidusq; persuos consecutati ad se pertraxissent, desertus à suis, in manus inimici cuiusdam peruenit: cumque iam iugulandus iniquo animo suum casum ferret, ac deploraret, suo cum exemplo Helius Blasius quidam, qui propter communem militiam eum amore prosequebatur seipsum eo inspiciente interficiens, ad tolerandam necem animauit. Ad hunc modum sublato D. Bruto, Antonius ac Lepidus, relicis in Gallia legatis, in Italiam ad Cæsarem contendenterunt, secum maxima atque optima exercitus parte abducta; nam neque satis fidebat Cæsari, neque eius beneficio suam impunitatē ac redditum debere, sed ea per se, suisque viribus sibi parauisse uideri uolebant. ad haec sperabant propter suorum milium presentiam Cæsarem reliquosque Romanos omnia quæ ipsi

Antonio &  
Lepido ue-  
nia & redi-  
tus datur.

D. Brutus in-  
teritus.

Helius  
Blasio.  
Antonij, Le-  
pidique cu-  
Cæsare apud  
Hononiam  
congressus,  
& coniura-  
tio.


ipſi uoluiffent facturos. Eo animo per prouinciam tan-  
quam amicam ſibi profecti ſunt: quanquā ob multitudinē  
ac ferociam militum ei non minus quam in bello damni  
iniunctum fuit. His Cæſar cum ualida militum manu pro-  
pe Bononiā occurrit, ſatis paratus ad uim propulsandā,  
ſi quam iij inferre uoluiffent. Sed armis contra ſc̄ inuicem  
tum quidem opus ipſis non fuit. Etiā enim ſummis mu-  
tuō ſc̄ odijs proſequebantur, tamen quod æquis uiribus  
erant inſtruſti, quodque mutuis priuī operis ulcisci ſuos  
alios inimicos uolebant, pacem ac concordiam fictam cō-  
poſuerunt. Congreſſi ſunt autem ad colloquium in insu-  
la quadam eius fluuij, qui præter Bononiā labitur, cum  
æquo numero militum, nemine præterea preſente: pro-  
culque ab ijs quos ſecum eò adduxerant digreſſi, poſtquā  
unus alterum excuſiſſet, ne quam ſub ala ſicam porta-  
ret, ſummiſa quædām uoce collocuti ſunt, quorum ſum-  
ma erat, de dominatione ſibi conſirmandā, ac inimicis de-  
lendis, coniuratio. Ne uero palam rerum ſummam ad pau-  
cos ſe omnem reducere uelle uiderentur, ideoque alio-  
rum inuidiæ, ac ſuorum captorum impugnatiōne locum  
darent, ita inter eos conuenit, ut publicè quidem ipſi tres  
conſtituendis administrandiſque rebus præficeretur, idq;  
non in perpetuum, ſed in quinquennium: ita ut omnia ex  
animi ſuī ſententia, etiā neque ad Senatum, neque ad po-  
pulum de his retuliffent, agere, magistratus, aliosque ho-  
nores, quibus ipſi uellēt, tribuere poſſent: priuatim autē,  
nēue uiderentur omnes prouincias ſibi ipſis arrogare  
uelle, Cæſari Africa utraque, Sardinia et Sicilia: Lepi-  
do Hispania omnis, ac Gallia Narbonensis: Antonio reli-  
qua omnis Gallia quæ cis ac trans Alpes iacet, tribuere-  
tur. Vocatur autem, uti ſuprà ostendi, altera quidem to-  
gata Gallia, quod reliquias uideatur eſſe pacatior, quodq;

Conuentus  
& paſta ip-  
ſorum.  
Triumul-  
ratus.

Gallia To-  
gata & Co-  
mata.

urbanum Romanorum uestitum usurpet: altera comata,  
 quod Galli isti comae gerunt promissimam, eoque a reli  
 quis dignoscuntur. Haec ita inter se sortiebantur, ut ex  
 ipsis provincias validissimas haberent, et alijs opinione  
 de se preberent, quasi non omnia appeterent. Præterea  
 compositum inter ipsos est, ut inimicos suos cederent,  
 utque Lepidus in locum D. Bruti Cœsul fieret, Româns  
 et totam Italiam in custodia haberet: Antonius uero et  
 Cæsar contra Brutum et Cassium bellum mouerent. Hac  
 cum iuramento sanxissent, conuocatis militibus, ut iij et  
 conscijs et testes pactorum essent, eam ad ipsos oratio-  
 nem habuerunt, quæ honesta in speciem esset, ac tutò ha-  
 beri poterat. Eodem tempore milites Antonij, filiam  
 Fulviae uxoris Antonij, quam Clodio pepererat, Cæsari,  
 instinctu haud dubie Antonij, in matrimonium dederunt:  
 quāvis is aliam iam tum duxerat. neque id Cæsar detrac-  
 etauit, quod arbitrabatur eas nuptias nullo sibi obstaculo  
 futuras in eare quam contra Antonium animo iam  
 preceperat: cum alioquin Iulium Cæsarem  
 patrem suum cognouisset nihil mora-  
 tum affinitatem cum Pompeio  
 imitam in suis contra  
 cum actionibus  
 fuisse.

DIONIS



# DIONIS ROMANAE

HISTORIAE LIBER Q V A-  
dragesimus septimus, Gulielmo Xy=   
landro Augustano in=   
terprete.

## INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Quemadmodum Cæsar, Antonius, & Lepidus Romam reuersi  
cades fecerint.

De Bruto, & Casio, ac quæ ante pugnā Philippensem egerint.  
Ut Brutus & Casius à Cæsare vieti obierint.

Hæc gesta sunt reliquo tempore eius anni, quo C. Vibius Pansa,  
& A. Hirtius Consules fuerunt, anno sequenti, quo Cöfula-  
tum geslerunt

M. Acilius Lepidus. I L.  
L. Munatius Plancus.

An. V.C.71<sup>2</sup>

Is illi ad eum modum inter se compo-  
sitæ, initaque coniuratione Romam con-  
tenderunt, cum ex æquo omnes tres sum-  
me rerum præfuturi uiderentur, priua-  
tim uero sibi unusquisque eam destina-  
ret animo. Evidenter autem cum antè, tum eo ipso  
tempore eorum quæ ipsis cœntura essent, indicia accepérūt.  
Serpens enim gladio Centurionis Lepidi circuulatus fue-  
rat: lupusque in castra, tentoriūmque Lepidi cœnatis in-  
gressus, mensam eueterat: quo ostento & potentia Lepi-  
do, & difficultates in ea significari uidebantur. Circu cœ-  
stra Antonij lac circunfluxerat, concentusque exauditus Antonio.  
fuerat: quibus & uoluptates, & pernicies eas consecutu-  
ra ipsi portendebantur. Hec antè quam in Italiam iuueni-  
rent,

Prodigia  
Lepido fa-  
da.

Cæsari. rent, euenerunt. Cæsari autem inter ipsam pactionē aquila, quæ tabernaculo eius insederat, duosq; coruos aduolantes, alásq; sibi conuellere conatas occiderat, uictoriā de utroq; eorum addicebat. Hi itaq; eo modo, primò Cæsar,

Triumviro  
rum Romā  
aduentus.

deinde reliqui duo, Romā seorsim unusquisque cum suis omnibus militibus ingressi, statim quæ cōstituerant legib. opera Tribunorū sanxerūt. nam quæ dolo ac ui sibi cōseq̄uebantur, ea ex legis nomen ferebant, ex consolationi erant Romanis, cum essent summis precibus ad ea singula admittenda Triumviri adigendi. Itaque ex sacrificia eorum nomine, tanquam felici rerum conditione oblata, decreta sunt: ex uestis ea quæ lētis rebus gestari consueuit, resumpta, quanuis multum terroris cū ex ipsis quæ tum agabantur rebus, tum uero à prodigijs etiā impenderet. Signa enim eius qui urbem custodiebat exercitus, araneis sunt repleta: arma è terra cœlum uersus adscendere uisa: eorum multus sonitus auditus, in culmen adis Aesculapij multæ apes confluerat: uultures complures in templo Genij P. R. ac Concordiae insederant. quibus adhuc eodem in loco commorantibus, cedes illæ, quales olim Sylla proscriptione usus fecerat, editæ sunt, ac tota urbs cadaueribus impleta. Nam multi intra domos, multi in cōpitis, in foris, in locis sacrī promiscuè necati sunt, eorumq; capita pro rostris tum quoque posita truncī abieci, ex a canibus uolucribusque uorati, aut in fluuiū proiecili sunt, omniāque exemplo Syllanæ calamitatis acta, nisi quod duæ tribule peculiares, una Senatorum, alia res liquorum hominum propositæ sunt. Quod qua de causa sit factū, neque ex alio discere, neque ipse excogitare potui. falsum enim fuerit, si quis ex eo, quod numerus occisorum quam sub Sylla minor fuit, coniūcere uelit, unicam tantum

Prodigia.

Syllanæ &  
Triumvira-  
lis proscrip-  
tionis col-  
latio.

tantum tabulam proscriptio*nis* editam fuisse: longe enim plurcs, quippe à multis, inscripti sunt, quanquam numerus cæsorum priorem tamen non excessit, quod nomina optimatum non promiscue inter uulgares, sed scorsim relata, multū erroris circa eos, qui ob similitudinem nominis occidendi fuissent, attulerant: uerum in locum multitudinis peremptorum, alia non pauca acerbissima tum successerūt mala, quantūvis Syllana tanta fuisse uidetur, ut addi posset nihil. Verum qui sub Sylla eas cedes peragebant, excusare se aliquo modo prætextu audacie quam in nouo, ac non antè aut perpetrato, aut præmeditato facinore adhibebant, poterant: ac pleraque minus malitiosè ab his fiebant, nimirum non tam consultò, quam fortuitò agentibus: qui uero interficiebantur, iij repentinis ac inauditis miserijs obruti, tolerabiliorem aliquando calamitatem eam habebant, quod ex insperato incidisset. Hoc autem tempore, cum Syllane tempestatis facinora alij ipsi peregrissent, alijs uidissent, alijs recens auditæ memoria repeterent, ac expectatione similium rerū eo quod intercesserat tempore alij quæ addituri essent prioribus illis excogitassent, alijs nouorum malorū in metum deuenissent, illi quidem emulatione superioris etatis facinorum, studioque eadem nouitate quadam superrandi plurimafœda opera exercabant: hi autem cum reputassent omnia quæ sibi euenire possent, maximos animo dolorcs, illesis etiamnum corporibus, tanquam iam in ijs malis constituti, percipiebant. Iam id quoque presentia mala augebat, quod sub Sylla nemo, nisi coiubente, cedebatur, solis ijs exceptis, qui maximas diuitias possidebant, (ijs enim in huiusmodi casu nihil contra uim potentiorum tuti est) tum uero non inimici modò aut duites,

uites, sed etiam amicissimi præter opinionem peribant.  
Quippe & si perpauci priuatis d: causis Triumuiris in-

Amici etiā  
Triumuir  
rum quare  
proscripti  
būt.

uisi erant, ut ijs eares necem affirret, tamen publicæ res,  
& dominationum permutationes in causa uehementibus

istis cùm amicitijs, tum odijs erant: quicunque enim unum

ex his uel studio, uel factio suo adiuisset, statim inimici

loco reliquis habebatur, ita idem homo alicui ipsorum  
amicus erat, & inimicus omnium: effectumque, ut dum  
quis suos inimicos ulcisceretur, iuxta illis quoque sum-  
mos suos amicos pessundaret. Etenim cùm propter ea,  
quæ ipsi contra se inuicem egerant, cùm eorum qui suis  
rebus fauissent, tum qui repugnassent, unusquisque ra-  
tionem aliquam haberet, nullus tamen ipsorum aut pœnas  
de inimico suo, qui alij amicitia erat iunctus, sumere po-  
terat, nisi de alio contrà ei concessisset, sed id facile siebat,  
cum ira præteriorum, ac suspicio futurorum efficeret,  
ut præ ulciscendi cupiditate salus sociorum prorsus ne-  
gligeretur. Itaque inter se amicissimos suos pro ijs quo-  
rum odio flagrabant, & summos inimicos pro socijs con-  
iunctissimos, modò æquali numero, modo plures pro uno,  
uicissimque permutauerunt, uendentes, auctionantesque  
tanquam sub hasta positos: sic ubi unus alij precio par esse  
existimaretur, simplex siebat permutatio: qui uero ob  
virtutem aliquam, aut dignitatem, aut propinquitatem ma-  
ioris precij censebantur, eorum interitus plurium nece  
compensabatur. id enim quoque, nimis in bellis ci-  
uilibus, quæ longo tempore per uarias actiones se ex-  
tendissent, euenerat, ut complures etiam inter genere  
proximos inuicem offense in factionibus incidissent. Sic  
Antonij L.Cæsar auunculus eius, Lepidus frater L.Paulus  
hostis fuerat. Verum hi quidem incolores euaserunt: relia  
q[uod]orūm

L.Cæsar.

quorum multi ab amicis suis, ac necessariis necati sunt, à  
quibus uel maximè seruari eos oportuerat \*

de præmijis metuens, quòd M. Cato Quæstor cum esset, à  
nonnullis qui Sylla cædes executi fuerant, omnia bona  
eorum repetijsset. \* cur eum occide-

rent, prædixerunt, sc nullum eorum in publicas tabulas  
inscripsisse. Propterea cùm in alijs necandis fuerunt  
promtiores, tum uero in locupletibus, etsi nequaquam  
eos odissent. Quia enim multæ ip[s]is admodum pecuniæ  
opus erant, neque aliter militum desideria explere uale-  
bant, communiter omnibus diuitibus inimicitiam indis-  
serunt. Ea ratione inter multa alia contra legum præ-  
scripta acta puerum etiam quendam togam sumere uiri-

lem iusserunt, ut quasi uir iam esset, interfici ab ip[s]is pos-  
set. Hæc præcipue agebantur ab Antonio & Lepido,  
qui diutissimè à superiori Cæsare in honore habiti, ac  
in multis magistratibus prouinciisque uersati, inimicos  
habebant multos. Videbantur tamen pro communione

dominationis etiam à Cæsare agi, qui ipse quidem sui cau-  
sa multos occidendo non existimabat, homo natura ne-  
quaquam crudeli, ac patrios mores à puero edocitus, ius-  
uenisque adhuc, ac recens ad res gerendas progressus, ne-  
que opus habebat ut odisset multos, & amari ipse cu-  
piebat. Id hinc constat etiam, quòd postquam eos colle-  
gas habere dominationis desit, ac solus rerum summam  
obtinuit, nihil in postrum huiusmodi egit: quinimò co-  
ipso tempore non modò paucos interfecit, sed plurimos

potius conseruauit: grauiissimè in eos statuens, qui domi-  
nos aut amicos prodidissent suos: summa autem benignia  
tate utens in hos, qui eosdem adiuuissent. Cuius exem-  
plum evidens est, quod adducam. Tanusia mulier illustris

T. Vinium proscriptum, maritum suum, primò in arca  
quadam

Puer virili  
toga sum-  
pta occidi-  
tur.

Cæsaris in  
proscriptio  
ne modera  
tio & cle-  
mentia.

T. Vinium à  
Tanusia cō  
iuge sua se-  
ratus.

quadam apud Philopæmenē libertum depositum occultatum, ita ut fidem fecerit, cum mortem obijisse: post obscurato tempore, quo ludi publici à quodam suo cognato erat facie di, opera Octauie sororis Cæsar is effecit, ut ex triūviris solus Cæsar in theatrum iret, eò ipsa insiliens, rem eam Cæsari inscio eius aperuit, arcam inferri iussit, uitrumque extraxit: itaque Cæsar miraculo rē habens, omnibus ijs ueniam dedit ( nam his quoque qui occulassent aliquem proscriptū, mors proposita erat ) Philopæmenē uero etiā inter equites retulit. Neq; tantum Cæsar quām

Lepidi humanitas. potuit multos conseruauit, sed Lepidus quoque fratri suo Paulo concessit, ut Miletum auſfugeret, et de reliquis

Antonij, & Fuluiz in proscriptos crudelitas. non inexorabilem sese præbuit. Sed Antonius crudeliter, ac citra omnē misericordiam non proscriptos modò, sed eos quoque, qui opem ferre alicui horum ausi fuissent, trucidauit: eorumque inter cibum capiendū etiam capita inspexit, ac se diutissimè nefario isto ac miserrimo spectaculo exatiauit. Fuluia uero multos ipsa quoque morte affecit, inimicitia alios impulsa, alios propter pecunias, non nullos etiam uiro suo nunquam cognitos: qui cum unius aliquando eorum caput uidisset, Hunc quidem, inquit, ego non noueram. Cum tandem Ciceronis quoq; allatum caput esset, is enim in fuga deprehensus ac iugulatus fuerat, Antonius multis in eum atrocibus conuicijs inuectus, caput pro rostris ponit iussit, magis conspicuo quām cætra loco, ut quo de loco contra ipsum concionans Cicero auditus fuisset, ibi caput eius cum dextra ( nam hæc quoque amputati fuit) conspicetur. Fuluia autem id caput arreptum, priusquam auferretur, insultansque amarulentis uerbis, & conspuens, genitus suis imposuit: origine eius aperto, linguam extractam, ac cubus ( quales secum comendi capit is causa mulieres frunt) compunxit, ad ditis

Ciceronis capiti ab Antonio & Fuluia insultatum, sedque cum dextra pro rostris possum. ut quo de loco contra ipsum concionans Cicero auditus fuisset, ibi caput eius cum dextra ( nam hæc quoque amputati fuit) conspicetur. Fuluia autem id caput arreptum, priusquam auferretur, insultansque amarulentis uerbis, & conspuens, genitus suis imposuit: origine eius aperto, linguam extractam, ac cubus ( quales secum comendi capit is causa mulieres frunt) compunxit, ad ditis

ditis crebris ac turpibus opprobriis. Ea tamen, maritusq;  
eius, salutem nonnullis derunt, accepta maiori ab ipsis  
pecunia, quam quantam cæsis ipsis reperturos se sperau-  
rant, in eorumque locum, ne vacua nominum horum spa-  
cia essent, alios proscripterunt. Hoc unicum ab Antonio  
est bene actum, quod auunculum suum, matrem sua Iuliam  
summis id precibus efflagitante, dimisit. Interim uariis  
modis et iugulati sunt multi, et seruati: multi ab amicis  
cæsi, multi ab inimicis erupti: multe ipsis occiderunt,  
multos percussores immisi tanquam occisos, incolumes  
dimiserunt: qui prodidissent dominos aut amicos suos,  
alijs supplicio, alijs honoribus affecti, itemque qui salutis  
iisdem autores fuissent: uidelicet cum non unus aliquis,  
sed tres uiri omnia, sua propria quilibet ex cupiditate,  
pro que suo commodo agerent, ac nec amicos, nec inimicos  
hi eosdem haberent, ac se penitus cum saluum esse,  
quem alij perire uellent. sepc eum perdere, quem super-  
stitem esse reliqui cupiebant, sicut uariè illi uel bene, uel  
male certis hominibus uolabant, ita uarios quoque casus  
eorum eueniare necesse fuit: quorum ego singulos accu-  
rare scribendo persequi omittam, rem et operosam, et  
nihil magnoperè huic historiæ conduceat: que uero  
memoratu potissimum digna arbitror, ea recensebo. He-  
rum quidam suam in cauernam abstrusserat, quem cum  
indicio alieno iamiam peritum animaduerteret, ue-  
stem cum eo suam permutebat, herilique cum habitu per-  
cussoribus occurrit, ac pro suo ipse hero occisus est: he-  
rus autem diuersis iis, cum se eum quem uoluissent, in-  
terfici se crederent, alio effugit. Alius quidam simuliter  
omni habitu cum domino suo permuto, ipse in leclicam  
opertam se coniecit, in eaque ab suo domino uictus est: in  
hos cum emissarij incidissent, seruus ne uisus quidem ab

Fides seruo-  
rum in do-  
minos.

iis iugulatus est: dominus autem tanquam famulus aliquis esset, dominus. Hi duo benefactoribus suis gratiam retulerunt. Ceterum quidam seruus stigmaticus, tantum a domino suo prodendo, qui cum notis compunxerat, absuit, ut cum paratiissimo potius animo periculo eripuerit. Cum enim cum aliquo euhens esset deprehensus, persecuturque eum scarij, quendam obuium sibi forte factum obtruncavit, amictuque huius domino suo tradito, cadas uero go imposuit: ipse induitus uestem annulimque herilem, persecutoribus obuiam dedit, commentusque est berum fugientem a se occisum: creditumque id ei ob exuicias et stigmata est: itaque et hero uitam, et sibi honores confecit. Sed horum quidem nomina non extant.

Filiorum in parētes pleitas.  
Geta Ho-  
sius.  
Q.Cicer-  
pis obitus.

Hosieum autem Getam filius, funere eius tanquam defuncti parato, neci subtraxit. Q. Ciceronem Marci fratrem filius occuluit: ac quantum in ipso fuit, seruauit: nam et occultauit patrem, ne inueniri posset: et cum in questionem adductus omnibus tormentis interrogaretur, nihil enunciavit: sed patre cognita, miratus simul ac misseratus filium, ultrò in publicum prodiit, ac se occisoribus exhibuit. Hęc sunt uirtutis et pictatis illustria opera. Po-

M. Cicero à pilius contrà Lenas M. Tullium Ciceronem occidit, quam Popilio Lænae cæsus. Ciceronem occidisse non ex sermone tantum, sed uisili etiam aliqua re crederetur, suam ipsius imaginem prope caput Ciceronis coronatam collocauit, inscripto suo nomine ac facinore. quod adeò gratiam Antonij ei conciliavit, ut maiorem ab eo promissa pecuniā accepit. M. Terentius Varro, tribunus plebis tum temporis, cum dem cum quodam proscripto appellationem gerens, uno excepto cognomento, cum alioquin nihil contra trium viros deliquerisset, ueritus ne idem sibi quo. l. Cinne accideret,

deret, edito scripto eam rem declarauit, hōcque eo nā  
 aus est facto, ut iocis risūque agitaretur. Incertitudi-  
 nem autem uitæ humanae L. Philuscij demonstrauit, qui  
 ante à Sylla proscriptus, cùm periculum cuasisset, tum  
 denuò proscriptus, & occisus est. At M. Valerius Messa-  
 la cum morti ipsum Antonius destinasset, non modò tutò  
 superuixit, sed etiam in ipsis locum postmodum. Consul  
 est creatus. Adeò multi ex summis periculis euadunt i-  
 columnes, & non pauciores, cum maximè suo statui fidat,  
 intercunt: quamobrem consentaneum est neque ita ad su-  
 bitas nos calamitates animo corruere, ut omnem spē proii-  
 ciamus: neque letis in præsentiarum rebus usque adeò ef-  
 ferri, ut prouidentiam etiam perdamus: sed spem futuri  
 in medio utriusque fortunæ collocatam habere, & tutò  
 in utramque partem consilium capere. Prætereà uero  
 multi eorum, qui proscripti non fuerūt, propter diuitias  
 suas inimicitiasque perierunt: multi ex proscriptis non mo-  
 dò ueccm cuitauere, sed pòst etiam in patriā reuersi sunt,  
 ac nonnulli magistratus quoque gesserunt. Hi autem se Persigium  
 frè ad Brutum, Cassiumque aut ad Sextum Pompeiū re= Proscriptio-  
 cipiebant, ad Sextum uero plerique: ei enim prius classis rum.  
 imperium fuerat commissum. cùmque aliquandiu mare  
 obtinuissest, et si pòst à Cæsare erat ea præfectura spolia-  
 tus, tamen proprias sibi uires parauerat: Siciliāq; occue-  
 pata, cum proscriptus ipse quoque inter reliquos esset, &  
 dèisque iste fierent, multū hominib. ciusdē fortunæ pro-  
 fuit: quippe haud procul ab Italia classem tenens in sta-  
 tione, Romam, alijsque ad ciuitates mittebat, qui duplū  
 eius mercredis, que erat occisoribus proposita, ei qui ali-  
 quem proscriptorum saluti asservisset, suo nomine pol-  
 licerentur, hospitiūmque proscriptis, auxilium, pecuniam  
 & honores à se promitterent. Itaque multi ad eū omnia-

no peruererunt, quorum ego numerum omisi, sicut ex proscriptorum, et occisorum, et clapsorum: nam multi primò in isto albo propositi, deinde deleti sunt: reliquorum complures mortem effugerunt, multi autem alij etiā occiderunt. Occisos ne lugere quidem cuiquam licebat, sed multi ob eam rem quoque perierunt. Denique cum iam calamitatibus omnis simulatio esset uicta, ac ne fortis simi quidem iam iis resistere possent, sed moestiam in omnibus sermonibus actionibusque præferrent, initio anni, cum esset festum de more celebrandum, edictum est, ut læto essent omnes animo: quique id non fecisset, ei mors supplicium est constitutum: itaq; hi coacti sunt communibus malis, quasi rebus in Lætis, gaudere. Quanquam quid

Triumuiris  
honores de-  
creti.

hoc referre oportuit: cum Triumuiris istis alios honores decreuerint, qui benefactoribus ac seruatoribus urbis tri bii solebant, et coronas etiam ciuicas: neq; enim iij culpā di, quod interficisse aliquos, sed laudādi, quod non plures occidissent, sibi uidebantur: aperteque tum ad popu lum dicebant, se neque Marij Syllaq; crudelitatem iniuri uoluisse, ne odio haberentur, neque Cæsar is clementiam, ne in contemptum adduclii, exinde insidiis peterentur. Hunc ad modum peractis cædibus, multa etiam circa reliquorum facultates turpiter acta sunt. Nam quamvis

Facultates  
vt à Trium-  
uiris dicte-  
pæ, pccu-  
niāque coa-  
da sit.

uxoribus interfectorum dotem, liberis autem eorum mas sculis decimam, uicessimam facillis partem bonorum reddituros promiscrant, ut et iusti et clementes uidea ri possent, tamen neque hoc nisi paucis quibusdam repræsentatum est, et in reliquorum etiam bona impetus im- punè facilius. Primùm eam mercedem domorum, quæ inhabitationis nomine annua pendebatur, ab iis qui conuicticias edes habitarent, totam: ab iis qui proprias posside rent, dimidiam, non Romæ modò, sed per totam Italiam

exeg

43

exegerunt. Deinde alteram partem reddituum iis, quibus prædia essent, ademerunt: præterea milites, ac alimēta ab iis urbibus, in quibus hyemabatur, sine precio sibi suppeditari iusserunt. Iam dimissi suis per uniuersam regionem, qui bona aduersiorum (qui etiamnum supererant, ac quod intra prædictum diem non destitissent ab incepto, hostes iudicati fuerant) inuaderent, etiam reliqua direpta sunt ab iis omnia. Suis enim, quo paratores ad omnia eos haberent, si mercedem ante labores accepissent, hæc agere permittebant: iisdemque urbes & agros se datus recipiebant: quique agris dividendis & condendis urbibus præcessent viros constituebant, ea ratione uulgi militum ijsibi deuiniebant. Cæterum primores partim possessionibus occisorum incensabant, casuel uel precio, uel gratia omnino tribuentes, partim magistratis bus, sacerdotiisque honorabant. Ut autem tutò præstans tißima prædia atq; edificia ipsi occupare, ac quibus uel lent, dare possent, edixerunt ne quis eorum qui nihil empturus esset, in forum ueniret: qui secus fecisset, morte multatumiri; qui uero uenissent, eos ita tractauerunt, ut cum ea quælicitati essent, plurimi emere cogerentur, nemo deinde emendum sibi quicquam statucret. Proinde in= tersectorum magistratus ac sacerdotia, non ex præscri= pto legum, sed suo arbitrio aliis tribuerunt: Cæsar con= sulatu (quem adeò appetitum, ut bellum eius adipiscendi causa susciperet, ultrò deponebat) sese cum abdicasset, eiusq; collega deceſſisset, P. Ventidium Prætorem, cum alio quodam Consulem creauerunt, Præturamque eius Magistratum collatio. Cæsar Consularuſe abdicat.

Aedili cuidam tradiderūt: omnibusque post Prætoribus, magistratum, quem quinq; adhuc dies gesserant, abrogauerunt: ijsque in prouincias emisis, alios in eorum locum substituerunt: leges alias antiquarūt, alias pro iis statuerunt.

runt; itque uno uerbo dicam, omnia ex sui animi sententia egerunt, adeoque omnia suo pro arbitrio ac cupiditate ad ministrarunt, ut regnum Cæsaris (cuius regni nomen inuidit obnoxium, ac propter eam deletum non accipiebant) aureum fuisse ostenderint. Hæc igitur eo anno gerunt, ac præterea templum Serapidi Isidique decreuerunt.

**Anno V. C. 7<sup>12</sup>** runt. M. Lepido iterum, L. Plancus Coß. iterum tabule proscriptionis propositæ sunt, nemini mortem imponentes, sed uiuis facultates adimentes. Cum enim opus haberent pecunias, nimurum multum militibus debentes, magnisque sumptus ipsi in iis rebus quas agebant facientes, maiorisque adhuc impensas bella que erant pre manibus requisitura existimantes, hac eis ratione cogebant. Enim uero uectigalia, quæ partim prius abrogata, tum renouabantur, partim noua constituebantur: pensionesque, quas multas de agris, manciisque exigebant, mediocrem tantum hominibus molestiam afferebant. Id uero uehementer omnes dolabant, eos qui diuites utcunque essent, non Senatores tantum equites, sed libertos etiam, ac tam mulieres quam viros proscribi, ac nouas quasdam decimas iis imperari: nam uerbo quidem decima pars bonorum ab unoquoque corum exigebatur, cum re ipsa ne mini ne decima quidem pars suorum relinquatur, cum non certa quedam pecuniae summa pro ratione facultatum pendii ueretur, sed cuius suarum ipsi estimadarum necessitas incumberet, ac deinde quasi non uerè suum censum professi essent, delati, etiam reliquum perderent. Quod malum si qui effugissent, tamen tributis his in arctum redacti, cum argenti magna esset apud eos penuria, sic etiam quodammodo omnibus suis rebus spoliabantur. Erat et aliud quoddam, auditu difficile, difficilisimum re ipsa inuentum: Concedebatur ei, qui ultrò bonis suis

suis omnibus cessisset, ut deinde eorum tridentem repetere posset, id uero erat, neque accipere quicquam, & inde ne negotium suscipere: Qui enim uia aperte bessè suorum bonorum spoliati erant, quoniam modo iij tridentem receperissent, praesertim tam uili precio cum ea uenderentur, quod fiebat partim ea ex causa, quia multorum facultatis simul uenum propositis, ac plerisque auro argenteoque carentibus, ceteris emere nihil audetibus, ne si quid possidere adhuc uiderentur, id quoque amitterent, precia omnium rerum imminuta erant: partim quod mulites omnia quam maximo uendeant. Itaque nemo ciuis, qui à militia uaccabat, quicquam alicuius precij ex suis bonis retine re poterat, cum ad onera cetera hoc quoque accederet, & seruos ad classem, etiam emptos sua pecunia, si cui mancipia non essent, dare, ac Senatores uias suis sumptibus, cuia rara cogebantur. Soli autem iij, qui arma gerabant, diuina tiis abundabant. Hineque stipendio suo, quantumvis plus quam sufficieti, neque auctariis plurimi quanquam illis, contenti, neque cediū præmiis amplissimis, neque prædiis, quorum ipsis possessiones gratuitò propè modum obtigerant: insuper alij bona defunctorum omnia petierunt atque impetrarunt, alij uia in senum, quibusque liberi non essent, generaliter se intulerunt, adeoque avaricie impudentieque progressi immiserant, ut quidem Attiae, que Cæsar is mater tū diem clauserat, publicaque sepultura honorata fuerat, ab ipso Cæsare bona posceret. Præter has actiones Triumvirorum Cæsarem quoque superiorem summis honoribus affectarunt. Nam ipsi quoque ad regnum aspirantes, percussores eius (ut impunitatem sit ipsis quoque pararent) reliquos ulciscabantur, & quæ ad eius honorum spectarent, prompte admodum agebant, spe iisdem quoque olim se dignos iudicatum iri: itaque non modo decretis honoribus

Militi abar-  
ticia, & im-  
pudentia.

Attia matet  
Cæsaris,

Trum vici  
 quos hono-  
 res Cæsari  
 superiori  
 detulerint.  
 cum adornauerunt, sed alia ipsi quoque adiecerunt. Igia-  
 tur Calendis Ianuariis iuramento se se, aliosque obstrin-  
 xerunt, omnes eius actiones se ratas habituros (nostro tē  
 pore fit pro omnibus summis Imperatorib. siue uiuis, siue  
 iam defunctis, ac non per ignominiam eo fastigio deturba-  
 tis) facellum ei in foro, eo in loco, ubi crematus fuit, crea-  
 xerunt; statuam eius in equestribus certaminibus quan-  
 dam cum alia Veneris statua inuixerunt: Si qua esset  
 uictoria annunciat, supplicationes seorsim pro uictore,  
 seorsim ipsi iam mortuo decreuerunt: imperauerunt, ut  
 natalis ab omnibus animo lato, lauroque coronatis cele-  
 braretur: qui id neglexissent, iij execrationibus Louis Cæ-  
 sarisque ipsius haberentur obnoxij, ac si Senator, aut fi-  
 lius Senatoris in eo deliquerisset, is multam decies sester-  
 tiūm penderet. Ac quoniam die Cæsaris natali Apollina-  
 res ludi siebant, pridie eius diei Natalicia Cæsaris pera-  
 gi iusserunt, quod Sibyllino oraculo interdictum esset, ne  
 ea dies alij cuidam deo præter Apollinem festa esset. His  
 ei honoribus tributis, dicim cædis eius, qua statutum erat  
 ut semper Senatus ageretur, atram esse pronunciarūt, do-  
 mumque in qua cæsus fuerat, statim obstruxerunt: Curiā  
 Iuliam ab eo dictam, ex decreto prius facto edificauerūt  
 propter Comitium, Edixerunt porrō ne in funeribus eos-  
 rum qui Cæsari sanguine iuncti fuissent, Cæsaris, nimi-  
 rum qui uerè deus esset, ulla imago (sicut tum adhuc pro  
 antiquissima consuetudine siebat) gestaretur: ac ne quis  
 impunitatis causa in eius facellum confugiens, inde ejusce-  
 retur aut abriperetur, quod nemini ne deo quidem tri-  
 buerant anteā, iis quæ sub Romulo acta sunt, exceptis.  
 quanquam id Romuli Asylum etiam, postquam is multi-  
 tudinem uirorum eius nomine colligit, deinde titulum  
 tantum loci sancti in uiolatique habuit, non rem, ita obse-  
 ptum

Natalicia  
Cæsaris.

Curia Iulia.

Asylum.

ptum, ut nemo omnino in id posset intrare. Virginibus  
porrò Vestalibus dederunt, ut singulis lictoribus uterentur,  
et quædā ex iis à cœna sub uesteram domum re-  
uertens, cum quæ esset ignoraretur, uim passa fuerat.

Vestalium  
litteras.

Magistratus autem urbanos in multos annos iam tum an-  
tē designauerunt, ut iis & necessarios suos honorarent,  
& successione magistratum eorum adiuti, rerum ipsi  
quām diutissimè potirentur. His ita consecris, Lepidus  
Rome permanxit, urbem (sicuti suprà demonstrauimus)

Italiāmque omnem gubernaturus, Cæsar autem & An-

tonius ad bellum profecti sunt. Brutus enim & Cassius,

sij res gestæ  
secundū ne-  
cem Gæla-  
ris.

primò secundum partitionem cum Antonio ac reliquis cō-  
positam, in forum prodierant, eodemque quo prius ordi-  
ne Præturas suas gesserant. Postquam uero nonnulli mor-  
tē Cæsaris indignè ferre cœpissent, profecti urbe, in pro-  
vincias sibi mandatas properantes, (erat quidem tum  
Prætor urbanus Cassius, nec dum Apollinares ludos cu-  
rauerat, uerum eos per collegam Antonium absens e-  
tiam splendidissimè peregit) ac non statim Italia relicta  
in Campania subsistentes, obseruarant quæ agerentur,  
Romam interim aliquoties ad populum tanquam Prætu-  
ram adhuc administrantes missis literis. Cæterum ubi Cæ-  
sar Octavianus ad res gerendas accessit, plebēmque sibi  
deuincire institit, ibi simul spe popularis Reipublicæ  
status tenendi abiecta, simul Cæsarem metuentes, ex Ita-  
lia soluerant: Athenasque delati, magnificè accepti, ac  
cum essent etiam fere ubique locorum propter factum  
suum honorati, ab Atheniensibus etiam æreæ statuae eis

Athenenses  
Bruto & Caf-  
fio statuas  
ponunt.

iuxta Harmodium ac Aristogitonem, tanquam horum

imitatoribus, poniti usse fuerant. Interim Brutus ac Cas-  
sius, cum audirent Cæsarem augeri, Creta ac Bithynia

(cæd enim misserant) neglecta, quod eas sibi prouincias

non magnoperè profutur: si iudicarent, ad occupādas Syriam ac Macedoniam animō adiecerunt, nihil quidem ad eos pertinentes cas, sed quòd eo tempore pecunia co-  
piisque florabant. Itaque Cassius ad Syros, notos sibi, et

**Brutus** quē-  
admodum  
Græciam &  
Macedoniā  
in suam po-  
testatem re-  
degerit.

amicos à Craſſi expeditione, contendit: Brutus Græciā, Macedoniāmque sibi adiunxit. Id quo facilius posset, eō fiebat, quòd alioquin ob gloriam rei gestae, ſphēmque simili-  
lis facti ab iis populis colebatur, quódq; multos ſecū mi-  
lites habebat, quos partim etiam tunc a Pharsalica pu-  
gna ibi uagantes, partim cum Dolobella ex Itali: proſa-  
ctos, ac uel ob morbi uel clictos, uel ab ordinibus dilapsos,  
ad ſe reccuperat, accepit etiam ex Asia à Trebonio pecu-  
nia. His instruclus, nullo omnino labore Græciam, in qua  
nihil admodum militum erat, occupauit. In Macedoniā

**C. Antoni⁹.** autem uenit eo ipso tempore, quo C. Antonius cōdē per-  
uenierat, ac **Q. Hortensius**, qui antē præfuerat ei regioni,

**Q. Hortensio.** disceßum parabat: neque tamen laboris quicquam ibi ſi-  
stiuuit, cum et Hortensius statim ſe cum eo cōiungeret,  
et Antonius prohibitus, Rom: tum rerum potente Cæ-  
ſare, quicquam eorum quæ ſummi eſſent magistratus age-  
re, nihil uitium habebat. Vatinius autem, qui Illyriis fini-

timis præerat, inde proſectus, Dyrrachium occupauit, Bru-  
to in tota diſenſione ciuili aduersarius: ueruntamen ei nī  
hil detrimenti ualuit iniungere, cum à militibus in odio  
haberetur, ac propter morbum contemptus, ad Brutum  
iis tranſeuntibus deſereretur. His quoq; aſſumptis, Bruta-  
tus ad Dyrrhachium aduersus Antonium proſectus, obo-  
uiā ſibi cuntes milites ad ſe ut transſerrent signa effecit,  
eumq; intra muros confugientē obſedit, per proditionē  
autē in ſuam potestatem redictio pepercit. His rebus ge-  
ſtis cum totam Macedoniam Epirumq; cepiſſet, literis ad  
Senatum datis, ei quæ geſiſſet exposuit, seq; et milites

ac

ac prouincias in eius potestatem tradidit. Senatus, quod iam tum suspectum habebat Cæsarē, summo perē cum laudatum, omnibus illis regionibus præesse iusit. Quo Senatus consuleo confirmato sibi imperio Brutus maiora iam conari cœpit, subditis sibi ad hoc per omnia iam obtemperantibus; ac Cæsari per epistolas, ut Antonio (adhuc enim eum à Cæsare oppugnari putabat) resisteret, ac secum in gratiam rediret, suasit; ipse autem se ita comparabat, ut si Senatus euocaret, in Italium traiceret. Sed postea quā Cæsar rcr̄.m Romæ protinus potitus, aperte de suis patris interfectoribus supplicium statuit; Brutus suo loco remanens, id consideratē intendit, quomodo aduenientem cum profligare posset. His intentus, cūm alia per Macedoniam negotia optimè curauit, tum exercitum ad seditionem à C. Antonio concitatum pacauit. Is Antonius, quanquam prætoriis quidem etiam ornamenti à Bruto ipsis relictis, tamen non contentus ocio cum incolumentate, adeoque honore frui, ad defctionem Brutini mīlitēs sollicitabat; sed mature deprehensus, priusquam aliquod malum dare posset, insignitus prætoriis priuatus: ac in liberam custodiam, ne quid noui mouere posset, traditus, ne sic quidem quieuit, sed magis etiam quam antē nouas res molitus est: ita ut milites inter se quoque ad dimicationem uenirent, ac nonnulli ad eripiendum ipsum Apolloniam contenderent. Brutus re per intercessiones quasdam eorum literas præcognita, eorum conatum irritum fecit, Antonio tanquam ægroto in currum operum coniecto, atq; ex urbe elato: igitur milites cum neque inuenire Antonium possent, & Brutum metuerent, colalem quendam urbi imminentem occupauerunt. Eos Brutus ad ditionem perduxit: paucosque audaciſimorum vel interficiens, vel ab exercitu remouēs, ita animos milite

Bruto Mace  
doniz, &  
Græciꝫ præ  
fectura à Se  
natū mada-  
tur.

C. Antonius  
inter mili-  
tes Brutii se-  
ditionē mi-  
liti.

Brutus vero  
multum mi-  
litum cōpo-  
suerit.

tum mouit, ut relegatos tanquam causam præcipuam scædictionis appræhenderint, ne cauerintque: Quæstorem autem, & legatos Antonij dedi sibi ad necē postularint.

**Bruti clemētia.** Sed Brutus neque eos dedidit ipsis, sed in ecclesiis in naues, tanquam submersurus, in tutaloca amandauit. & ueritus ne si ea quæ Romæ actū fuissent, terribilius quam res ferebat annunciatæ audiuisserent, iterum à se defectionem cogitarent: relicto Apollonie Antonio, eiisque custodia C. cuidam Clodio mandata, ipse cum maxima ac ualidissima

**Bruti in A-siam profe-dio.** exercitus parte in superiorem Macedoniam abiit: ac deinde hinc in Asiam transmisit, ut suos milites quam longissimè ab Italia seductos, ibi ex subditorum opibus ale-

**Deiotarus.** ret. In Asia cùm alios auxiliarios sibi parauit, tum Deiotarum, quanquam & extrema senectute uirum, & qui prius auxilium Cassio denegauerat. Dum in Asia Brutus agit, Gellius ei Poplicola insidiatur: Antonium autem M. frater missis ad hoc negocium nonnullis eripere conatur.

**C. Antonii** Itaque C. Antonium Clodius cum saluum retinere nequistecatur. Gellius Poplicola insidiatur enim Brutum, cum prius summam salutis C. Antonius Brutus nij curam habuisse, pòst intellecta D. Brutini necesse, eam absconstruit, dimis iecisse. Gellius autem insidiarum conuictus, nullo suppliceo est affectus: nam eum cum semper inter primos amicūsque cum corū hostibus se coniungit, sibi Brutus duxisset, ac M. Messalam fratrem eius Casio coniunctissimum uideret, nūssum fecit. Sed idem Gellius pòst Cassio quoque perniciem machinatus est, iterum

**Palla.** quidem impunè, cum mater eius Palla mature cognitis insidiis, Cassio metuens ne iis oppimeretur (uechemen-ter autem eum diligebat) filio uero, ne depræhenderetur, ipsa ultrò insidiias Cassio detexisset: ac filij salutem præmium habuit, ne sic quidem meliorem factum, quin à suis benefactorib. ad Cesarem & Antonium transffugesret.

ret. Brutus ubi primum M. Antonij conatum, ac morten-  
 C. Antonij cognouit, ueritus ne quietiam alij se absente  
 noui motus in Macedonia existarent, in Europam festina-  
 to se recepit: regioneque Sadali, qui sine liberis decedens,  
 eam P. R. reliquerat, recepta, in Bessorum ingressus re- Brutus in Eu-  
ropā redit.  
Bessos vin-  
cit, Impera-  
tor dicitur.  
 gionem, eo animo, ut & in eorum maleficia vindicaret,  
 & nomen sibi Imperatoris (quò facilius contra Cæsarem  
 & Antonium bellum gerere posset) adipisceretur, ua-  
 trunque Rhascipolide regulo magnoperè adiuuāte per-  
 fecit. Hinc in Macedoniam progressus, omnibusque suam Bruti numi-  
sima.  
 in potestatem redactis in Asiam reuictus est. Hæc Bru-  
 tus egit: qui etiam numismati quod faciebat, suam imagi-  
 nem cum pileo ac duobus pugionibus incidit, eo, & in-  
 scriptione declarans, Patriam à se & Cassio esse in liber-  
 tatem vindicatam. Eodem tempore Cassius in Asiam an- Cassij res in  
Asia gesta.  
 teuerso Dolobella ad Trebonium traiecit: acceptaque  
 ab eo pecunia, permultos sibi equites, ex his qui à Dolob-  
 bella in Syriā præmissi fuerant, multosque item alios Sy-  
 rios ac Cilices adiunxit: tum Tarcondinotum, ac Tarsen-  
 ses ad societatem secum incundam compulit: hos quidem  
 inuitos. nam adeò Cæsari priori, ac eius gratia etiam  
 posteriori fauebant, ut urbem suam pro Tarso Iuliopo-  
 lin uocauerint. his aëlis in Syriam uenit, ibique & po-  
 pulum & exercitus omnes nullo certamine suos fecit. E-  
 rat tum is status Syriæ. Cæcilius Bassus equestris ordinis  
 uir, cum sub Pompeio militasset, Tyrum deinde se recepe= Cæciliij Bas-  
si in Syria  
acta.  
 rat: ibi q[ui] in eo loco, ubi mercatorum negotiaciones exer-  
 ciri solent, latitârat. Nam tū Syriæ Sextus Iulius præ- Sext⁹ Iulij.  
 rat, quem Quæstorē ac propinquū suum Cæsar in sua ex-  
 Aegypto contra Pharnacem expeditione omnibus iis re-  
 gionibus præficerat. Bassus igitur primum uitæ usuram  
 admodum satis habens quicuerat: post sui similibus  
 nonn

tum mouit, ut relegatos tanquam causam præcipuam seditionis apprehenderint, nec auerintque: Quæstorem autem, et legatos Antonij dedi sibi ad necē postularint.

**Bruti cleme** Sed Brutus neque eos dedidit ipsis, sed in ects in naues, tanquam submersurus, in tutal loca amandauit. et ueritus ne si ea que Romæ acce fuissent, terribilius quam res serret annuciata audiuisserent, iterum à se defectionem cogitarent: relicto Apollonie Antonio, eiisque custodia C. cuidam Clodio mandata, ipse cum maxima ac ualidissima exercitus parte in superiorum Macedoniam abiit: ac

**Bruti in A.** siam profectio- dcinde hinc in Asiam transmisit, ut suos milites quam longe ab Italia seductos, ibi ex subditorum opibus ale-

**Deiotarus.** ret. In Asia cum alios auxiliarios sibi parauit, tum Deiotarum, quanquam et extrema senectute uirum, et qui prius auxilium Cassio denegaucrat. Dum in Asia Brutus agit, Gellius ei Poplicola insidiatur: Antonium autem M. frater missis ad hoc negocium nonnullis eripere conatur.

**C. Antonii** Itaque C. Antonium Clodius cum saluum retinere nequistatur, nec auuit, siue proprio usus consilio, siue Bruti iussu: Gellius Poplicola insidiatur enim Brutum, cum prius summam salutis C. Antonius & Cassio Bruo nij curam habuisset, post intellecta D. Bruti nece, eam abs truit, dimis iecisse. Gellius autem insidiarum conuictus, nullo supplice fuisse cum coru hostibus se coniungit. sibi Brutus duxisset, ac M. Messalam fratrem eius Cas- sio coniunctissimum uideret, nūssum fecit. Scd idem Gelli-

**Palla.** lius post Cassio quoque perniciem machinatus est, iterum quidem impunè, cum mater eius Palla maturè cognitis insidiis, Cassio metuens ne iis opprimeretur (uehementer autem eum diligebat) filio uero, ne deprehenderetur, ipsa ultrò insidiis Cassio detexisset: ac filij salutem præmium habuit, ne sic quidem meliorem factum, quoniam suis benefactorib. ad Cesarem et Antonium transfugeantur.

ret. Brutus ubi primum M. Antonij conatum, ac mortem  
 C. Antonij cognouit, ueritus ne quietiam alij se absente  
 noui motus in Macedonia existarent, in Europam festina-  
 to se recepit: regioneque Sadali, qui sine liberis decedens,  
 eam P. R. reliquerat, recepta, in Bessorum ingressus res Brutus in Eu-  
ropā redit,  
Bessos vin-  
ct, Impera-  
tor dicitur.  
 gionem, eo animo, ut et in eorum maleficia vindicaret, et nomen sibi Imperatoris (quod facilius contra Cæsarem  
 et Antonium bellum gerere posset) adipisceretur, ua-  
 trunque Rhascipolide regulo magnoperè adiuuare per-  
 fecit. Hinc in Macedoniam progressus, omnibusque suam  
 in potestatem redactis in Asiam reuectus est. Hæc Bru-  
 tus egit: qui etiam numismati quod faciebat, suam imagi-  
 nem cum pileo ac duobus pugionibus incidit, eo, et in-  
 scriptione declarans, Patriam à se et Cassio esse in liber-  
 tatem vindicatam. Eodem tempore Cassius in Asiam an-  
 teuerso Dolobella ad Trichonium traiecit: acceptaque  
 ab eo pecunia, permultos sibi equites, ex his qui à Dolob-  
 bella in Syria præmissi fuerant, multosque item alias Sy-  
 rios ac Cilices adiunxit: tum Tarcondinotum, ac Tarsen-  
 ses ad societatem secum incundam compulit: hos quidem  
 inuitos. nam adeò Cæsari priori, ac eius gratia etiam  
 posteriori fauabant, ut urbem suam pro Tarso Iuliopo-  
 lin vocauerint. his acris in Syriam uenit, ibique et po-  
 pulum et exercitus omnes nullo certamine suos fecit. Es-  
 rat tum is status Syriae. Cæcilius Bassus equestris ordinis  
 uir, cum sub Pompeio militasset, Tyrum deinde se recepe-  
 rat: ibi q; in eo loco, ubi mercatorum negotiaciones exer-  
 ccri solent, latitârat. Nam tū Syriae Sextus Iulius præ-  
 rat, quem Questorē ac propinquū suum Cæsar in sua ex-  
 Aegypto contra Pharnacem expeditione omnibus iis re-  
 gionibus præfecrat. Bassus igitur primum uitæ usuram  
 admodum satis habens quicuerat: post sui similibus  
Cæcilius Bas-  
si in Syria  
acta.  
Sext⁹ Iul⁹.  
 nonn

nonnullis ad se receptis, sibique militibus Sexti diuersis temporibus, aliquib. ad custodiā urbis uenientibus, cōciliatis, cum multe res aduersae Cæsar is ex Africa nuncias rentur, non contentus iam priori sorte, siue ut Scipionē, Catonēque et Pompeios adiuuaret, siue ut sibi ipsi potentiam aliquam pararet, ad nouas res consurrexit: deprehensusq; in hoc à Sexto, ante quam se se p. rauisset, auxilium se Mithridati Pergamenō ad occupandū Bosporum parare dixit, habitāq; sibi fide dimissus est. Deinde ex literis, quas à Scipione sibi missas fingebat, retulit, Cæsarem in Africa uictū int̄criuisse, sibi q; im: periū Syriæ mādatū. itaq; cum iis quos ad hoc instruxerat militibus Tyrum occupauit: hincq; ad Sexti copias procedens, ab obuio sibi faclo eo uictus, uulnus accepit. Secundum id accessum incommodum, uī quidem agere quicq; in posterum nō conatus est: sed missis suis ad milites, qui certas spes ipsis proponeret, adeò eorū quosdam sibi adsociauit, ut

**Sextū Iulij** Sextū ipsi trucidarēt. Sexto mortuo, Bassus omnē exerci interitus.

**Apamea.** tū, preter paucos qui Apameæ hyemauerant, quos inde ante suū aduētū egressos in Ciliciā usq; insecutus frustrā fuit, ad se pertraxit: reuersusque in Syriā, Prætor nominatus est, Apameāq; occupauit, ut cam domiciliū quasi bellū haberet: omnes qui ualida essent etate, nō liberos tan-

**C. Antistij contra Bas-  
tim acta.** tū, sed seruos etiā ad militiā delegit, pecuniā conficit: ar-  
ma fabricauit. Hec eum agentem, C. Antistius quidā ob-  
sidione circumclusit: ac cūm aliquandiu æquis viribus cer-  
taffsent, neuterque præualere alteri posset, induciis nullo  
pacto firmatis, ad auxilia paranda bellum suspenderunt.  
Antistio finitimi qui Cæsar is rebus studebant, missique  
Roma milites à Cæsare accesserunt, Bassus autem Alchæ-  
donius Arabs. Is cum (ut suprà retuli) antè cum Lucullo  
pactum icisset, deinde uero Parthis contra Crassum sup-  
pcti: ss

petias tulisset, tum ab utroque aduocatus, cum in medium  
intrat urbem ac castra locum aduenisset, ac prius quam al-  
terutri quicquam responderet, auxilium suū uenale pro-  
posuisset, Bassus plura danti se coniunxit, ac in pugna sa-  
gittis longè superior hostib. fuit. Parthi quoque à Bassu  
euocati, aduenerant, sed ob hycmen non diu adfuerunt,  
neque memorabile quicquam egerunt. Bassus uero cum  
aliquandiu præualuisset, postea à M. Crispo, & L. Statio  
Murco iterum est in obsidione habitus. Ad hunc statum  
rebus Syriae perductis, Cassius superuenit, ac continuo o-  
mnes urbes gloria rerum in Quæstura à se gestarum,  
reliquosq; eius nomine adductas in suam potestate, exer-  
citusque item Bassi ac ceterorū sine ullo labore rededit.  
Cùm uno loco cum his omnibus castra Cassius locasset, re-  
pentè magna uis aquæ de cælo decidit, apriq; omnibus  
portis simul in castra irruentes, omnia que in ipsis erant,  
confuderunt ac conturbârunt, adeò ut quidam ex iis po-  
tentia eius mox futuram, ac paulo post intcritum aduen-  
turum presagierint. Syria occupata Cassius in Iudeam  
contendit, quod cò progredi Cæsarianos milites in Aca-  
gypto relictos audiret: eos, Iudeosque nullo cum negocio  
sui iuris fecit: secundum hæc Bassum, & Crispū, reliquos  
que qui sub se militare nollent, nulli in iuria affectos dimi-  
sit: Statio autem et eam dignitatem cum qua ad se uene-  
rat, integrum reliquit, & classem præterea commisit. Sic  
uires parvo temporis spacio Cassius naclus, Cesari de re-  
ditu in gratiam, Senatui de presenti statu rerum eadem  
que Brutus scripsit, eique his de causis Senatus imperiū  
Syriae confirmauit, ac bellum contra Dolobellam decre-  
uit. Dolobelle Syria prouincia fuerat decreta, Consul=  
que Roma ad eam capessendam profectus, in itinere per  
Macedonium ac Thraciam anno sive circumacto in A=

M. Crispus,  
L. Statio  
Murcus.  
Cassius Sy-  
ria, & oēsin  
ea exercit⁹,  
In suam po-  
testatē acci-  
pit, itēque  
ludicram.  
Prodigium.

Statio Mur-  
cus Cassi⁹  
clavis pre-  
fectus.

Dolobella  
Trebonio  
Smyrnae per  
fraudem ne  
caro, hostis

slam

Trebonij  
interitus.

Dolobellæ:  
acta in Cili-  
cia.

siam uenit. Ibi commoratus, ut de Senatus consulo ei annunciatum est, in Syriam progrediendum non existimās, in Asia remāsit: ac Trebonio ita usus est, ut is summam si- bi Dolobellæ benevolentiam polliceretur, eius militibus alimenta ultrò daret, ac cum eo citra omnem metum conuictum haberet. Quam ad confidentiam postquam Trebonius deuenit, ac nulla sui ipsius custodia usus est, Smyrnam (ibi enim degabant) repente noctu Dolobella occupauit, Trebonium interfecit, eiusque caput ad Caesaris statuan proiecit, omni ipse Asia deinde potitus est. Hæc cum Romani in urbe audiuisserint, Dolobellam hostem iudicauerunt (nondum enim Caesar neque Antonium uicerat, ne queres urbis sue potestatis fecerat) iis qui cum eo erant, diem nominauerunt, ante quam diem ab eius amicitia discederent, aut ipsi quoque hostium loco essent: bellum contra eum Consulibus omnino, si præsentia negotia consecrissent, mandauerunt, (neque enim sciebant iam à Casio Syriam obtemeri) ac ne interim Dolobelle uires augerentur, finitimarum nationum præfclis negotium dederunt: post de Casij rebus certiores facti, ei bellum id mandauerunt, cum nihil dum à præfclis istis actum esset. Proinde Dolobella ad hunc modum Asia occupata, in Ciliciam uenit, (erat tum in Palestina Casius) Tarsosq; per spontaneam ditionem recepta, quedā præsidia Casij quæ Aegis erant, uicit, ac in Syriam inuise, reiectusque ab Antiochia, præsidio urbem defendente, Laodiceam absque omni oppugnatione cepit, oppidans se ob fauorem quo priorem Cesarem prosecuti fuerant dedentibus. Ibi locoru cum aliquot dies potestia obtinuisset, præsertim claſſe cum sua celeriter ex Asia subsecuta, ad Aradum traiecit, ab his quoque pecunia et naues accepturus: quo in loco deprehensus cū paucis, ac in peri-

periculo constitutus, fuga elapsius, Cassio iam exercitum adducenti obuiam dedit, uictusque ab eo pugna, ac Laodicea circumfessus, oppugnatusque est. A terra quidem omnino excludebatur, cum Cassius ex alijs, ex Parthorum auxiliis uteretur, nauibus tamen Asianis, Aegyptiisque, à Cleopatra, pecuniáque quam eadem miserat, ualebat. Verum postquam Statius classe collecta, in Laodicensem portum nauibus ingressus, occurrentes sibi prælio nauali superauit, ac mare etiam ei obstruxit, ibi tandem utraque ex parte subuectione necessariarum rerum interclusus, cum ob penuriam excursione tentata, in urbē statim compulsus esset, uidens se destitutum, metuensq; ne uiuus in hostium manus perueniret, scipsum interfecit, idemque M. Octavius Legatus eius fecit. Eos quanquam Trebonium inhumatum proiecissent, tamen sepultura dignatus est Cassius: qui que corū castra secuti supererant, quanquam erant ab ijs qui Romae erant, hostes iudicati, nihilominus salute eos donauit, impunitatēque. neque Laodicenses præter impositam pensionem ulla mulcta affecit, atque idem compluribus postea ipsi perniciē strucentibus etiam supplicia remisit. Interim Tarsenses Tullium Cimbrum, qui Bithynie præsidebat, ipse quoque unus ex Cæsaris percussoribus, ad opem Cassio ferendam properantem conatu transitu Tauri prohibere sunt, mox eius claustra metu correpti descrentes, quod multas cum Cimbro esse copias putabant, pactionem cum eo fecerunt: post intellectu militum eius paucitate, neque urbe cum repperunt, neque commeatum ei suppeditarunt. Itaque Cimber auxilium Cassio ferre, quam Tarsum expugnare potius existimans, castello ipsis obiecto in Syriam abiit. Tarsenses cōcum armatis profecti, castello eo occupato, aduersum urbem Adana (quæ urbs uicina ipsis, semper controuerse

Cassius Dolobellā uideatur Laodi cea obseruit, & ad mortem adiicit. Statij nauis uictoria.

M. Octavius interitus.

Tullius Cim ber. Tarsenses Cassio infidi, utq; mulcati ab eo.

Adana.

G

L.Rufus.

siam cum ipsis habuerat) quam Cæsari partibus fauere debabant, arma uerterunt. Cæsius de hoc certior factus, dum adhuc uiueret Dolobella, L. Rufum contra Tarsenses misit: deinde uero ipse quoque aduenit, ac cum Tarsenses iam Ruso ditionem fecissent, omni eos publica priuataque pecunia multatos, supplicio nullo alio affecit. Tarsenses autem à Triumuiris (qui iam Rome rerum potiebantur) laudati sunt, spesque eis facta, fore ut pro ijs quæ amiserant, aliquid reciperet; idem Triumuiri Cleopatræ propter auxilium Dolobellæ subministratum dederūt, ut eius filius Ptolemeus, cui tanquam ex Cæsare nato Cæsarius cognomentum dederat, rex Aegypti diceretur. Cæsius rebus in Syria ac Cilicia constitutis, in Asiam ad Brutum profectus est. Eò enim conuicabant, cum iam de coniuratione Triumuirorum comperissent, ac de his quæ contrasse ab ijs acta essent, arctioremq; adhuc rerū omnium societatem imibant: itaque eandem causam belli habentes, idemque periculum timentes, sententiāque de tuenda populi Roman. libertate adhuc in animis suis retinentes, istosque Triumuiros, quorum huius modi essent facta tollere, sicut antè Cæsarem, cupientes, summa cum alacritate in medium consulebant, eandemque causam agebant. Conuenit autem inter eos ut in Macedoniam se converrent, ac uel eò transire hostem prohiberent, uel ipsi in Italiam traijcere occuparēt. Verum postea quācos adhuc rebus Romæ componendis intentos esse acceperunt, Sexto etiam in propinquuo aduersum eos stationem seruante, occupatos fore iudicantes, id quidem suum propositum distulerunt: ipsi uero circuneantes, aut legatos suos emittentes, eos qui nondum secum amicitiam iunxissent, sui iuris fecerunt, pecuniam et milites contraxerunt. Hoc agentibus alijs omnes qui in istis partibus terre agebant,

Cleopatra  
filius à Tri-  
umuiris rex  
Aegypti fa-  
etus.

Cæsario.  
Cæsarius & Bru-  
ti in Asia  
congressus,  
ac delibera-  
tio.

Clcopatræ pro-  
pter auxilium Dolobellæ subministratum dederūt, ut eius  
filius Ptolemeus, cui tanquam ex Cæsare nato Cæsario-  
nis cognomentum dederat, rex Aegypti diceretur. Cas-  
sius rebus in Syria ac Cilicia constitutis, in Asiam ad Bru-  
tum profectus est. Eò enim conuicabant, cum iam de con-  
iuratione Triumuirorum comperissent, ac de his quæ con-  
trasse ab ijs acta essent, arctioremq; adhuc rerū omnium  
societatem imibant: itaque eandem causam belli haben-  
tes, idemque periculum timentes, sententiāque de tuenda  
populi Roman. libertate adhuc in animis suis retinentes,  
istosque Triumuiros, quorum huius modi essent facta tol-  
lere, sicut antè Cæsarem, cupientes, summa cum alacritate  
in medium consulebant, eandemque causam agebant.  
Conuenit autem inter eos ut in Macedoniam se conver-  
rent, ac uel eò transire hostem prohiberent, uel ipsi in  
Italiam traijcere occuparēt. Verum postea quācos ad-  
huc rebus Romæ componendis intentos esse acceperunt,  
Sexto etiam in propinquuo aduersum eos stationem ser-  
uante, occupatos fore iudicantes, id quidem suum proposi-  
tum distulerunt: ipsi uero circuneantes, aut legatos suos  
emittentes, eos qui nondum secum amicitiam iunxissent,  
sui iuris fecerunt, pecuniam et milites contraxerunt.  
Hoc agentibus alijs omnes qui in istis partibus terre age-  
bant,

bant, ac prius de societate compellati non fuerant, statim accesserunt. Ariobarzanes tantum, & Rhodij, Lycijque et si non resistebant, societatem tamen detrectauere. Eos Brutus ac Caſſius ſuſpicati aduerſe parti cupere, quod essent beneficijs à ſuperiore Cæſare affecti, ueritique ne quid ſe absentibus mouerent, ac reliquos etiam ad mutandam fidem concitarent, primò omnium ſibi aggrediendos eſſe ſtatuerunt: sperantes ſe eos, quibus & armis longè eſſent ſuperiores, & beneficia liberaliter conſerrent, facile autuſuadendo, aut ui ad ſuam amicitiam perducturos. Caſſius igitur Rhodios nauali pugna (quan- Cassio Rho dum capic.  
Ariobarza-  
nis Inceri-  
tus.  
Brutus Xan-  
tho, Paratris  
& Mætis ca-  
ptis, Lycios  
subigit.

quam iij tantum re nautica fidebant, ut ad Caſſium in continentem quoque ad nauigauerint, eique compedes ostenderint, quas ſecum attulerant, tanquam multos hominum uiuos capturi) primò apud Myndum, deinde Stanij opera ad ipsam insulam Rhodum ſuperauit, magnitudine ac numero nauium, ipſorum peritiam uincens: ab his pugnis ipſe in Rhodum aduictus, cum neque refiſterent iam, & ipſe insula, in ea discipline cauſa aliquando uerſatus, diligenter, nauibus Rhodios, & pecunia ſpoliatos, ſaceret, & donarijs omnibus preter currum Solis, certe-  
G 2

ra indemnes reliquit. Ariobarzanem deinde comprehenſum occidit. Brutus autem Lyciorum exercitum in finibus eius regionis ſibi oblatum prælio uicit, ac cum fugientibus in caſtra irrumpens, eodem momento ijs potius eſt: urbes plerasque deditione accepit. Xanthum oppu- gnans, oppidanis repente excursionem facientibus, ignemque in machinas iniſcientibus, ſimulq; tela & sagittas iaculantibus, in ſummuſu diſcriben adduclus eſt: actumque omnino de ipſo fuifſet, niſi milites per ipſum ignem impetum in hostem feciſſent. Hi Xanthios nudos de im- prouiso aborti, in urbem repulerunt: uniuque irruentes

intro, ignem domibus nonnullis immiserunt. id incendium  
 & perterrituit proximos, & eis qui longius aberant, ca-  
 pt.e prorsus urbis opinionem prebuit. itaque vicini suis  
 quoque ultro reliquis domibus irflamatis, maior pars se  
 inuicem interfecerunt. Xantho ad hunc modum capta,  
 Brutus ad Patara uenit: ciuibusque ad amicitiam uocatis,  
 cum non parerent (serui enim libertatem, pauperes libe-  
 ri nouas tabulas nuper consecuti, pacificationi obstabat)  
 captiuos Xanthios, quod plerisque horum cum Pataren-  
 sibus affinitas intercedebat, ijs misit, speras horu opera se  
 eos ad amicitiam adducturos: cum nihil magis a propos-  
 ito deducerentur, quamvis unicuique eorum suos ne-  
 cessarios dono dedit, catastam sub ipso muro, in tuto  
 loco constituit, primoresque singillatim productos uendi-  
 dit, si forte hoc Patrenses permouere posset: cum ne sic  
 se dederent, paucis uenditis, ceteros missos fecit. Eo uiso  
 oppidani, miratique hominis uirtutem, ditionem tan-  
 dem fecerunt, ac praeter pecuniam exactam nihil damni  
 passi sunt. Idem Myrij fecerunt, cum corum Praetorem in  
 nauali captum Brutus dimisisset. eodemque modo reliqua  
 etiam paruo temporis spacio confecit. Hac postquam

**Bruti & Cas-  
 si per Asiat**  
**In Europā al-**  
**ter.**  
**C. Norba-**  
**nus.**  
**Decidius Sa-**  
**xa.**  
**Legati An-**  
**tonij.**  
**Philipporu-**  
**situs.**

omnibusque suspicionibus quas ex aliorum calumniis al-  
 ter contra alterum conceperat (quod in huiusmodi re-  
 bus fierifrequens est) priuato colloquio, propositis, ac  
 sublatis, in Macedoniam festinauere. Iam C. Norbanus ac  
 Decidius Saxa ante quām Statius cum classe aduenisset,  
 Ionium mare transmiserant, ac ante Bruti Caſiijq; ad-  
 uentum in Macedoniam, omni regione ea usque ad Pan-  
 geum occupata, apud Philippos castra posuerant. Philip-  
 pi oppidum est Pangaeo & Symbolo, adiacens: Symbo-  
 lum autem uocatur iste locus à Græcis, quia is mons alij  
 in med

in medium terram sc extendent committitur; estque is  
locus intra Neapolim & Philippos, quorum oppidorum  
illud quidem ad mare è regione Thasi situm est, hoc uero  
in campo inter montes. Quamobrem, cum compendiosi-  
simos eorum montium saltus Saxa & Norbanus antece-  
pissent, ea transire ne conati quidem Brutus & Caſius,  
ad alium transitum iuxta Crenidas longiorem circumie-  
runt: ibiq; etiam præſidio inuento, pulso eo, intra montes  
peruererunt: ac locis editis ad urbem accedentes, caſ-  
strametati sunt: scorsim quidem, ut uidebatur, uterque,  
sed reipsa coniunctim. Erant enim caſtra, quo facilius in  
officio retineri milites posſent, inter se diuisa, sed inter-  
uallum foſſo erat ualloque munitum, ac utraque caſtra  
uno ambitu comprehendebantur, cuius munitionibus ex  
equo utraque defendebantur. Erant autem à copijs long-  
e quam hi qui tum aderant hostes, paratores: ideoque  
eis Symboſo deictis, ipſi locum occupauerunt: iamq; &  
facilius à mari cōmeatus ipſis subuochebantur, et ex cam-  
pis, facta decurſione, petebantur. Norbanus autē & Sa-  
xa, non auſi in diſcrimen pugnæ rem adducere, ſed emiſſi  
ſis quoties uidebatur cōmodum equitibus, cū nihil pro-  
ſicerent, ac custodie magis, quam pugnæ nulites adhibe-  
rent, Cæſarem, Antonii, mque ut celeriter uenirent, hor-  
tabantur. Hi enim, quandiu Brutum & Caſium Rhodijſ  
Lycijsq; ſubigendis occupatos audiebāt, fore ut bellum id  
extraheretur in multum tempus crediderāt: ideoq; nihil  
festinantes, Norbanum cū Saxa in Macedonia premiſe-  
rant. Cæterū auditio Rhodios ac Lycios in potestatē  
hostium ueniffe, ijs collaudatis, muneribusque promiſis,  
ipſi ſlatim urbe egressi ſunt: iterumque Antonius Bruna-  
dusij à Statio inclusus, Cæſar autem Rheyij à Sexto Pom-  
peo impeditus, qui Siciliā obtinens, Italianum quoque atten-

Caſtra Caſa-  
ſij & Brutii  
ad Philip-  
pos.

Cæsar Dyr-  
rachij egro-  
rat.  
Antonius &  
Cæsar ad  
exercitum  
veniunt.

tabat, moras traxerunt. Sed cum Sextus haud facile uim-  
ci posse uideretur, Caſſij autem & Brutij bellum magis  
eos urgeret, pars exercitus ad custodiendā Italiam reli-  
cta, maiori parte Ioniū traiccerunt: Cæſareq; ægrotante  
Dyrrhachij Antonius relicto, ad Philippos accessit. ibi  
cum statim suorū animos auxisset, hostium quosdam fru-  
mentatores ex insidijs abortus, re infeliciter gesta, ipſe  
quoque animū demisit. Cæſar hoc audito, ac utrumq; ueri-  
tus, ne se absente aut uinceretur Antonius, aut uinceret:  
quorum alterū si euenisset, Caſſium & Brutum contra ſe  
uiribus auctū iri, ſin alterum, Antonium contra ſe inua-  
liturum certò putabat; et ſi nondū alleuato corpore, tamen  
ſtſtinatō ad Antoniū perrexit, Antonianisq; animum red-  
dedit. Ac quoniam diuersis locis habere caſtra parū uide-  
batur tutum, uno in loco, ac intra unas munitiones tres  
exercitus cōduxerunt. Cum caſtra caſtris iam eſſent oppo-  
ſita, quanquam excuſiones utrinque & leuia certamina  
promiſcè fiebant, tamen non nihil temporis consumptum  
eſt ita, ut nunquam collatis signis acie decretaretur: quan-  
quam Cæſar pugnam, Antoniusq; magnopere expetebat,  
copijs quām hostes robustioribus instructi, ac non tā ex-  
plicatis cōmeatibus utentes, quod classe ipsorum Sextum  
oppugnante, mare in ſua potestate non habebant. His de-  
cauſis, ac quia Sextus Siciliam tenens, Italiam affecṭabat,  
metus erat ne ſe cunctantibus Italia ille occupata in Ma-  
cedoniam adueniret, prælium committere quām priūm  
cupiebant. Contrà Caſſius ac Brutus, et ſi ne ipſi quidem  
dimicationem reformidabant, ut qui uirtutem hostilis exer-  
citus ſuorum militum multitudine aquarent: tamen &  
hostium, & ſuis occaſionibus conſideratiſ, cum auxilia ſi-  
bi ſingulis diebus affluerent, ac à nauibus alimenter abun-  
dè ſupportarentur, id agebant, ut ſine periculo & inter-  
ritu

ritu hominum uictoriā consequentur. Quippe uiri summo populi amore affecti, ac contra ciues bellum gerentes non minus pro aduersarijs, quām pro suis solliciti erant, ac utrorūque & salutem, & libertatē pariter querebant. Igitur aliquantū hi temporis, ne manum conseruent, se continuerunt. Verū ubi exercitus, cuius maior pars ex Romanorum subditis constabat, & moram ægrē ferre, & hostem cōtemnere, quōd lustrationem exercitus

Brutus &  
Cassius; ad  
committen-  
dum præliū  
minis uordū  
adaqū.

( quæ antè quām præliū committatur, fieri solet ) intra castra, metu uidelicet adducti, fecissent, & pugnam poscre, ac si res diutius extraheretur, se ex castris alium aliò discessuros minitari cœpit: inuiti etiam ad tentandam pugnae fortunam Cassius Brutusq; compulsi sunt. Omnia quæ ciuilibus bellis depugnata sint, præliorum, id præliū decentatim fuisse maximū, haud iniuria dicens quispiam poterit: non quōd omnia alia uel multitudine, uel uirtute etiam pugnantium excesserit, ( sepe enim & à pluribus, & à melioribus conflictum fuit ) sed quōd non ullo magis prælio quām isto, de libertate & statu Reip. populari actu mens est. Nam et si ante, & post hanc pugnam, ciuilis bellis etiam in acie dimicatum est: tamen ijs pugnis quæsitum est, cui nā Populus Romanus parceret, hic uero alteri populu Romanum subiçere suæ dominationi, alteri libertati eum afferere conabantur. Itaq; ab hoc prælio nunquam ad libertatem P.R. oculos sustulit, quanquam à nullo extero hoste superatus ( quippe subditorū, ac sociorum quæ aderant manus, quasi auctaria tantum Romanorum exercituum erant ) sed ipse & sui ipsius uictor, & à seipso superatus, sibi ipsi & cladem attulit, & accepit: extincioq; populi principatu, regia potestas uires assumpsit. Neque ego hoc dico, non fuisse tum in rē ipsorum, ut succumberent, ( quid enim aliud dici potest de his qui ex

Exaggerat  
præliū i hi-  
lippense à fi-  
ne.

utraque parte tum bello congregati sunt, quam uictos esse Romanos, uicisse Cæsarem? ) cum in eo Reipublicæ statu, qui tum Romæ erat, diutius ipsos in concordia persistere fuerit impossibile. Neque enim fieri potest, ut in eo Reipublicæ statu, ubi penes populum est imperium, si is

Ostèdit, Mo  
narchiā ex  
uīu Romæ  
fuisse.

ad summum fastigium, ac tantam, quanta fuit tum Romano rum, potentiam, erectus fuerit, animis suis ciues moderari queant; ita euenturum erat, ut multa multis de causis alia huiusmodi bella contra se inuicem ineuntes, omnino aut in seruitutem ad extreum redigerentur, aut penitus ex cinderentur. Etiam ex ostentis, quæ tum temporis uisa ab eis sunt, colligere licet ad maximum proculdubio id certamen ipsos descendisse, cum diuinitus ( quemadmodum res maximè omnium admirandas dij prædicere ferè solent ) omnia quæ id certamen secutura essent, diligenterissimè sint & Romæ, & in Macedonia prædicta. Rome enim sol aliquando diminutus, & minimus uisu apparet, aliquando maximus cum duobus alijs conspectus est, aliquando etiam noctu effulsit: fulminibus cum alia multa hinc inde loca, tum ara Iouis Victoris tacta est: faces multis locis accensæ, clangor tubarum, strepitus armorum, clamores exercituum sub noctem ex Cæsarib[us] Antonij que hortis, qui ad Tiberim siti, inter que se uicini erant, exauditi sunt: canis caninum cadauer ad Cæsarib[us] proripuit, terraque pedibus effossa, ibi sepelij: infans denos in utraque manu digitos habens, natus est: mula monstrum biforme peperit, anteriori parte equi, posteriori mulo simile: currus Mineruæ ad Capitolium ex equestri quodam certamine reuectus, confactus est: simulacrum Iouis quod Albæ fuit, ipsis ferijs ex dextro humero, & dextra manu sanguinem stillauit: quidam fluuij in agro Romano aut planè defecerunt, aut retrofluere

Propigia pu  
gnam Phi-  
lippensem  
præcedētia.

flucrē cōperunt. His deorum ostentis uidentur hæc quoque adiungenda, quæ fortuitò homines prodigiū uim habentia fecerunt. Nam cum essent Feriae, præfectus urbis Ioui Latiali solenne sacrum fecit, cum neque sui munera id esset, neque eo tempore fieri consuecrat. Aediles plebis Cereri loco ludoru equestrium, gladiatoriis exhibuerunt. Hæc ex alia nonnulla, tum, et antè euenerunt, quæ statum Republicæ popularē euersum iri significant. In Macedonia uero (Macedonie enim Pangeum etiam cum circumiacente regione adscribitur) apes multæ Cæsij castra circundederunt: in lustralibus eius sacrificijs coronam ei quidam inuersam imposuit: puer uistoriam in pompa, quales à militibus ducuntur, gestans concidit: et (quod maximè perniciē eis significauit, ita ut hostes quoque id animaduerterent) multi uultures aliæq; aues quæ cadaueribus pascūtur, super solos ipsos uolauere: in eos intuiti sunt, terribilēmque clangorem et stridorem ediderūt. Ab altera parte prodigia nulla euenerūt, quod quidem nos sciamus: insomnia autem huiusmodi. Vir quidam Thessalus uisus est in somnis iubere sibi lulium Cæsarem, diceret Cæsari Octauiano, fore eam pugnare omnino ipsi prosperam, iuberetque aliquid eorum ad se accipere, quæ ipse Dictator gestasset: igitur statim annulum patris Cæsar induit, ac post etiam frequenter gestauit. Medicus autem Cæsaris imaginatus est per quietē sibi à Minerua mandari, ut Cæsarem quantumuis afflicta adhuc ualeitudine, educeret tentorio, ac in acie collocaret, attulitque ea res Cæsari salutem. Quod enim alij in castris ac intra munitiones remanentes seruantur, ad arma, et prælium euntes in periculum salutis ueniunt, id in Cæsare permutatum est, qui euidentissimè eo incolmis eus sit, quod uallo egressus, cum pugnantibus quanquam

Insomnia.

Medici Cæ  
saris som-  
nium, quod  
salutem Cæ  
sari attulit.

Descriptio  
Philippen-  
sis p̄zlii  
inter Brutū  
Cæsiūmq;  
& Cæsarē  
ac Anto-  
nium.

Cohorta-  
tiones.

Classici ca-  
nendi apud  
Romanos  
mos.

difficulter, idque inermis, propter imbecillitatem, in acie tamen stetit. Res ita gesta est. Diem prælii inter se nullam certam dixerant, nihilominus tanquam ex composito omnes sub auroram suos armatos in aciem eduxerunt. Ordinibus instructis, ad exercitum utriusque partis cohortationes, aliæque ad singulos milites habite sunt ab ipsis imperatoribus, à legatis, à centurionibus, quales de instanti pugnae discrimine, déque pugnā subsecuturis rebus dici ab ijs par est, qui iam casum dimicationis subituris sunt, quique de futuris laborant. Erant pleraque apud utramque simulma quæ dicebantur, quoniam utrorumque copia ex Romanis, et sociis Romanorum erant conflatæ: uerum tamen hoc inter eas orationes intererat, quod Brutus suis libertatem, Reipublicæ administrationem populaře, uitam tyranno dominoque nulli addictam proponebat, commemoratisque ijs quæ in æqualitate bona, in tyranide mala contingenterent, quæ uel ipsi experti essent, uel ex alijs audiuisserent, singulisque his expositis, ad appetenda bona, declinanda autem fugiendaque mala eos summa cum obtestatione hortabantur. Diuersæ partis duces milites suos ad exigendum de parricidis supplicium, ad occupanda aduersariorum bona, ad imperium in omnes suos gentiles parandum, uerbis excitabant: et (quod maxime militibus animum addebat) uirilim uicena festertia daturos se promittebant. Thessera deinde militaris (ea Bruto erat libertas. nam de alterius partis signo non constat) data est. Secundum hæc utrinque buccinator classicum intonuit, deinde reliqui etiam concinuerunt: prior res quidem ij qui loco in rotundo quodam constituti, certum genus modulationis tuba canebant, quo ut in ordine starent, et arma expedirent milites monebantur: deinde autem reliqui, qui animos militum concitarent, et ad congreges

congressum instigarēt. Deinde subito altum est coortum silentium, paulisperque eo seruato, ipsi mox alta uoce cœcinerunt simul clasicum, ac clamor utrinque exercitus est sublatus. Tum uero legionarij milites pila scutis collidere, eademque in hostem coniçere, funditores, ac sagittarij, lapides ac tela emittere, tum equites configere, ac loricati milites eos subsecuti manus conserere. Primo res multa corporum iactatione, multa gladiorum dimicatio-ne agi, dum unus quilibet alterum uulnerandi, sibi uero ab istu cauendi, ac iuxta hostem frriendi, et sui protogen di curam gereret: deinde ubi fruor animorum creuit, ac ira exarsit, inconsideratè iam cum hoste hostis congregdi, nullam sibi cauendi rationem habere, sed cupiditate sternendi hostis usque ad sui quoque corporis neglectum efferrī. Ibi alij scutis projectis cum qui cum congreſsi fuissent arripere, et uel galea traxi tergum ferire, uel armis nudatum peclius percutere: alij gladijs aduersario-rum comprehensis, eos tanquam incrmes confodere, alij partem corporis uulneri hostis exponere, ut reliquo in eum expeditius uti possent: nec decrant qui se mutuo complexi, inferendi uulneris adēpta facultate, gladiorum ac corporum suorum contractu perirent: alij unico uulnere, alij multis concidebant: ac nec sensum uulnerum, nec lamētandi sui interitus spacium erat, morte utrungq; preueniente: quique alios cœdebāt, gaudio elati similem per-nicem non prouidebant: et qui cadebant, sensu priuati misericordiam suam non intelligebant. Vtraque autem acies suum locum omnino tuebatur, et ex eo neque pedem re-serendo, neque hostē insequendo excedebat: uerū ubi quisque constituerat, ibi aut uulnerabat hostem, aut sa- ciabatur, aut sternebat, aut cadebat, pugnāisque in mula-tum diem hoc modo protrahebant. Quod si aut omnes utrinq;

victoria,  
& clades v.  
triusque  
partis.

trinq; copiae simul cōflicxissent, quē admodū in huiusmodi casu euenire solet, aut Brutus Antonio, Cæsius Cæsari op̄ positus fuisset, & quo Marte à pugna discessū projecto ca die fuisset. Nūc & Brutus Cæsarē infirmū loco expulit, & Cæsium Antonius rebellica sibi nequaquam parē uicit, ac eo factū est, ut nō tota alterutra pars uel uinceret, uel uinceretur, sed propemodū eadem utrinq; fortuna esset, utrīsq; & superioribus factis, & superatis, pulso utrīsq; hoste, utrīsq; fuga, utrīsq; insecutione facta, utrorunque castris captis. Cāpus enim pugnantū multitudine maiore sui parte repletus, prospectū utrīsq; adimebat, nisi quantum in prælio quisq; circa se cernebat: igitur fuga inita, utrīsq; contrario cursu ad sua castra cōtinerenter cōtenderunt; atq; hāc ob causam, tū propter immensum puluerē exitū pugne non cognouerunt, sed qui uicissent sibi oppositos, totā suorum esse uictoriā, qui fugissent, omnes suos uictos putauērē. Neq; prius res ipsa ut haberet cognitū est, quām casta direpta, uictoresq; in sua utrīq; castra redeuntes, obuiā sibi inuicē facti sunt. Itaq; quod ad pugnā attinet, utrīq; pars & uicit & uicta est. neq; enim prætereatū ad manus uenerūt, sed cū in discessu se mutuō uidissent, ac quid actū esset, sensissent, nihil amplius conati inuicē sibi uia excesserūt. Quod autē dixi, utrīsq; & uictoriā partam fuisse, & cladē acceptam, sic patet. Castra Cæsaris, Antoniūq; prorsus cū omnibus quae in ijs erāt, capta fuerūt, quo maximē somniū uerū esse comprobatum fuit. Si enim in castris Cæsar māsisset, haud dubie cū reliquis perierat. Cæsius autem prælio superstes, castris suis exutus, cū aliò diffugisset, & rutū quoque succubuisse, uitiorēsq; iam ad se tēdere suspicatus, Centurionē quendā suū emisit, qui exploraret, ac nūciaret, ubinā Brutus esset, quidq; is ageret: is Centurio in equites à Bruto, ut Cæsium

Cæsius sua  
clade dece-  
ptus morte  
sibi consci-  
ent.

Caſſiū quererēt, emiſſos incidit, proinde quaſi nemine ur-  
gēte, ac nullo periculo impendēte, cū ijs lento gressu re-  
diſt: eosq; Caſſius procul conſpectos cum hostes eſſe opi-  
naretur, Pindaro liberto ſuo interſiciendū ſe præbuit. Cē  
turio, cū ſe ei ſua tarditate cauſam mortis dediſſe intelli-  
geret, ipſe quoq; ſibi mortē cōſciuit. Brutus Caſſij corpus  
ſtatiſ clā in Thasum miſit, ueritus id eo in loco ſepelire,  
ne ea res militibus luſtū aſſerret, animoſq; deijceret. Reli-  
quis autē militum ad ſe receptis, eos uerbis cōſolatus eſt:  
donataq; pecunia loco eorū que amifcrat reficit: ac in ca-  
ſtra Caſſiana, quōd opportuniora ſuis eſſent, cōmigravit.  
Ex ijs caſtris educta fuorum manu, hostibus ex alia dāna  
intulit, ex ad eorū caſtra noſtu accessit, pugnæ cōmittere  
rē in posterū nolēs: magnaq; ſpc ductus, poſſe eos tēpore  
ipſo citra periculū à ſe cōſici. Itaque eos cūm alijs, tū no-  
cturnis terroribus agitare conatus, aliquādo etiam flumi-  
ne extra alueū ſuum auerſo, magna partem caſtrorū he-  
ſtiliū inundatione perdidit. Cēſar ex Antonius nō modō  
uictus ac pecuniae defectu laborabat, ideoq; ſuis militibus  
nihil pro amifſis rebus reddiderat: ſed copias etiam eorū  
à Brūduſio traſcidentes nauibus onerarijs, Statius dele-  
uerat. neque tamē tutò aut aliū locū quempiam petere,  
aut in Italia reuehi poterat: ſed in ſolis armis ſpem nō ui-  
ctoriae tantum, ſed ſalutis etiā ſuæ collocabat: cupiebantq;  
prælio decertare, priuſquā incommodū quoque mari aca-  
ceptū ſui hostesq; reſcirent. Cū Brutus præliū detrecta-  
ret, libellos in caſtra eius furtim iniecerūt, quibus milites  
hortabātur ut aut ad ſe transiſcet (erāt enim adiunctæ pol-  
licitationes) aut ſecum ad certamen deuenirent, ſi uel mi-  
nimum haberent uirium. In hac mora nonnulli Germano-  
rum ad Brutum ab ijs perſugerunt: uiciſimque ad eos  
transiſt à Bruto Amyntas Deiotaridux, ex Rhascipolis:

Amyntas.  
quan

Brutus ve-  
bellum de-  
inceps ad-  
ministran-  
dū ſumpſe-  
rit.

Statius ho-  
ſtiū copias  
transfretan-  
tes perdit.

quāquam eum domum abiisse quidam autores sunt. Hæc  
pauorem maioris defectionis Bruto obiecerunt, itaque  
committere prælium cum ipsis statuit. Cum autem in suis  
castris multos captiuos haberet, ac neque quoniam modo  
eos prælii tempore custodiret, neque qua ratione fidem  
ipsis adhiberet, nullum eos maleficium esse perpetratus  
ros, inueniret, maiori eos ex parte intererunt, necessita-  
ti etiā m præter animi sententiam scruiens: rōque id faci-  
lius, quia captivi ex suo exercitu ab hostibus erāt occisi.

**Bruti infe-** His sublatis, in acie suos eduxit: iamque orditibus instru-  
**lix præliū.** tis, aquilæ due, ex utraque parte una, superuolantes,  
inter se certauere: ac prælii quæ esset finis futura, ostena-  
dēre. Quemadmodū enim aquila quæ à parte Brutierat,  
victa fugit: ita legiones eius cum diu admodum ancipi-  
tientu pugnassent, tandem superatae sunt: multisque oca-  
sis, equitatus etiam, quāquam fortiter eō usque pugnās,  
concessit. Eos fugientes in diuersas partes victores infec-  
ti, neque occiderunt quenquam, neque ceperunt: sed tan-  
tum circumscissis, ut singulise fuga in alia atque alia loca  
proripuerant, iterum coeundi inter se facultatem eis ad-  
emerunt. Brutus in locum quendam natura tutum effuge-  
rat: conatusque in castra peruenire, cum nulla ratione id  
efficere ualeret, audito etiam militum nonnullos vitori-  
bus se dedidisse, rebus omnibus salutēque desperata, ui-  
uum autem in hostium peruenire potestatem se indi-  
gnum iudicans, ipse etiam ad mortem configit. altaque

**Herculis de** uoce recitato Herculis isto dicto, O' infelix uirtus, ita-  
**virtute dī-** cū nihil quām nomē esses, ego te tanquā rem aliquā exer-  
**Qua.** cui, cum tu fortunæ scruieris? suorum quendam sibi ma-  
nus afferre iussit. Eius corpus Antonius humandum tra-  
**Bruti mors.** didit: caput autem Romam missum, in transmissione  
à Dyrrhachio tempestate coorta, in mare abiectum est.  
Ncertuo

Mortuo Bruto, exercitus impunitate sibi proposita, si-  
gna ad uitores transtulit. Porcia autem, pruna ardenti de-  
glutita mortem sibi consciuit. Virorum autem primario-  
rum, qui uel aliquem magistratum gesissent, uel ex per-  
cussoribus Cæsar, aut proscriptorum in numero erant,  
plerique confessim manus sibi ipsis attulerunt, aut capti  
(inter quos Fauonius fuit) perierunt: reliqui ad mare pro-  
fugerunt, ac deinde Sexto se Pompeio coniunxerunt.

Porciz obi-  
tus.  
Fauonii in-  
teritus.



## DIONIS ROMANÆ

HISTORIAE LIBER Q V A-  
dragesimus octuus, Gulielmo Xy-  
landro Augustano in-  
terprete.

### INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Bellum, quod contra Fulujam & L. Annonium Cæsar gesit.  
Ut Sextus Pompeius Siciliam occupauerit.

i Quemadmodū Parthi omnem regionem ad Hellespontum us-  
que obtinuerint.

De pace, quā cum Sexto Pompeo Cæsar & Antonius fecerunt.  
Quomodo P. Ventidius Parthis vietis Asiam recuperauerit.

Vi Cæsar bellum contra Sextum Pompeium moliri incepit.  
De Baiis.

Abris hæc acta sunt quinque, quibus Consules hi fuerunt

- 713. L. Antonius.
- 714. P. Seruilius P. F. Isauricus
- 715. Cn. Domitius M. F. Caluinus. I I.
- 716. C. Asinius Pollio.
- 717. L. Marcius,
- 718. C. Sabinus.
- 719. A. Claudio C. F. Pulcher.
- 720. C. Norbanus C. F. Flaccus.
- 721. M. Vipſanius L. F. Agrippa.
- 722. L. Caninius L. F. Gallus.

An. V. C.

AD hunc



D hunc igitur modum Brutus & Cæsius oppetierunt, ijs quibus Cæsarem interfecerant gladijs confossi: qui uirò alij carum insidiarum participes fuerūt, aut antè, aut tum, aut postea temporis, paucis quibusdam exceptis perierunt. Ita nimurum ex iustitia postulabat, & Deus uolebat eos interire, qui uirum ad id uirtutis ac fortune progressum, ac insuper benefactorem suum occidissent. Cæsar autem ex Antonius statim à uictoria Lepidum, qui eius uictoriae socius non fuerat, antecelluerunt, ipsi quoque paulo pōst sese inuicem aggressuri. Difficile enim erat tres, aut etiam duos uiros equali dignitate sublimes, cùm bello tantas res adepti fuissent, concordiam seruare. Itaque quæ hac tenus in aduersarijs euertendis unanimi consilio consecuti fuerant, eatum præmia suarum inuicem contentionum facere coeperrunt. Statim enim imperium Cæsar Antoniūsque inter se partiti sunt, ac Cæsari quidem Hispania & Numidia, & Antonio Gallia atque Africa adsignatae sunt: ea condizione, ut si id animo iniquo Lepidus ferret, Africa ei concederetur. Has tantum regiones sortiti sunt, quod Sardiniam Siciliamque Sextus adhuc tenebat: reliqua extra Italiam prouincia pacate nondum erant. Italiam autem eximiam semper in huiusmodi rerum statu fuisse, dicere nihil attinet, cum non de ea, sed pro eius salute certare se ij præ se tulerint. Ea igitur in medio relictæ, Antonius id sibi in cogocij sumpsit, ut rebellia omnia pacaret, & pecuniam, quæ militibus promissa fuerat, conficeret. Cæsar uero, ut Lepidum, si quid is moueret, oppimeret, contra Sextum Pompeium bellum gereret, veteranis qui sua signa essent secuti, agros quos polliciti fuerant, diuidiceret, qui ex statim dimisi sunt. Ad hæc conuenit, ut duas legiones

Cæsaris  
Antonij  
padio.

legiones Cæsar Antonio secum abducendas daret, ipse unicissim ab eo duas alias tum in Italia morantes acciperet. Hæc ita inter se composita, conscriptaque et consignata alter ab altero accepit, ut uter eorum conuentis non stetisset, is ex syngrapha conuinci posset: hisq; actis, Antonius in Asiam, Cæsar in Italiam cursum conuertit. In itinere ac nauigatione Cæsarem morbus tanta ui afflixit, ut ijs qui Romæ erant, mortis quoque sue opinionem præberet: sed existimantes ij, non tam infirmitate detentum, quā mali aliquid molientē moras necesse, sibi omnia que possent accidere mala, præsagiebant: quāuis ei cum aliis, qui solent uictoribus, honores decreuissent (est enim in huiusmodi rebus receptum usu, ut ij qui perierunt, in reprehensionibus omnium sint: qui uicerunt, honoribus afficiantur) tum ut quotannis supplicationes eius nomine haberentur: atque hoc quidem uel inuiti. Ipse enim Cæsar aperte iusserat, ut id supplicio de parricidio exacto fieret. Aduentum igitur suum prostrante Cæsare, uarij sermones uulgò iactati, uarieq; homines inde affecti sunt. Inter alios rumores is quoque spargebatur, dicim cum suum obijisse, eratque id multis uoluptati: alij malum aliquot ipsum machinari cerebant, multisque metum iniiciebat, ita ut alij res suas absconderent, siue custodium agearent: alij de loco in quem profugerent, sibi praospicabant: plerique in tantum pauorem decuenerant, ut cum nullas inire sue salutis rationes possent, interitui se omni no pararent: paucissimi erant, qui animo essent bono. Nam cum prius tanta et tam uaria facultatum iactura esset facta, tot homines perijssent: iam, ut qui protinus in potestatem Cæsaris uenissent, nihil sibi leuius, omnia grauiora pollicebantur. Quare Cæsar metuens ne qui noui tumultus concitarentur, Lepido præcipue præfente, literis ad

H

Senatum datis bono cum esse animo hortatus est, pollici-  
 tisque se omnia in præsentiarum clementer humaniter-  
 que acturum. Anno sequenti P. Scrilius & L. Antonius  
 Anno V.C.  
 715.  
 Fulvia vici-  
 lis animi  
 mulier.  
 De L. Anto-  
 ni triūpho.  
 Caesaris Ro-  
 mam redi-  
 tus, & ori-  
 go bellicis  
 Cœtra I. An-  
 tonii & Ful-  
 viam.

nomen Consulum, Consulatum autem hic & Fulvia ges-  
 serunt. Hec Cœsar's socrus, ac M. Antonij uxor, Lepido  
 propter ignauiam cōtempto, ipsu Rem publicam admini-  
 stravit: ita ut neque Senatus, neque populus quicquam  
 præter eius sententiam statucret. Ipse L. Antonius cum  
 de quibusdam Inalpinis à se uictis triūphare uellet, quan-  
 diu Fulvia contradixit, ei is triumphus à nemine concessa-  
 sus: uti ea de nulla concessit, ab omnibus decretus est. Ita  
 uerbo quidem L. Antonius de his quos uicisse aiebat (ne-  
 que enim aut triumpho aliquid dignum egerat, aut omni-  
 no cum magistratu illo ibi locorum fuerat) triumpha-  
 uit: re autem, & triumphus iste. Et honor Fulvie fuit.  
 Proinde & magis eo, & uerius illa superbis: est enim  
 maius, triumphandi potestatem alicui concedere, quam  
 cum concessum ab alio ducere: ac cum habitum trium-  
 phalem induisset Lucius, currum concendisset, reliqua  
 pro more fecisset, ipsa Fulvia eos ludos hoc usq; admini-  
 stro uisa est exhibere. Triumphauit autem Calendis Ianuarijs: ac se in eo Marlio parcm iactabat, quod qua die  
 magistratum initurus esset, triumphasset. Imò et præfere-  
 bat se Mario, se uolentem triumphi ornamentis depositis,  
 ac togatum, Senatum conuocasse dictans: Marium id co-  
 actum fecisse. Præterea Mario aut nullam, aut unicam  
 omnino coronam datam: sibi uero & alias, & triuertim à  
 populo (quod ante ipsum obtigisset nemini) oblatas: id  
 uero factum erat propter Fulviam. Et pecunias claram cer-  
 tis hominibus diuisas. Eo anno Cœsar Romam uenit: per-  
 adisque ijs, que ex instituto maiorum pro uictoria fieri  
 solent, ad res constitutas expedie: idasque se contulit.  
 Nam

Nam Lepidus quidem partim metu Cæsaris, partim ani= mi infirmitate à nouis rebus agitandis detentus fuit. Cate= rum L. Antonius & Fulvia, quia & profinqui crāt eius, & consortes principatus, et si primò quieterant, tamen pōst progressu temporis dissidium inter eos coertum est. Antonio & Fulvia id prætentibus, quod in partem di uisionis agrorum eam quæ ad Antonium pertinebat, re= cepti non fuissent; Cæsare, quod legiones sibi ab ijs reddi= te non essent. Hoc dissidio & affinitas dirempta est, ex ad bellum apertum res producta. Cæsar enim cum irso= lentiam socius suos non ferret (malbat autē uideri cū hac quā cū Antonio sibi non conuenire) cū filia eius, quam adhuc uirginem esse sacramento contendebat, diuortiū fa= cit, nihil curans fidesne sibi nō haberetur, tanto cum hanc tempore secum illibatum habuisse: an uero existimatetur hoc diu antè secum ita statuisse, cum se ad futura præpar= raret. Secundum hoc repudiū nihil inter eos amicè actum est: sed L. Antonius cause societate cum Fulvia contra= elz, ac si id fratri sui Marci causa ficeret, (nam Pij quoque cognomen sibi propter suam in fratrem pietati= tem sumpserat) strenuè eam agebat. Cæsar M. Antonium nihil culpans, ne eum populos Asianos sub se habentem, hostem sibi redderet, Lucium & Fuluiam incusabat, ac repugnabat ijs, nō ea ex Marci eos sententia agere, sed peculiarem sibi dominacionem querere. Erat autem utriusque parti magna potentiae spes in diuisio= ne agrorum posita, ideoque de ea primum inter se con= tenderunt. Cæsar secundum id, quod cum Antonio post uictoriam ficerat, pacium, omnibus suis Antoniique militibus, agros diuidere uolebat, ut eorum sibi ani= mos bencuolentia obstringeret: Antonius & Fulvia suis militibus competentem partem ipsi assignare, ipsique

Cæsar Ful= via filia re= pudiat.

colonias deducere uolebant, ut eorum vires sui iuris efficeret: uidebatur enim utrisque expeditissima caratio, bona inermum suis militibus largiri. Postquam igitur præter ipsorum opinionem magnus tumultus extitit, et res ad bellum spectauit, ac Cæsar, cum initio omnes per totam Italiam agros (nisi quem miles aliquis dono acceperebat, aut ex publicis agris partem emerat,) unâ cum mancipientijs et instrumento reliquo, dominis adimere, et militibus dare statuerat, eorum qui suis bonis spoliabantur, uehementia in se concita uisset odia, mutare sententiam Fulvia et Antonius cooperunt. Existimabant enim plus sibi præsidij in ijs, quos Cæsar ea iniuria læsisset, quam in ijs qui agros essent accepturi, futurū. igitur his omis̄is, ad illos, quorum et numerus erat maior, et iusta iram propter res ademptas sibi conceperant, se conuerterunt: eos sibi singillatim coniunxerunt, eos adiuuerunt, ac inter se societate copulauerunt, ita ut qui ante Cæsarem metuisserint, iam patronos adepti animū resumerent, ac de suis facultatibus nemini cederet, cū M. etiā Antonio hoc ita uideri iudicaret. Hos igitur Consul et Fulvia ad suā causam ita adiunxerunt, ut interim in nullam Cæsarianorum militum offensam incurrent. Ostendebant enim ijs agrorum diuisione nulla opus esse, sed hostium superatorum bona suffictura eis indicabant, præsertim cum prædia, ac suppellex extarēt, uendita partim, partim non uendita: et igitur, aut preciū pro ijs solutū dari eis iubebat: ac si ne hæc satis forent, ad spē præde Asiane animos eorū erigebant. Ita mox factum est, ut Cæsar, qui possessoribus sua ui adimebat, laboremque et pericula omnibus ex aequo de ijs parabat, et dominis bonorum, et militibus in offensa esset. Isti uero, quia neque quenquam suos spoliabant, et promissa se representatueros sine ullo certamine ex partis

partis bonis ostendebant, utrosque suos habuerunt. His rebus, ac fame (qua summa premebantur, mare Siculum Sexto Pompeio, Ionum Cn. Domitio Aenobarbo obtinente, qui et ipse unus ex Cæsar's interfectoribus ex Philipensi pugna effugerat, parataque classe aliqua, Ionum mare aliquandiu iam tenebat, ac multa rebus hostium damna infrebat) effectum est, ut Cæsar in summis difficultatibus haberet. Accedebat ad eas, quod in contentiis quæ militibus cum Senatoribus, aut reliquos qui agros possiderent, intercedebant, (cuiusmodi in certamine de re maximi momenti accidebant plurimæ) neutris tutò poterat astipulari: nā utrisque iuxta gratificari, erat quidem id impossibile, cum alteri iniuriam inferre, alteri eam defendere, alteri aliorum res inuadere, alteri suas retinere cuperent. Quoties igitur modò huic, modò illi parti, quemadmodum id necessitas posulabat, accederet, in odio alterius statim incurrebat: neque tantum gratie ab his, quibus officium suum exhibuisset, quantum odij ab his quibus negasset aliquid, consequebatur. Alteri enim ita accipientes quæ desiderauerant, tanquam debitum sibi si exolutum esset, nullum id beneficium putabant: alteri suis se spoliari ægrè ferebāt. Sic Cæsar identidem alterutram partem offendens, ac modò ob populistudium, modò ob militum male audiens, nihil proficiebat, experiebaturq; ipsa re, armis eorum benevolentiam, quos iniuria affectisset. Parare se sibi nō posse: sed posse quidem omnes qui non obtemperassent ipsi, armis ad interitum adigi, cogi uero armis, ut cum quem nollet, amaret, neminem posse. Igitur inuitus etiam se subduxit, ac neque iam Senatoribus abstulit quicquam (primo enim horum quoque agros omnes militibus diuidere decreuerat, interrogans eos: Vnde enim alias militibus premia persolueamus?

Quasi uero aut belligerari cum quisquam, aut tantu*m* ip*s*is pronuttere iussisset) & ijs quoque agris abstinuit, qui uel à mulieribus dotis nomine, uel ab alijs possidebantur, minores quām ut promisse in singulos milites quantitati satisfacerent. Hoc factō & Senatus, ac quibus præterea nihil eripiebatur, melius de Cæsare iam sentire cœperunt. Milites autem, quantum istis Cæsar percisset, aut honorem habuisset, tantum sibi ignominia ac detrimen-  
ti accidisse, seq; nūnus spē sibi facta accepturos putantes, indignabantur, multosque centuriones, aliōsque Cæsaris familiares, qui eos ne tumultarentur inhibebant, com-  
plures interficiebant: parimque absit quin ipsum quo-  
que necarent: ac quamcunque arreptam occasionem, iuc-  
stam suę ir.e causam faciebant. Nec antē finem indignan-  
di fecerunt, quām impetravirunt, ut cognatis suis, &  
eorum qui in prælijs cecidissent parentibus ac liberis,  
omnes agri quos nonnulli ad eos pertinentes possidebant,  
permitterentur. Hoc rursus milites Cæsari coniunxit,  
plebis autem iram concitauit, ita ut ad manus quoque de-

*Conflitus plebis cum militibus.* uentum sit, conflictumque continenter, ita ut utrinq; mul-  
ti sauciarentur, perirentque, militibus armorum genere,  
ac bellorim usu, plebe numero ac iaculatione de tecis  
prævalente. Itaque & domus per multæ combustæ sunt,  
& annua habitatio, ijs qui Rome erat, ad nullæ numeris  
usque in continuū, qui uero alii in Italia habitarēt, quarto  
quolibet anno remissa est. Pugnabatur enim in omniis  
bus urbibus simuliter, ubiunque milites in plebem inci-  
dissent. His malis, ac eo præterea quod milites à Cæsare  
in Hispaniam premisi, tūnūlūm Placentie quendam  
edidissent, ac nō antē, quām ab incolis eius regionis pecu-  
nias acciperent, conquiescent, eisdemque Calenus, & Ven-  
tidius, qui Gallie transalpine præerant, Alpiū transitum  
prohib

prohibuissent, territus Cæsar ne quid grauius pateretur, cum Consule & Fulvia pacem cōponere statuit: et quia ipse per se priuatim nihil efficiebat, ad veteranos confudit, ac per eos de pacificatione egit. At Lucio Fulviæq; animus auctus his euentis erat, adiunxerantq; ad suā causam eos quibus agri adimebantur: eos Lucius undique que circumiens, à Cæsare abalienatos in unum cogebat. Fulvia autem Præneste occupato, ac ad suam societatem pertracto, Senatores & equites à sua parte stantes habebat. cum ijs de omnibus negotijs consilia inibat: identidēm que edicta, ut ex usu uidebatur, proponebat. Id quidem mirandum adeò non est, cum gladio rtiam se accinxerit ipsa, tessera mūlitibus dederit, sēpenumero concionem apud eos habuerit. Cæsar, hoc sibi uidens ad cetera mali accedere, neque opprimente eos ualens, non modò à potentia sed à studijs etiam honūnum lögè ipsis inferior ( multos enim laudebat ipse, illi uero bonam omnibus spem faciebant ) cum aliquoties per amicos priuatim compositionem apud eos frustra tenetisset. tandem legatos ex veteraniis ad eos misit, in eum præcipue finem, ut pace impetrata res constiueret, ac deinde ijs resistere posset: quod si cā non esset consecutus, at certè causam discordie non sibi, sed ijs imputatum iri existimans: neque falsus est sua opinione. Cum enīm ne militum quidē actione interposita res succederet, senatores ad L. Et Fulviā misit, qui et pacta sibi cum Antonio facta eis exponerent, et de controvērsia cognoscerent. ubi ne sic quidem effectum quicquam est ( nam et multis conditiones firebant, quibus statu rus Cæsar non esset, et omnia se iussu Marci Antonij agere prohibebant ) ibi demum Cæsar ad veteranos se iterum cōtulit. Veterani Romanū frēquentes, tanquā cum populo ac Senatu aliquid acturi, aduenere: ac in Capito-

Fulvia gla-  
dio se accin-  
git.

Veterani es-  
tūc uersis in  
ter Cæsarem  
& L. Anto-  
niūm arbitri-  
ū.

lium congregati, omisso istis, conuentus Antonij ac Cæsaris recitari sibi iussert: eos approbaueré, scq; arbitros litis eorum constitueré eaq; acta in tabulas relata obsignataq; Vestalibus uirginibus adseruanda dederūt: Cæsariq; praesenti, L. autē Antonio et Fuluii per legatos diem dixerunt, ad quā disceptandae rei causa Gabios uenirent. Cæsar se promptū ad iudicandā litem exhibente, ijs autem pollicitis quidē se adfuturos, non tamē uenientibus (incertum metuē, aut contemptu potius id ab ipsis factum, certe enim iudiciū uerbis exagitabat, ac inter alia Senatum Caligam ab usu militaris, uestimenti nominabat) iniuriarū Lucium et Fuluiam ueterani damnauerē, Cæsaris causam suscepere; ac saepius deinde cōsultatione habita, bellum contra L. et Fuluiam instituerunt, atque ad id gnauiter se parauerunt, pecunia undique contracta, atque etiam ex sacris rebus conflata, (omnia enim ornamenta per totam Italiam, quā in sua campestate habebant: ac Rome etiam, quæ quidem pecunia commutari possent, ex templis abstulerant) ex Gallia etiam Togata, quæ tū Italie legibus ac institutis formata fuerat, ne in cisalpina regione eius gubernandæ causa essent exercitus alendi, pecunia ipsis, militesque adduccebatur. Dum Cæsar hæc adorat, Fulvia etiam ac Lucius ijs quæ in suam rem essent, parandis, exercituique cogendo intenti erant: utrius autem legatos suos, ac milites, Tribunosque, hac illac circummittebant: et ciuitates alias sibi adiungebant, ab alijs non recipiebatur. quorum ego pleraque, ubi nihil memoratu magnopere dignum actum fuit, præteribo: quæ autem referre operæ preclaram esse existimo, ea breuiter recensabo. Nursia Sabinorum oppidum est, eō Cæsar primum cum exercitu accessit: fugatoque quod ibi stationes agebat præsidio, ab oppido à Titiso Gallo repulsus,

Nursia.

in Umbriam digressus, Sentinates oppugnauit. Interim Antonius missis occulte Romam ad amicos militibus, alios alio sub pretextu, ipse repente superuenit: equitatuque qui sibi occurrerat uicto, peditibusque intra muros compulsis, cum præmissi intro milites Antonij urbis defensores adorirentur, urbem cepit: neque Lepido, cui eius erat mandata custodia, quicquam resistente (erat enim homo natura ignavus) neque Seruilio Consule, ipso quoque nimis quietis studio. Eo cognito Cæsar, relicto ad oppugnationem Sentinatum Q. Saluidicno Ruso, Romanum ipse contendit. Antonius autem ante eius aduentum urbe exiuit, cum effecisset, ut decreto tanquam ad bellum proficiisci iuberetur, concionatusque esset militari habitu induitus. quod factum ab alio nomine unquam fuerat. Ita Cæsar in urbem citra omne certamen receptus, Antoniumque frustra insecutus, reuersus Romanum accurratori custodia firmauit. Cæsare à Sentinatis discedente, ut dixi, ac C. Furnio, (qui ei oppido præerat) eius insequendi causa ab oppido longius progresso, Saluidicnus ex improviso oppidum aggressus cepit, diripuit, incenditque. Ceterum Nursinis se de dentibus nullum est damnum iniunctum; post autem cum eos qui in prælio (conflixerant enim cum Cæsare) ceciderant sepelientes, eorum monumentis inscriberent, pugnantes eos pro libertate occubuisse, tanta ab eis multæ nomine exacta est pecunia, ut urbe agrisque omnibuscessint. L. Antonius Roma profectus, in Galliam ire intendit: sed itinere prohibitus, Perusiam (urbs est Hetruriae) se conuertit: ibi cum de praesum primum legati Cæsaris, deinde ipse Cæsar oppugnauerunt. Durante obsidione (nam & natura munitus est is locus, & satis instructus erat omnibus rebus ad defendendum necessarijs, & emissi ab Antonio, antequam

operibus urbs omnino clauderetur, equites multum Cæsariorum damni inferabant, ac multi alij diuersis ex locis uenientes enixè Antonium defendebant) multa utrinque aetate sunt, in quibus cum plerunque Antonius priores tulisset, tamen famis tandem ei deditio[n]e extorsit: uenia ipsi aliisque nonnullis data, plerique Senatores, equitesque, qui cum Antonio fuerant, necati sunt, neque id communione (siquidem uerum est, quod fertur) sed cccc. equites, Senator[es]q[ue]; cum alij tum T. etiā Cannutus, qui olim Tribunus plebis multitudinem Cæsari Octauiano conuocauerat, ad aram Cæsari superiori sacratam adducti, ibique mactatisunt: Perusini, aliique ibi tum capti, plerique trucidati, urbs ipsa tota combusta, fano solum Vulcansruato: simulacrum iunonis casu ab incendio superstes, Romam aduenit propter somnium Cæsaris quodam, concessumque ab eo, ut qui uellent, eam urbem reficerent, ac habitarent, ager tamen urbi datus non totum nulliare explens. Perusia capta (quod fuit Cn. Domitio Caluino iterum, Afinio Pollione Coſſ.) reliqua etiam Italie oppida partim ui, partim: deditione recipit Cæsar.

An. V.C.  
714.

Fuga ex Ita-  
lia Fulvia.  
Julia.

Itaque Fulvia cum liberis ad uirum au fugit, ac ex primis tribus etiam complures partim ad Antonium, partim ad Sextum Pompeium in Siciliam atterunt, inter quos Iulia etiam Antoniorum mater ad Sextum uenit, ab eōq[ue] amissimè excepta, & ad filium Marcum missa est, ut de amicitia cum eo ageret. inter eos qui ex Italia tunc ad Antonium profecti sunt, Tiberius etiā Claudius Nero, praefidio in Campanie quodam oppido praefectus, cum cæsar res obtinerent, cum uxore sua Liuia Drusilla, & filio Tiberio Claudio Nerone, eodem abiit; sed postea temporis res quam maximè admirabilis, ac præter omnium opinionem euenit, ut Livia, que tum Cæsarem fugiebat, in nube

Tib. Clau-  
diu. Nero-  
nus.

Liuia Dru-  
silla.

ei nuberet, atque is Tiberius, qui cum parētibus tunc suis  
 foliis uertebat, Imperator post Cæsarem fieret. Eodem  
 tempore in urbe togæ (eas enim, et si decretum factum  
 non fuerat, à plebe coacti posuerant) resumptæ, festisque  
 dies acti sunt. Cæsar habitu triumphali in urbem addu-  
 clus, sertaque lauro honoratus: et decretum, ut quo-  
 ties triumphans aliquis eo ueteretur, Cæsar quoque eodæ  
 decoraretur. Cæsar Italico negocio confecto, cum mare io-  
 nium etiam liberatum iam esset (nam Donutius suis uiri-  
 bus ad id tenendum dissidiens, ad Antonium auctus erat) Cæsar de cō-  
 cilando se  
 ad bellum Sexto Pompeio inferendum se parauit: sed cura  
 de potentia eius esset factus certior, cùmque cum Anto-  
 nio per matrem legatosque agere audisset, ueritus ne cō-  
 tra utrumque sibi bellum simul esset gerendum, Sextum  
 et fidei et uirium plus quam Antonium habentem ut  
 sibi consiliaret, matrem ei Mutiam misit: sororēmque L.  
 Scribonij Libonis (socius Sexti erat) ipse duxit, sperans Mutia ma-  
 ter Sexti pō-  
 reij.  
 Et beneficio et affinitate se amicum sibi Pompeium red-  
 diturum. Is Pompeius cum secundum pacta cum Lepido  
 inita ex Hispania discessisset, ac non multo post classem  
 esset præfector, cum Cæsar ei eam præfecturam ademis-  
 set, nihilominus naues retinens, ausus fuerat in Italiam na-  
 uigare: mox cum eam iam Cæsar occupasset, se autem  
 inter superioris Cæsaris occisores damnationem esse audi-  
 ret, à continentib[us] abstiens, et circum insulas nauigans,  
 euentum expectarat, uisiliumque citra ullius iniuriam  
 sibi parârat: fore sperans, ut quoniam cedis particeps  
 non fuisset, ab eius filio ipso reduceretur: uerum cum  
 se quoque proscriptum esse intellexisset, desperato in  
 patriam redditu, ad bellum se instruxit, triremes fabrica-  
 tus est, profugos ad se recepit, predones maritimos sua-  
 cios sibi adscivit, eicatosq[ue] patria suscepit, et parox tenta-  
 pere

pore viribus acquisitis, marique Italie vicino potitus, in portus eius subiectus, naues abripuit, ac preadas exerat: rebus succendentibus, ita ut iam et milites et pecunia haberet, in Siciliam nauigauit, Mylasque et Tyndaridem citra etiam pugnam cepit: à Messana autem cum Pompeius Bithynicus, Siciliae ea testate praefectus, repulit, quanquam ne sic quidem Sextus omnino eam missam fecit: sed in agrum eius incursiones faciendo, commicatus intercludendo, subuenientes Messane partim metu eiusdem incommodi obiecto, partim per insidias damno dato, prohibendo, Questorem cum pecunijs, ac tandem et Messanam, et Bithynicum, cum conuenisset, ut insulam ex qua potestate regerent, in suam potestatem redigit. ac tum quidem Bithynico nihil mali exhibuit: Messancibus autem arma et pecuniam admittit, dein Syracusas, et alias nonnullas urbes subegit, ac milites ab ijs accipiit, mittente etiam ei milites ex Africa Q. Cornificio. Pompeij ita auge scensit aliquandiu Cæsar nullam curam habuerat, quod et contemnebat hominem, et alijs negotiis distinebatur: sed cum fame multi in urbe perirent, ac Italiam quoq; Sextus attentaret, ita demum classe parata Saluidienum cum magnis copijs Rhegium præmisit. Is Pompeium ab Italia recedit, regressoque eo in Siciliā, naues ex pellibus ad imitationem eorum qui Oceanum nauigant facere instituit, intus baculis leuibus conserens, foris autem pellem bouis crudam in formam rotundi clypei obducens. Verum risui habitus, ac periculum, si is transfretare conaretur, ueritus, pelliceis nauigijs istis omissois, classe, que iam instructa aduenerat, traijcere aggressus est: frustra id quidem, cum et multitudine et magnitudo nauium eius multum peritiae et audacie hostium concederet. Hec gerebantur eo tempore, quo in Macedoniam Cæsar

Pöpelus Bi-  
thynicus.

saluidienus  
a Sexto Pö-  
peio vietus.

Cæsar expeditionem faciebat: isque inspectior huius nauis prælij, egrè admodum tulit sc̄ primo hoc congreſsu uinci, ac non ausus ui transmissionem posthac tentare, quamvis plerisque nauibus suis saluis, sed se penumerò clanculum factō periculo, quod utique si in insulam peruenisset, pedestribus copijs uicturum se facile speraret, cum nihil proficeret, ualida ubique insulam custodia obseruante, constitutis alijs quibusdā, qui Siciliæ intenti essent, ipse Brundusium ad Antonium perrexit, auxilioque nauium, Ionium mare traiecit. His actis, totam insulā Pōpeius occupauit, Bithynicum insidiari sibi prætendens, occidit; spectacula, qualia uictores solent, edidit: captiuorum naualem in freto, prope Rhegium, ita ut hostium in conspectu esset, pugnam exhibuit, cōmīssis inter se lignis, & pellicis ad decidendum Saluidienum nauiculis: deinde naues plures extruxit, mare circum insulam obtinuit, auctor ea etiam gloria atq; fastu, quasi Neptuni filius esset: nam & pater quondam eius imperiū mari uniuerso has fuerat. Hæc à Sexto Pōpeio gesta sunt. Cassij adhuc Brun tique rebus saluis. Secundum eorum interitum, cum alij ad eum, [tum Statius etiam Mursus] se receperunt: Statium Pōpeius libēter accepit (nimirū ut copias, quib. ille præcrat, ad se traduceret) deinde autem strenuū ex magnanimum esse uidens, interfecit, proditionis eum insimulans. Deinde eius classem, ac multitudinem scruorum qui ex Italia aduenerant, ad se recipiens, magnoperè creuit: tantus enim fuit fugitiuorum numerus, ut Vestales etiam cum rem sacram facerent, uota conceperint si finis aufungi factus fuisset. His de causis, ac potissimum quod exules recipiebat, & cum Antonio de iungenda amicitia agebat, Cæsar cum eo pacem inire cupiens, ubi id non successit, M. Vipsanio Agrippæ bellum contra eum geren

Bithynici  
interitus.

Agrippæ  
prætura.

rendum iniunxit, ipse uero in Galliam profectus est. Quae re cognita Pompeius, obseruato eo tempore, quo Apollinaribus ludis exhibendis occupatus Agrippa erat, (Præturam enim tum gerens, ac præcipuus anūcus Cæsaris splendide omnia agebat ludosque inter cetera equestres biduo præbebat, ex Troiam uocatū ludum per nobiles pueros magnifice exercebat) in Italiam transmisit, ac tandem in ea prædas agendo commoratus est, donec Agrippa adueniret: sub eius aduentū relicto in quibusdam locis præsidio, in Siciliam reuectus est. Cæsar primò

Cæsar Gal-  
liam occu-  
pat.

per alios Gallia occupare conatus, cum Fufius hactenus, ex alijs Antonij rebus fauentes id impediuit, eo tempore obtinuit, cum morbo absumptum Fufium inuenisset, ciuisq; exercitum nullo labore ad se transtulisset. Epidemium molestè ferentem sc̄ sua imperij parte spoliari, in Africam misit, ut sibi cum eo anūciorem habaret, quod à se solo, ac non etiam Antonio eam prouinciam accepisset. Erant in Africa duæ Romanorum, uti supra demonstratum est, prouinciae: præcerant autem ante Triumviratu, Numidiæ & T. Sestius, alteri Cornificius ac D. Lælius, ille quidem Antonij, hi Cæsaris rebus studentes. Sestius primò cum eos (longe enim paratiores à copijs erant) in suam prouinciam irrupturos putaret, ad propulsandam eorum uim se parauerat: post eos ob cunctationem despiciens, elatus præsertim prodigio quoddam bos humana uoce (ut fertur) ei ut ageret quæ inleituisset, iusserrat, insomniōq; quo taurum quendam in oppido Tuca sepultum, imaginatus fuerat sibi dicere, ut caput eius effissum, perticeq; impositum circumserret, ita enim fore ut uinceret. is animo confirmato, præcipue cum taurum eo in loco quem ei somnium demonstrauerat inuenisset, omni moxa præcisa, in Africam profectus, Adrumetum ex alijs quædam

Ut Sestius  
Africa or-  
ni potitus  
sit, Cornifi-  
cio & Læ-  
lio sublati.

quas dā urbes inopinantes aggressus cepit. Postea hoc suc-  
cessu elatus, cūm minus accurata uteretur custodia, à  
Questore insidijs petitus, magna parte exercitus amissa  
in Numidiā abiit; eāmque cladem eō referens, quod tauri  
caput secum non habuisset. denuò se ad expeditionem pa-  
rauit. Interim aduersarij occupauerant in Numidiam  
intrare, ac alijs Cirtam oppugnantibus, Questor cum  
equitatu aduersus ipsum Sestium tendens, eum equestris  
bus aliquot prēlijs uicit, ac collegā Questure sibi adiu-  
xit. Sestius autem nouis subsidij auctus, denuò rem in  
periculū pugnæ adduxit: superatōq; uicij simi Questore,  
Lelij agros populantem in castra compulit, obserditq;  
Cornificium autem ei subueniētem opinionē Lelij iam ca-  
pti deceptū animoq; consternatum, uicit, & in prēlio occi-  
cidit: ac Lelium quoq; qui ut à tergo adorientur hostes,  
castris exiuerat. His actis, tutò deinceps utriue prouina  
vincie prēfuit, donec C. cesare ex pacto cum Antonio Le-  
pidō q; initio, imperium in eis naclō, ac C. Fusciū Phango  
nem eis präficiente, ultrò cessit. Post pugnam Philippens  
sem, cum Cesar & Antonius inter alia Africam quoque  
diuisissent, ita ut Numidiam Cesar, Antonius Africam Sestius ut  
acciperet ( Lepidus enim nomine tantum imperabat, ac Africam e-  
idipsum quoque s̄p̄e in literis omittetur ) Fulvia Sestius rūmque re-  
stio suasit, ut Africam occuparet: ( commorabatur enim  
adhuc in Africa Sestius: uerbo quidem, propter hyg-  
mem: re autem quod fore sperabat, ut aliquinori motus  
ibi existerent.) is cum Phangoni non persuadret, ut si a Phango e-  
bi prouincia cederet, prouinciales qui Phangonis impe-  
rium iniquo animo firebant, nanque is Phango ex mili-  
te mercenario Senator factus, quod multis eius similibus  
obtigisse suprā demonstravi, male regebat prouinciam)  
socios sibi adscivit. Igitur Phango in Numidiam abiit:  
Cirt

Lelij & Cox.  
nifijcij inten-  
titus.

Sestius ut  
miserit, ita  
cepit.

Phango e-  
ius acta &  
intervit.

Arabio di-  
tione sua  
pulsus pe-  
tit.

Cirtensib[us]q[ue]; ipsum spernentibus,damno graui imposito  
Arabionem,qui in barbaros uicinos imperiu[m] habebat,ac  
prius Lelio,deinde Sestio opem tulerat,propterea quod  
sibi opitulari nollet,ditione eicit,isque ad Sestium com-  
fugit.Phangon à Sestio Arabionem postulauit:cumque no[n]  
dederetur,iratus in Africam irruit,ac non nihil maleficij  
regioni intulit: sed à Sestio obuiam sibi cum exercitu  
profecto praelijs aliquot non magnis superatus,in Numia-  
diam recessit,in sequente Sestio, qui equitatu potissimum  
Arabionis confidens,sperabat se breuiter uictoriam ab  
aduersario reportaturum.Sed postquam Arabionem su-  
spicionis cuiusdam causa Sestius per fraudem interfecit,  
indigne eam necem equitibus ferentibus,cumque descren-  
tibus,ac plerisque Phangoni se adiungentibus,nihil effi-  
cere potuit. Proinde quasi causa belli è medio sublata,  
Phango & Sestius amicitiam iniuere,qua fructum Se-  
stii cum animaduerteret Phango securè agere,in Africā  
inuasit:praelijs commisso,uterque & uictus & uictor  
discessit.Nam Phango equitatu Numidico,legionibus Ro-  
manis Sestius praeualebat:igitur ita utrinque castra ab ho-  
stibus direpta sunt,ut neutri quid socijs suis factum esset,  
scirent.Cum sece recepissent à pugna,& quid eueniisset,  
resciuissent,denou[c]o[n]grexi sunt.ibi fusis Numidis Phango  
in montes confugit.noctu autem cum bubali ibi transcur-  
reret,equitatum hostiū adesse opinatus,seipsum interfecit.  
Ita Sestius reliquam prouinciam absque labore ullo reca-  
pit,Zonam autem diu admodum resistentem,fame sube-  
git,iterumque utrique prouinciae præfuit,usque ad Lcipi  
di aduentum:huic,sive quod ex sententia Antonij aduen-  
re cum putaret,sive quod longè maiores secum is copias  
habebat,non repugnauit Sestius:scd id quod necessariò  
faciebat,gratificari se Lepido simulans,quicuit. Lepidus  
utramque

Lepidus A-  
fricam oc-  
cupar.

<sup>4</sup> tramque prouinciam in suam potestatem accepit. Eodē  
 fermē tempore, M. Antonius à pugna Philippensi in con- Antonij in  
 tinentem Asiam uenit: ibi partim ipse circumiens, para- Asia acta, &  
 tim alios emittens, pecunias ab urbibus exegit, ac di- amor Cleo-  
 tiones uendidit: interim Cleopatræ in Cilicia uisa amore  
 correptus, nullam deinde honestatis curam gerens, Aegy- patre.  
 ptiae mulieri seruiuit, eiusque amori uacans cum alia tur-  
 pia multa fecisset, ac fratres eius Ephesi à templo Diane  
 abreptos necasset, tandem Planco in Asia, Saxon in Syria  
 relictio in Aegyptum proscitus est. Præbuit ea res multis  
 motibus occasionem. Nam & qui Aradum insulam inco- Aradiorum  
 lebant, eis qui ad se pecunia exigenda causa missi essent,  
 non obtemperabant, nonnullis etiam corū occisis, & Par- rebellio.  
 thi cùm iam antè se commouissent, tum magis adhuc con-  
 tra Romanos insurrexerunt, ducibus Labieno & Paco-  
 ro: quorum hic Orodis regis Parthorum filius erat, ille T. Pacorus.  
 Labieni, qui qua ratione ad Parthos uenerit, ac cum Pa- Parthicubel  
 coro rem istam gesserit, iam explicabo. Caſij & Brutii  
 commilito fuerat Labienus hic, de quo nobis sermo est: lumi.  
 missusq; ad petendum auxilium ad Orodem, ante pugnā  
 Philippensem, aliquandiu apud cum commoratus est, cū  
 nulla sui haberetur ratio, quòd & adiuuare eos Regi in  
 animo non erat, & negare auxilium uerebatur. Post cla-  
 de annunciatā Labienus, cum aduersariorū nemini ueniā  
 datus uictores putaret, potius sibi cum barbaris uiuen-  
 dum ratus, quam in patria pereundum, apud Parthos re-  
 mansit: ac ubi primū Antonij desidiam, amorēmque, &  
 profectionem in Aegyptum intellexit, Parthis instrendi  
 Romanis belli autor fuit, quorum exercitus partim pe-  
 riissent, partim damnum accepissent, reliqui autem in-  
 ter se dissident, ac denuō ad bellum deuenturi, intesti-  
 num essent: quare Regi suafit, ut dum in Italia Cæsar Sex-

ti Pompeij causa detineretur, Antonius autem in Aegypto amori indulgeret, ipse Syriam et vicinas eis regiones subigeret: se autem ducem belli futurum, ac ita multos populos, qui Romanis propter damnata quibus ab iis continiuis affligebantur, infensi erant, ad defectionem permoturum pollicitus est. Hoc sermone cum Regem ad bellum gerendum adduxisset, acceptis ab eo magnis copiis, filio-

*Phoenice La-  
bienus subi-  
git, & Saxa  
uincit, & in-  
terficit.*

que regis Pacoro, in Phoenicem irruit, ac Apameam agressus, a muro reiektus, deditione uoluntaria praesidia que erant in ea regione posita accepit. Ea ex militibus Cassianis ac Brutianis constabant, quos Antonius in suum exercitum allectos, Syriae tum, regionis nimirum eius peritos, custodiendae reliquerat. Igitur Labienus eos facile, tanquam familiariter sibi notos, sui iuris fecit, Saxa qui tum ius praeerat, excepto, qui frater praefecti exerci-

*saxa vinci-  
tus, ac Quæstor, solus Labieno se non adiunxit. Hunc Sa-  
cur & petrit.*

xam Labienus prælio congressum, multitudine ac uirtute suorum equitum uicit, ac noctu ex castris aufugientem insecutus est, iaculatus etiam ante libellos in eius castra, ad perducendos ad suam societatem eius milites: quod ne fieret ueritus Saxa, fugæ se dedit, asscutisque cum Labienus, plerosque qui cum eo erant, interficit. Saxa autem Antiochiam cum perfugisset, ipse Apameam, iam non amplius repugnantem, quod opinio de morte Saxæ insinuauerat, accepit, ac post Antiochiam etiam, a Saxa desertam: denique ipsum etiam Saxam in Ciliaciam fugientem consecutus, occidit. Saxa mortuo, Syria Pacorus subegit uniuersam, Tyro excepta: quam urbem

*Tyrus par-  
his resistit.*

Romani reliqui, ac qui cum his sentiebant Syri antecepserant, ac neque suasionibus, neque uis (nam classem Parthi nullam secum habebant) in potestatem eius redigi potuerunt. Syria reliqua omni Pacorus accepta, in Palæstinam profecta

proiectus, Hyrcanum, qui tum præpositus à Romanis ei  
 regioni imperabat, depositus fratremque eius Aristobu= Hyrcanus.  
Aristobulus.  
 lum præficit. Eodem tempore Labienus Ciliciam, & As= Stratoni-  
cea.  
 sia urbes in continenti sitas (eius enim iactu in insulas  
 traicerat Plancus) præter Stratonicam omnes, pleras= Labienus im-  
petuator Par-  
thicus.  
 que sine bello, Mylassa autem ex Alabanda ui occipa= Antonius lu-  
xuria & de-  
sidia.  
 uit. Hæ urbes cum præsidium à Lalicio accepissent, iis  
 die festo quodam necatis defecerunt. Igitur Lalicius  
 Alabandis captis, ciues supplicio affecit, Mylassa autem  
 relata, ab incolis diruit: Stratonica cum diu obsedisset,  
 nullo tamen modo potiri urbe ea potuit. Proinde pecunia  
 confecta, ac spoliatis fanis, Parthicum scse imperato= Lalienus im-  
petuator Par-  
thicus.  
 rem nominauit, ratione à more Romano diuersissima.  
 Quos enim aduersum Romanos ducebat, ab iis nomen  
 sibi sumebat, quasi uero eos, ac non ciues suos uicisset.  
 Antonius cum & hæc, ex quæ in Italia agebantur, au= Antonius lu-  
xuria & de-  
sidia.  
 diret (nihil enim omnino ignorabat) neutris rebus in  
 tempore consuluit: sed amore temulentiaque detentus,  
 neque sociorum neque hostium ullam curam geſſit. Ete= Antonius lu-  
xuria & de-  
sidia.  
 nim quantisper humili loco constitutus, summum gradum  
 affectaret, summo studio rebus intentus fuerat: postquam  
 autem potitus & fastigio eſſet, nihil iam diligenter cu= Antonius lu-  
xuria & de-  
sidia.  
 rabat, sed cum Cleopatra & Aegyptiis luxuriae deditus  
 usque ad perniciem extremam suam deſidebat. Vix tan= Antonius lu-  
xuria & de-  
sidia.  
 dem coactus consurgere, ad Tyrum nauigauit, tanquam  
 auxilium urbilaturus: sed occupatam iam ab hoste omnē  
 circum regionem cernens, prætendens Pompeij bellū, eā  
 defecrit: contrà quod eam rem non maturasset, Parthos  
 sibi in mora fuisse causabatur. ita euénit, ut neque socijs  
 auxilio ueniret, propter Pompeium, (hoc enim pre= Antonius lu-  
xuria & de-  
sidia.  
 texebat) neque Italiæ, propter socios. Proinde continen= Antonius lu-  
xuria & de-  
sidia.  
 tem præteriectus ad Asiam usq; in Græciam transmisit:

**Antoni⁹ cū Sexto Pompeio amicitia facit, & in Italia C<sup>e</sup> satē aggreditur.** ibi cum matre & coniuge sua congressus, Cæsarem hostem suum fecit, & cum Pompeio amicitiam iunxit; deinde in Italiam transvectus, Sipuntēm cepit: Brundusium, quia dedere se nolebat, oppugnauit. Iam ex Gallia Cæsar redierat: is auditō quæ ageret Antonius, contractis codicibus. P. Seruilius Rullus, Agrippa. Sipunti recipiendo misit. Agrippa Sipuntēm uī recepit.

Seruiliū autem Antonius subito adortus, multos ciuius milites interfecit, multos ad se pertraxit. Ad hunc modum commisso inter Cæsarem ac Antonium bello, cum uterque urbes, veteranosque, unde sibi aliquid auxilijs sperabat, circummissis suis administris solicitaret, aliquique iam tum alterutri accederent, aliij differrent, noui per Italiā, ac Romæ potissimum, coorti sunt tumultus. Suspensis &

**Fulvia mort.** ducum & auxiliariorum animis, Fulvia Sicyone, ubi morbo correpta decumbebat, moritur: effectus autem & amor Cleopatræ, & petulantia ipsius Fulviae, ut Antonius causam ei mortis attulisse wideretur. Enim uero Fulvia mortua, statim uterque armis positis, in gratiam redierunt, siue quod reuera ad bellum ipsos Fulvia incitasæ set, siue hac præscriptione utentes, cum alter alterū metueret, & uterque æquis viribus & spe uteretur. Tū Cæsari Sardinia & Dalmatia, Hispaniāque & Gallia, Antonio reliquæ omnes trans Ionium mare regiones adscrive sunt. Nam Africas prouincias Lepidus habebat, Siciliam Sextus. Hæc tum denud imperij diuisio facta, bellisque

**Antonij p̄f dia in Pompeiū.** cōtra Sextū Pompeiū societas inter Cæsarem & Antoniū inita, quamquam Antonius per internuncios sacramēto se obstrinxerat Pompeio ad consortium belli cōtra Cæsarem. Quæ causa præcipue fuerat Cæsari, cur impunitate proposita omnes ad se reciperet eos, qui bello Perusino contra se sletiſſent, ac nonnullos etiam ex patris percusſorū

**foribus, interque eos Domitium, omnes item proscriptos,** Domitio  
Cæsar igno  
**ac qui Cæsij Brutique castra secuti fuisse, uel Antoniu scit.**  
**postmodò adiuissent. Adeò in seditionibus et bellis omni-**  
**nia præter rationem eueniunt, ubi non iure, sed utilitate sua**  
**sua ac necessitate amicos inimicosque suos hi qui rerum potiuntur estimant, ac pro opportunitate temporis eosdem et hostes, et necessarios suos iudicant. His ita in ca-**  
**stris ad Brundusium compositis, conuiuio se mutuo accep- perunt, quod Cæsar more militari ac Romano, Antonius Asiatico Aegyptiisque instruxit. Cum in gratiam rediissent (ut quidem sibi uidebantur) milites qui tum cum Cæsare erant, Antonium circumstetere, postulantes pecuniā, quam ipsis de pugna Philippensi promiserat, cuiusque cumulate confiendae causa in Asia missus fuerat, ac uim ei intulissent, nisi eos spe iniecta Cæsar inhibuisset. Postea emeritus in colonias dimissis ne ulterius tumultibus extinguerentur, Cæsar et Antonius ad bellum contra Pompeium ferendum se contulerunt. Pompeius enim secundum foedus cum Antonio patratum in Italiam uenierat, eius auxilio contra Cæsarem belligeraturus; sed certior factus de eorum pactione, in Siciliam reuersus, Menas Sexti liberto suo, quem plurimi faciebat, imperauit, ut cum classis parte circumuectus hostium ditionem infestaret. Menas Hetruria haud leuiter uexata, M. Titium, Titij filium eius, qui proscriptus, ad Sextum Pompeium con fugerat, ac cum eo erat, classem sibi peculiaris potentiae obtinende causa parantem, et in Narbonensi provincia stationem habentem, uiuum cepit. Huic Titio propter partem suum, ac quod nomen Pompeij milites eius suis scutis inscriptum scribant, uenia data est: sed is malam suo benefactori gratiam retulit, quem et debellauit, et occidit: que res inter similia exempla maximè commemoratur.**

tur. Menas his actis in Sardiniam nauigauit, ibique cum  
 Sardinia d. M. Lurio insulæ præfecto configens, primo pulsus est:  
 Mena capi- deinde inopinato conuersus in hostem inconsideratè in-  
 tur.' sequentem, uictoriā recuperauit, insulamque Lurio  
 M. Lurius. ecedente occupauit, deditioñe cætera, Aradin autem  
 (quò ex pugna complures confugerant) expugnatione.  
 Helenus. Captiuos cùm alios, tum Helenū Cæsaris libertum, cùque  
 maximè charum, sine precio redemptionis dimisit, bene-  
 ficiūm hoc multò antè apud Cæsarem deponens, et per-  
 fugium sibi, si res ita ferret, apud eum preparans. Ro-  
 mæ, Sardinia amissa, cum ora maritima populationibus  
 uexaretur, annone commissus interclusus esset, famæ,  
 uectigalia multa et omnis generis pensionesq; ijs qui mā-  
 cipia haberent impositæ cum molesta hec omnia admodū  
 essent, ciues nō amplius se continuerunt, sed quantum læ-  
 tur.

Cæsar & An- tice Cæsaris ac Antonij pacificatione acceperant (fili-  
 nius ad fa- ciendam cù enim pacem ex eorum concordia sperabant) tantum, aut  
 Pompeio pa- plus etiam indignationis inter eos propter bellum eorum  
 cem adiun- contra Pompeium est coortum. Itaq; qui modo Cæsarem  
 tur.

Oktavia An- tonio nupiū data. Antoniumq; equitates tanquam in triumpho quodam in  
 urbem adduxerant, nesteq; triumphali eos exornauerat,  
 ludos ut sellis curulibus sedentes spectarent, iussrant,  
 Octaviūm Cæsaris sororem, marito eius defuncto, pre-  
 gnantem tum, Antonio coniugem conciliauerant, ij ad-  
 eo mutatisunt, ut uel coitionibus factis, uel ad spectacu-  
 lum congregati, eos ad pacem cum Pompeio componen-  
 dam hortatisint, multo eam rem clamore gentes. Cum  
 nihil efficierent, ab alienati animis ab ipsis ad Pom-  
 peium inclinauerunt, ac cùm alios studio eius sermones  
 sparserunt, tum ludi; equestribus illatum Neptuni simu-  
 lacrum multo plausu honorauerunt, eoque magnopere  
 delectati sunt: cùmque id per aliquot dies non inferre  
 cur

etur lapidatione in magistratus facta, eos foro eiiccerunt,  
Cæsar is et Antonij statuas deiccerunt, ac tandem cum  
nihil consequerentur, impetum in eos necis inferendæ  
causa fecerunt. Ibi Cæsar suorum nonnullis vulneratis, uero  
ste laniata se ad deprecandum multitudinem conuertit:  
Antonio autem asperius cum ipsis agente: magisque ada-  
huc ira plebis aucta, ita ut graue aliquod ab ea facinus ex-  
pectandum esset, ita demum ad Pompeium de pace in-  
cunda mittere coacti sunt. Interea temporis, et si iam  
in exitu erat annus, abrogato Prætoribus et Consuli-  
bus magistratu, alios iis suffeccrunt, nihil curates, quod Magistrat⁹  
ij paucos dies essent cū ea dignitate futuri. Fuit inter eos præter con-  
qui tum Consules facti sunt, L. Cornelius Balbus, Gradi- fuetudinem  
bus natus, tantum sue etatis homines diuitiis; et magnifi- P. R. collati.  
centia superans, ut moriēs populo Romano in singula ca- L. Cornelii  
pita uicenosquinos denarios legauerit. Aedili quodā ex- Balb⁹ Cōsul.  
trema anni dic mortuo, aliis quidā in reliquias horas suf-  
fecitus est. Eodē tempore aquæ, quas Iulias nominant, in Aquæ Iuliæ.  
urbem canalibus ductæ sunt, ludosque quos pro bello con-  
tra Cæsar is percussores uouerant, Consules exhibuerūt:  
ac quia septē uiri non aderant, eoru munus pōtifices obie- Sphærus.  
rūt, quod alias etiam s̄a pe factum est. Hæc eo anno acta.  
Sphæru etiā Cæsar, p̄dagogū et libertū suū, publice se= Saluidieni  
peliit, ac Saluidienū, quod ab eo insidiis peteretur, necas fortuna, &  
uit. Ei Saluidieno, obscurissimo genere nato, pascētigra- interitus.  
gem flamma è capite emicuit, eumque Cæsar ad id dignia  
tatis euexerat, ut Consul, cum Senator nunquam fuisset,  
designaretur, utq; frater eius, qui prior uita abiectus, pon-  
te in Tiberi facto, super eum efferretur. Sed, ut nihil est in  
rebus humanis perpetuum, id in Senatu ab ipso Cæsare ac  
cusatus, ac tanquā Cæsar is, et populi totius hostis, iugua-  
latus est, supplicationesq; eius rei ergo decrete, ac Trium

Intercala-  
rio.  
Nundinx.

uiris custodia urbis mandata, addito pro more, Curarēt,  
ne quid ea detrimēti caperet. Priore anno uiri equestris  
ordinis feras equestri ludorum Apollinarium certamine  
cōficerunt, diēsque una intercalata preter consuetudi-  
nem, ne Calendis Ianuarij in sequentis anni nundinē es-  
sent ( id enim antiquitus diligentissimē curatum est ) ac  
deinde alia exempta dies, ut tempus ad Iulij Cæsar is or-  
dinationem competeteret. Castori etiam cuidam Attali er-  
Deiotari in Gallogræcia defunctorū ditio tradita est, et  
lex Falcidia à P. Falcidio Tribunopibis lata, quæ nunc  
quoque plurimum ualeat in hæreditatibus adeundis: ea au-  
tem permittit, ut hæres, si adire hæreditatem grauetur,  
quadrante accepto, reliquum dimittat. Hæc eo biennio

Anno V. C.  
715.  
Triumuo-  
rū a ña rata  
esse iuben-  
tur.

acta. Qui proximus fuit post id annus, L. Marcio, C. Sa-  
bino Coss. eo Triumuirī quæ ab inito eo Magistratu egis-  
sent, omnia rata esse Senatus iussit, cum uectigalia noua  
iam antè instituissent, quod longè maiores sumptus quam  
quos Cæsar superior statuerat, fiebant: cum enim immo-  
dicam pecuniam impenderent militibus, turpe sibi puta-  
bant, si præstitutum sumptibus modum ipsi seruarent. E-  
tenim Cæsar tum primum barbam radens, ipse splendide  
diem eum festum egit, et publicum cپulum dedit: ab eo  
tempore genas læuca seruauit, sicut alij solebant, iam c-  
easar scri-  
boniā repu-  
diat.

Scriboniam, cum fi-  
liolam sibi peperisset, eadem die repudiauerat. Enimue-  
rò quia sumptus longè fiebant quam antè maiores, ac re-  
ditus aliquim non sufficientes, minores etiam tum essent  
propter ciuilia bella, noua uectigalia quedam excogitata  
ab his sunt: in Senatum etiam adscripti permulti non mo-  
do è sociis, militibusue et libertinis: sed servi etiam. Sa-  
nè Maximum quendam Quæsturam ambientem domi-  
nus suus cognouit, et abduxit, idque impunè factum ei,  
qui ali-

Servi in Se-  
nat ualle&ti.

qui ausus esset magistratum petere: alius quidam scrius  
inter milites deprehensus, de rupe Capitolina deiectus  
est, prius manumissus, ut cum dignitate supplicium in eum  
statueretur. Ansam autem multitudini corum, qui in Se-  
natū allegarentur, expeditio Antonij, quam in Par-  
thos parabat, præbuit, unde et magistratus alij in aliis  
quot annos, et Consules in octo totos annos tum ordi-  
nauerunt, partim gratiam iis referentes, quibus usi erant  
adiutoribus, partim alios iis honoribus demerentes. Con-  
sules autem electi sunt, non, ut moris erat, duo, qui annuum  
eum magistratum gererent, sed ipsis Comitūs tum pri-  
mū plures designati simul sunt. Evidē iam antē quo-  
que nonnulli aliis in Consulatu substituti fuerant, neque  
mortuis, neque per ignominiam aut alias eo depositis, ne  
rūm hī tamen ipsi ex arbitrio eorum, quibus consulatus  
in totum annum mandatus fuerat, constituti: tum uero an-  
nūs Consul nullus est creatus, sed alij ad alias partes tem-  
poris ciuius designati, quorum primi nomen Consulūm per  
totum annum gerebat, ut nunc quoque sit, reliquos ij qui  
Romæ aut in Italia erant, sui quemque magistratus tem-  
pore Consulem nominabant, (quod ipsum hodie etiam  
obseruatur) reliqui aut omnes istos, aut plerosque igno-  
rabant, iccircoque eos Consules minores appellabant.  
Ceterum cum Sexto Pompeio primū de conditionis  
bus pacis futuræ per socios actum est: deinde uero apud  
Misenum Cæsar et Antonius cum eo ad colloquium ue-  
nerunt, cum ipsi in continentī starent, Pompeius autem  
in aggere quodam circumfluo in mari ad hoc ipsum con-  
gesto, quò tutior esset. aderat autem ipsi uniuersa sua  
clāssis, illis autem pedestres omnes copiæ: ita quidem, ut  
hæ in terra, Pompeiani autem in nauibus armati astarēt:  
ut uel ex hoc perspicuum omnibus esset, eos metu aduera-

Consulatus  
nō anuus.

pax apud  
Misenu cū  
Sexto Pom-  
peio facta.

se partis virium, ac coactos illos quidem à populo, Pompeium uero ab his quos secum habebat, pacem composuisse. Eius uero pacis haec fuerunt conditiones: fugitiis da  
 cōditiones. riliberatē, exilibus omnibus, Cæsarī percussoribus  
 exceptis, redditum (hi autem excipiebantur, quamuis  
 horum etiam quidam restituti sunt, ac ipse etiam Sextus  
 inter eos numeratus fuerat) cum impunitate, et quadran  
 te bonorum suorum, quæ publicata fuerant, atque horum  
 quibusdam Tribunatus plebis, Præturas, et sacerdotia  
 tribui: ipsum uero Pompeium Consulem creari, et au  
 gurem, ac ex facultatibus paternis ei reddi septingenties  
 sestertiū: quinquennale ei esse imperium in Siciliam,  
 Sardiniam, et Achiam, ita ut neque fugitiuos recipe  
 ret, neque naues alias pararet, neque castella in Italia ob  
 tineret, sed pacem eius in mari ipse tueretur, ac certā sum  
 mam frumenti ad urbem mutteret (id uero tempus ei p̄  
 scriptum fuit, quod ipsi etiam uolebant uideri, non p̄cep  
 tuā, sed certo tempore definitam potentiam habere.) His  
 cōpositis, ac conscriptis, literas huius pactionis apud Ve  
 stales uirgines deposuerunt, ac deinde dextras mutuò iūc  
 xerunt, séque osculati inuicem sunt. Quo facto, immensus  
 clamor et in terra, et in mari sublatus est. Nam multi  
 milites, multi inermes aderant frequētes, qui bellum exo  
 si, ac magnopere pacem expertentes, cum repente se ma  
 lis bellorū liberatos uidarent, adeò exclamauerunt, ut so  
 nitum montes reddiderint, horrōrque et terror ingens  
 coortus sit, quo ipso multi statim exanimati sunt, multi  
 conculcati et suffocati perierunt. Qui in nauibus erant,  
 non expectato dum terrae naues appellerent, in mare pro  
 filuerunt, uiciissimque alteri à terra in mare decurrerunt:  
 ibi simul natantes, sc̄e mutuò saturabant, amplectebatūra  
 que: eratque cares et uisu et auditu mirabilis. Nam a  
 lij suos

Varij affe  
 ctus homi  
 num pace  
 cōposita  
 moti.

iij suos cognatos aut amicos superstites uidentes, ac praesentes, expleri uoluptate, quā inde capiebat, nō poterant: alij quos perisse existimauerat, eos tum præter suam opinionē saluos cernentes, dubijs scū, ambigentēsq; hæcabant, neq; fidē oculis suis habentes, et id maximè optantes, ne ij falleret: neq; prius suos agnoscet, quām eos nominatim uocassent, ac uocem eorū exaudissent. Ibi uero tantū erat gaudiū, quantū fieri par erat, si ij mortui iam ante tū ab inferis extitissent: cūmq; cumulatissimā delectationē ex eo caperent, et absq; lachrymis frui nequibat. Contrà alij cum de eorum, quos charissimos habuerant, interitus nō cognouissent, eosq; in uiuis etiamnū extare ac adesse putarent, circuitant eos querentes, ac unum quemlibet, in quē incidissent, de iis percontabantur: et quandiu nihil certi cognoscerent, mente captorum similes dubijs hæcabant, et inuenturos se ipsos sperantes, et mortuos esse uerentes, neq; eos uel desperare cupiditas, uel securus animo esse sp̄es finebat. Vbi uero rem ipsam comperissent, tū crines suos laniabant, uestimenta rumpabant, nominatim eos inuocabant, perinde ac si exaudire illi possent, et quasi eo in loco mortuos ac iacentes complorabant. Quid si quis sui ipsius causa nihil huiusmodi patiebatur, attamen aliorum cum affectus perturbabant, et uel socius alicut leticie, uel lugenti doloris siebat. Itaque et si maximè per se animo non commouebatur, tamen propter aliorum presentiā quiescere nequibat. Ita et dies et noctis pars maior ab eis exacta est, cum neque satietae, neque pudore, nimurum inter sui similes uersantes, afficerentur. Secundum hæc conuiuiis sese mutuò et alij, et ipsi principes exceperunt. Sextus Pompeius copiis erat instructior: is itaque non ante in terram egressus est, quām Cæsar et Antonius in nauem ad ipsum uenissent: ac poterat sane utrumq;

Sexti Pom- utrumque in nauicū paucis quibusdam habens interfia-  
peij fides,&c scōmīa in cere, quod ei consilium Menas tum dedit, sed id quidem  
Antonium. noluit; ac quamvis Antonium scitissimo dicto false nota-  
uit, tamen nihil præterea egit, quo se memorem accepta-  
rum iniuriarum ostenderet. Cæterū id dictum tale fuit:

**Carinæ Pō-** Carinæ loci nomen est Romæ, quo in loco Pompeius Ma-  
gnus ædes habuerat, quas tum temporis Antonius possi-  
debat; porrò autem nauis quoque aliqua pars, carina di-  
citur; ea ambiguitate ludens Sextus, conuiuim aiebat se  
ipsis in Carinis suis præbere. Postridie ipse conuiuio ex-  
ceptus, filiam suā M. Marcellō, cuius auunculus erat Cæ-  
sar, despōndit. Id igitur bellum ad hunc modum in aliud  
tempus rectum est: bellum uero Labieni ac Parthorum,

**Antonius** in hunc modum constitutum. Antonius in Græciam ex Ita-  
lia arcuersus, permultum ibi temporis excit, simul ut  
sue cupiditati satisfaceret, simul ut quam maximè debili-  
s prouincia Pompeio traderetur, urbes affigēs. ibi in-  
ter alia que contra patrium morem agebat, Bacchum se  
alterum nominauit, idque nominis sibi tribui ab aliis uo-  
luit. cumque Athenienses inter reliquos honores ei etiā  
Mineruam despōndissent, probare se id matrimonium di-  
xit: dotisque nomine quadragies sextertium excit. his  
rebus ipse occupatus, P. Ventidium in Asiam premisit.

**P. Ventidij** Ventidius antē ad Labienum peruenit, quam is id futu-  
de Parthis & Labien  
victoria. rum cognosceret, territumque repentina aduentu, exer-  
citūque suo (solus enim tum cum collectis ex Asia militi-  
bus Labienus ibi agebat, absque Parthis) inde ne ausum  
quidem congredi profligauit, fugientemque in Syriā in-  
secutus est cum expeditissimis sui exercitus militibus: de-  
prehensumque apud Taurum montem, ulterius progre-  
di prohibuit. Eo loco complures dics oppositis inuicem  
castris quicuerunt, Labieno Parthos, Vntidio legiones  
exp

expectante. Cum iisdem diebus utriusque id quod operiebatur aduenisset, Ventidius, quia equitatum Parthorum metuebat, in sublimi loco (ibi enim castra posuerat) persistit: Parthi uero sua multitudine freti, hostemque olim a se superatum contemnentes, antequam se Labieno coniungerent, summo mane ad tumulum accesserunt: ac nemine contraria exente, subire ad ipsum collem intenderunt. Cum iam in sublime evasissent, Romani decurrites, haud magno labore eos per declive precipites egerunt: ita Parthi pars a Romanis trucidati, maior pars in receptu se inuicem perdiderunt, cum alteri iam fugerent, alteri tum primum colli succederent. Ventidius Parthos non ad Labienum, sed in Ciliciam fugam conuertentes usque ad castra insecurus, usq; ibi Labieno substitit. Nam Labienus cum se ad pugnam composuisset, uidens militum suorum animos fuga barbarorum consternatos, non ausus confilgere sub noctem a fugere aliquo instituit. Ventidius reè profugis præcognita, multos in ipso discessu per insidas interfecit, reliquos omnes a Labieno desertos sibi adiunxit. Labienus ueste mutata effugit, ac aliquandiu in Cilicia cum latuisset, a Demetrio (fuerat hic superioris Demetrius. ris Cæsaris libertus, ac tum Cyprum, ab Antonio præpositus ei insulae, regebat) postmodò, qui ubi delitesceret cognouerat, indagatus ac captus est. His ita gestis, Ventidius Ciliciam recepit, ac constituit: Vpedium autem Silonem cum equitibus ad Amanum premisit. Amanus mōs est in confinio Cilicie & Syrie: tantæq; sunt in eius trāsi tu angustiae, ut quondam portæ fuerint in iis cum muro extrectæ, ac loco noniens inde inditum. Eas Silo obtinere non ualuit: quinimò a Pharnapate Pacori legato, qui cum transitum custodiebat, in summum discrimen coniclus perūsset, nisi fortè fortuna Ventidius pugnantibus Pharnapates à Ventidio cù excep

sup

**dia scđm.** superueniens suos conseruasset:is Parthos & ex improviso, & numero sibi impares adortus. Pharnapate cum multis aliis cæso, Syriam à Parthis relictā, iam citra prælium recepit, Arado tantum excepta, ac deinde Palestinam etiam, Antigono eius rege perterriti facto. Quibus perfectis, pecuniam multam à singulis aliis, multam uero in primis ab Antigono, Antiochóque, & Malcho Nabatæo exegit, quod iij Pacorum auxilio inuissent. Hæc ob facta nullum ei à Senatu præmium datum est quia non imperator ipse, sed alienis auspiciis rem gesisset: Antonius autem laudatus, supplicationesque eius nomine decretæ sunt.

**Aradiorum pertinacia.** Aradij autem metuentes ne eorum que contra Antonium ausi fuerant, poenas dare cogerentur, Ventidio se non dediderunt, quamquam aliquandiu ab eo oppugnasti, ac uix tandem postea temporis ab aliis expugnati sunt. Eodem tempore etiam apud Epidaurios (Parthinorum

Pollonis res gessta. Ceretanos rebellantes Domitius Calvinus coercet. Milites supplicio afficit Domitius. **Domitii triumphus.** tumultum coortum Pollio factis aliquot præliis compescuit. Ceretani quoque in Hispania rebellionem fecerunt, eosque Domitius Calvinus subegit, non ante tamen, quâm legatus eius rem ex bene gesisset contra eos, & infeliciter, à barbaris insidiis circumuentus, & à nulitibus desertus. Itaque Domitius hostem non nisi sumpto prius de militibus supplicio aggressus, conuocatis quasi aliam ob causam fontibus, reliquum eis exercitum circunfudit, ac è duabus centuriis decimum quemque supplicio sorte delegit, in Cēturiones etiam complures, & primi pili quoque Centurionē ex exemplo statuto. His actis, ita ut propter punitum exercitum etiam M. Crassus in nomen inuenerit, in hostem duxit, ei:que haud difficulter debellauit. Triumpho autem sibi concesso (quamuis enim Hispania Cæsaris imperio subeyrat, tamen honores legatis tribui solebant ex sententia cor

eorum qui summam imperij tenerent) aurum, quod in triumphum conferri ab urbibus solet, à solis Hispаниc ciuitatib. accepit, atque eius aliquam partem in triumi= phi apparatum insumpfit, maiorem uero in Palatium re= ficiendum; id enim incendio absumptum instaurauit, ac dedicauit, cùm aliis rebus splendidè ornatum, tum imas gemitibus, quas à Cæsare mutuò acceptas cum deinde repo sceretur, non reddidit, facetè eluso Cæsare: nam perinde ac si ipse famulorum non haberet satis, mitte (respondit Cesari) qui eas à Palatio domum tuam deferant: Cæsar autem locum sacrū despoliare ueritus, eas reliquit. Hæc eo tempore gesta sunt. Appio Claudio, C. Norbano Con= sulibus, qui primi binos Quæstores habuerunt, plebs se= ditionem contra publicanos, qui eam grauiissimè urgebāt, mouit, ita ut cum iis, ac ministris militib[us]que quos iij sc- cum in exigenda pecunia habebant, manus conserue= rint: codem anno L X V I I. Prætores fuerunt, aliis sub= inde in aliorum locum subrogatis. quidam puer Quæstor factus, postridie uirilem togam sumpfit: alius in Senatum adscriptus, gladiatoriis loco dimicare uoluit, sed is quidē hoc facere prohibitus est: editioque præterea cautum fuit, ne quis Senator dimicaret ludis gladiatoriis, néne quis seruus lictor esset, ac ne mortui intra duo millia pas- suum ab urbe cremarentur. Multa ante id tempus euene= rant prodigia, idq; inter alia quòd oleum apud Tiberim Prodigia, flumen scaturierat, multa tunc quoque uisa sunt. Cella enim Romuli, cum in ea Pontifices sacrum fecissent, incen= dio inde absumpta est. statua Virtutis que ante portam quādam stabat, in faciem decidit: ac quidā furore matris deum corrupti, irasci populo diuā dixerunt. Eius rei cau= sa libri Sibyllini sunt inspecti, ac ex iis respōdere XV. us= ri, succensere deam populo, simulacrumq; eius esse ad ma= re

Palatiū ref=  
etum &c or=  
natum.

Anno V.C.  
716.  
Motus ple=  
bis cōtra pu=  
blicanos.

re deportandum, ibique aqua lustrandum. id cum fieret,  
 dea cum adhuc longè à mari abesset, à terra in id pro-  
 gressa est: ac aliquandiu ibi morata, uix tandem rediit. Id  
 prodigium Romanis metum haud exiguum iniecit, neq;  
 antè animum receperunt, quām palmae quatuor ad clu-  
 brum eius dæ, ac in foro enatæ sunt. Eodem tempore Cæ-  
 Cesaris & sar Liuiā duxit. Filia erat hæc Liuij Drusī (qui ex pro-  
 Liuij nu- scriptis unus, seipsum post pugnam in Macedonia uita  
 . prix. exuerat) coniux uero Neronis. cum quo, sicuti supra o-  
 stensum est, aufugerat, ac tum forte sextum iam mensem  
 ex eo grauida uterum scerbat. Ambigenti autem Cæsa-  
 ri, ac sciscitanti à Pontificibus, fâne esset sibi campâ  
 gnantemducere: responsum est, si quidem ex quo mulier  
 concepisset, dubitaretur, opus esse ut nuptiae differen-  
 tur. quia uero de eo constaret, nihil impedire, quin sta-  
 tim fierent: id quidem uin iure à maioribus tradito inue-  
 nerint, fortassis fieri potuit: sed profectò sic responsuri fue-  
 re, ut maximè non ita inuenissent. Elocabat autem Liuiā  
 ipse maritus, patris loco. In conuiuio forte puellus qui-  
 dam, quales garrulitate amabiles matronæ nudos delecta-  
 tionis causa aliquos alere solent, cum diuerso loco Liuiā  
 cum Cæsare, diuerso autem Neronem cum alio quodam  
 accumbentem uideret, accedens: Quid hic, inquit, agis  
 domina? maritus tuus (monstrabat Neronem) isthic ac  
 cumbit. Liuia cum Cæsare agens, Claudiū Drusum  
 Nero. Neronem peperit: eumque Cæsar tollens, patris suo mis-  
 sit, ac id ipsum in sua commentaria sic inscripsit: Cæsar  
 filiolum, quem sua coniunx Liuij peperit, Neroni patri  
 reddidit. Qui Nero paulò post moriens, Cæsarem tuto-  
 rem huic suo filio, & Tiberio reliquit. De hac re uulgò  
 multa dicta scerbantur, idque etiā, fortunatis etiā trimic-  
 stres nascilberos, quod deinde in prouerbiū abiit. Hæc  
 Romæ

Rome acta. Sub idem tempus Bogud Mauritanie rex in Hispaniam , siue Antonij iussu, siue suapte uoluntate, nauigauit, eique et dedit multum mali, et uicissim accepit: interimque deficietibus ab eo Tingitanis, et ex Hispania recessit, neque suum regnum recepit. Quippe qui in Hispania Cæsari fauebant, iij Bocchi auxilio Bogudem uicerunt, Bogud ad Antonium se contulit, Bocchus regnum eius occupauit, idque Cæsar ei confirmauit, ac Tingitanis ciuitas data est. Hoc ipso tempore, ac paulo superius, bellum inter Cæsarem et Pompeium exortum est: Quia enim non fronte sua, sed coacti pacem inicerant, haud diu eius conditiones seruauerent, sed statim ijs neglectis ad dissidium redierunt, haud dubiè bellum moturi, ctiam si prætextum eius nullum inuenissent. Causæ autem belli ipsis hæ fuerunt. Menas cum adhuc in Sardinia Prætoris loco esset, in suspicionem Pompeio uenerat; propterea quod Helenum dimisisset, ac cum Cæsare colloquutus fuisse: hoc accedebant ciudem conditionis hominum caluniae, qui Mene potentiam inuidabant. Is igitur cum eum Pompeius, ut de administratione frumenti ac pecuniae sibi rationes redderet, euocaret, dicto audiens non fuit: sed missos ad se necauit, præmissisque ad Cæsarem qui de pace agerent, se et insulam, cum classe et exercitu ei traas didit. Cæsar Menam libenter accepit ( nam Sextum quoque neglectis pacis conditionibus fugitiuos recipere, triremes struere, castella in Italia obtinere dicebat ) neque dedidit Pompeio postulanti, et magno insuper in honore habuit, annulisq; auris decorauit, et in cuestrem ordinem adscriptis. Nam apud antiquos Romanos non modo liberto, sed ne ingenuo quidem ulli aureo annulo ( sicuti supra ostendi ) licebat uti, nisi Senator esset, aut cuestris ordinis. Proinde is qui summæ rerum præcitat,

Bogud re-gno suo ex-cidit, eique Bocchus sub-stituitur.

Tingitanis ciuitas da-ta.

Occasiones belli inter Cæsarem & Pompeium. Menas ad Cæsare trans-fugit.

Annuli ge-standi ho-nor.

libertis quibus uolebat et si aurum alioquin gestarent ijs,  
tamen honoris causa, ut libertis præstantiores uiderentur,  
et equestris dignitatis, annolorum usum largiebatur.  
Sextus Pompeius non hoc modò nomine Cæsarem accusa-  
bat, sed Achaiam quoque uexatam, ac non representatas  
ijs qui restituti erant promissiones: igitur Menecratem,  
libertum hunc quoque, in Italiam nūst, eiisque opera cùm  
alia Campanie oppida, tum Vulturenum infestauit. Hoc  
cognito Cæsar, pactorum literas à Vestalibus repetiij,

Menecrates  
Capaniam  
uexat.

Antonium ac Lepidum accersiij: quorum hic quidem non

Antonius in  
Italiā re-  
dir, & re in-  
fecta rece-  
dir.

Prodigiū.

statim paruit, Antonius autem cum Brudusium usque ac-  
cessisset ex Grecia, antè quam ad Cæserem (is tū in He-  
truria erat) perueniret, territus prodigio, quod lupus in

prætorium suum intrasset, et mulites aliquot laniasset,  
specie Parthici belli urgentis usus, in Græciam reuictus  
est. Cæsar, et si omnino ideo existimabat desertum se ab  
Antonio esse, ut solus bellum hoc sustinendum haberet, ta-  
men iram palam non tulit: Pompeius uero rumores spar-  
gens, Antoniu Cæsar is causam non probare, maiori etiam  
conatu in rem propositam incubuit, ac tandem ad Italiam  
quoque ad nauigauit, ingressusq; in continentem, dama  
multa aduersarijs in iunxit, multa ipse recepit. Eodē tem-

Nauale pīx  
lium Mene  
cratis & Cal  
vīsi.

pore nauale prælium apud Cumas inter Menecratem et  
Caluisium Sabinum commissum est: in eo et si à parte Cæ-  
sar is plures naues amisse fuerant (nam cum hominibus  
mare semper exercentibus res erat.) tamen Menecrates  
cum Mena que maximè oderat congressus, atque inter-  
fectus, parcm calamitatem Pompeij effecit, ita ut neque  
hic uictoriam sibi uendicaret, et Cæsar clavis sue sola-  
tium haberet. Is tum Rheyj erat, itaque Pompeiani et  
morte Menecratis perculsi, et ueriti ne Cæsar in Siciliā  
transfretaret, Cumis discesserunt. Sabinus eos insecurus,  
usque

usque ad Scyllæum (Italiæ hoc est promontorium) tutò peruenit, ibi autem cum fletteret cursus, uentus cum uehemens adortus, nauium magnam partem promontorio aliisit, alias in alto submersit, reliquas dissecit. Pompeius eo auditio, Apollophanem in eas cum classe emisit; qui cum eo loco circumnauigantem Cæsarem cum Sabinō in Siciliam traiiciendi consilio offendiceret, aduersus eum se conuertit. Cæsar naues in ordinem collocans, & armatos milites ad eas descendendas statuens, primò hostes fortiter omnino repulit: (nam naues eius proris aduersus hostem directis, non concedebant, ut is tutò iis inferre posset, sed cum & crassiores & celsiores essent, maius damnum accidenti hostili naui inferebant: adhæc milites cum hoste manus conserentes, longè superiores fiebant; sed cum Apollophanes se recipiens saucios ac fessos subinde in alias naues ad hoc destinatas exponeret, aliósque integrös pro iis reciperet, ac crebrò naues ad hostem appeleret, igniferis etiam iaculis uteretur: tandem Cæsar pulsus ad terram confugit, & in stationem subduxit. Cum etiamnum instarent hostes, quidam repente anchoris abscessis obuiā iis ex improviso prouecti sunt: id, ac nox susperueniens effecit, quo minus omnes naues Apollophanes accenderet, aut abduceret. Postridie uentus aduersus Cæsarem ac Sabinū (uno enim in loco stationem habebant) ita afflixit, ut prius incōmodum exiguum iam uideretur.

Ac Sabini quidem clasminus lessa est. Mena: enim rei maritimae multo usu peritus, cū tempestatem præuidisset naues in altum deduxit, anchorisq; laxioribus, ne funes inter tendendum rumperentur, fixit, & oque modo uero restit, cum neque funes ulli intenderentur, & semper eodem in loco ipse cum nauibus persisteret, naues in eum locum, unde eas uentus propulisset, remigando reducens.

Cæsaris &  
Apollopha  
nis nauma  
chia.

Cæsaris clas  
sis tempesta  
te affligitur.

Reliqui uero, qui ex pridiē magno essent periculo confitati, neq; nauticas artes satis tū callerēt, ad terrā propin quam allisi, multas naues perdiderunt: ac nox, quæ prædenti dic haud minimo ipsis auxilio furcat, tum summum eis detrimentum attulit. Nam uentus sub noctem ualidior factus, naues ab anchoris reuulsas in scopulos impulit, et cum ipsis socij nauales etiam, ac classici: milites, quia et tenebrae prospicuum omnem adimebant, et propter tumultum, ac sonum à montibus redditum, uentumq; obstre pentem exaudire nihil poterant, una perierunt. Hac accepta clade Cæsar, Siciliæ potiundæ spē abiecta, cōtentus fuit cōtinentis horam maritimam tueri. Pompeius autem

Sextus Pompeius Neptuni filius.

magis tum clatus animo, uerè Neptuni filius esse creditus est. uestimque cæruleam induit, et (ut quidam refrunt) equos uirosque uiuos in fretum coniecit: Italiam postea ipse uastans, Apollphanem in Africam misit, quem conser cutus Menas, damno affecit. Cæterū incolis earum quæ sunt circum Siciliam insularum ad Pompeium deficientibus. Liparenses Cæsar anteuertit, et ex insula in Campaniam traslatos, Neapolit habitare usque ad finem belli coegit. Interim per uniuersam fermè Italiam naues ædificabat, remiges priuū ab amicis, tanquā ultrò conseruentibus, deinde à reliquis ciui Senatoribus, cœtitibusq; et plebeiorum locupletibus accipiebat, clasiriorū delectus agebat, pecuniā ab omnibus ciuibus, socijs, subditisq; et intra et extra Italiam contrahebat. Nauibus parandis, et colligen dis exercendisq; remigibus totus is cum sequeti annus est cōsumptus: Cæsar hæc et reliqua omnia quæ et in Italia, et in Gallia fiebant, inspiciebat, atque uti fierent mandebat, Agrippæ rei naualis apparande negocio dato: Nam in Gallia quoque rebellio facta erat, et Agrippam (Consul is tum erat cum L. Gallo) contra eos qui defecerant, bellum

Liparenses  
a Cæsare in  
Campaniā  
translati.

Cæsaris ap-  
paratus ad  
bellū Pom-  
peianum.

Anno V. C.

717

coegerat. Interim per uniuersam fermè Italiam naues ædificabat, remiges priuū ab amicis, tanquā ultrò conseruentibus, deinde à reliquis ciui Senatoribus, cœtitibusq; et plebeiorum locupletibus accipiebat, clasiriorū delectus agebat, pecuniā ab omnibus ciuibus, socijs, subditisq; et intra et extra Italiam contrahebat. Nauibus parandis, et colligen dis exercendisq; remigibus totus is cum sequeti annus est cōsumptus: Cæsar hæc et reliqua omnia quæ et in Italia, et in Gallia fiebant, inspiciebat, atque uti fierent mandebat, Agrippæ rei naualis apparande negocio dato: Nam in Gallia quoque rebellio facta erat, et Agrippam (Consul is tum erat cum L. Gallo) contra eos qui defecerant, bellum

bellum gerentem, cuius causa etiam secundus ipse inter Romanos Rhenum transiuit, tum Cesar euocatum, & triumphi honore affectum, classi fabricandæ, exercendisq; naualib. socijs militib; sive præficerat. Igitur Agrippa triumpho omisso ( turpe enim putabat esse, si re à Cæsare infeliciter gesta ipse exultaret ) omni studio in mandatum sibi munus incubuit: proinde in uniuersa ora maritima Italæ naues conficiebantur. Sed quoniam littus nullum erat quo tutò illæ in statione locari possent ( eo enim tempore pleræque eius continentis partes portum nullum habebant ) opus præclarum & excogitauit Agrippa, & perficit, quod ego copiosius exponam, ut & quale fuerit, intelligi possit, & que præterea sit eius loci natura. Cum æ urbs est Campaniæ, ibique locus quidam in luna formâ curuatus, inter Misenū & Puteolos: is enim sit totus montibus paruis ac nudis circundatur, habetq; tres sinus maris, quorum unus extra, prope ipsas urbes est, Tyrrhenum vocant, quod ad mare Tyrrhenum pertinet: secundus exigua intercedens à priore dirimitur, Lucrino nomen est: tertius in ipso recessu interiori stagni in morem extat, Auerni nomine. Proinde Agrippa in ea maris parte, propter ipsam continentem, id intersticium, quod Lucrinum lacum utrinque à mari dirimebat, angustis faucibus, per quas naues introire possent, apertis perfodit, efficitque portus nauium stationi aptissimos. Cum id opus fieret, supra Auernum lacum simulacrum quoddam ( siue id Calypsus fuit, cui sacrum cum locum esse dicunt, qua etiam Ulysses naui intrasse perhibent, siue alius cuiusdam heroinæ ) sudore tanquam humanum quoddam corpus repletum est: id quomodo factum sit non habeo quod dicam. reliqua autem, que co in loco commemoratione digna uidi, exponam. Montes isti, qui ad inter-

Situs lacuū  
Auerni, Lu-  
crini, itē-  
que Baiatu  
describitur.

Portus ad  
Baias ab A-  
grippa fa-  
ctus.  
Prodigiū.  
Calypso.

riores sinus extant, fontes habent ignis multi cum aqua  
 commixti, ac nequaquam uel ignis uel aqua seorsim re-  
 peritur, uerum ex corum inter se coitu & aqua calcu-  
 tur a expli- scit, & ignis fluidus fit: atque ea quidem aqua per  
 montium procurrentes ad mare extremitates in cisternas  
 defertur: uaporcm autem in aedes sublimiores canalitus  
 subducunt, ac eo calefunt. nam quae longius a terra &  
 aqua sursum se attollunt, ea sicciora redduntur. Igitur  
 uterque locus preciosa habet edificia, estq; & ad delectatio-  
 nem uite, & ad medendū aptissimus. Hęc is mons habet.  
 præterea uero terra ibi hac natura est, ut ( quoniam ignis  
 uim cōburendi propter aquę coniunctionem omnem am-  
 serit, nihilominus tamen diuidere ac collquare obicitur  
 materiam posse ) terrae eò loci pinguedine omni consum-  
 pta, tantum duræ eius & quasi ossæ partes relinquantur.  
 Igitur glebae necessariò sunt cauernosæ, & si astuoso  
 in loco ponantur, in puluerem abeunt, si aqua admiscetur,  
 ita cohærent, ut quandiu humectæ sint, condensatae in  
 lapidis modum consistant. cuius rei causa est, quod eius  
 terræ friabilis per se, ariditatē ignis cognatus auget atq;  
 eam comminuit: idem admixtione humoris cum refrigeretur,  
 interiores huius terrae partes humor constipat, ita ut  
 dissolui inuicem haud possint. Hęc est Baiarum ( id enim  
 ei loco nomē ) natura. Porro Agrippa cum primū istum  
 locum ita fabricatus esset, ut naues cōsubire possent, na-  
 ues conduxit, easque intexit, remigesque congregatos re-  
 mos ducere in transitis docuit. Romæ autem hominum  
 animi prodigijs turbati sunt: inter quæ multa annuncia-  
 Prodigia. : ta, etiam id relatum est, Delphincs apud Clypeā, Afri-  
 urbem inter se depugnasse, ac periisse: præterea ad ipsam  
 urbem sanguis ē celo defluxerat, cumque aues in variis  
 loca distulerat: iudis quoque Romanis nullum Senatorem  
 in Cap

in Capitolio epulatum esse, quod alias more receptum  
erat in prodigium tractum fuit. Liuie autem huiusmodi  
prodigium evenit, quod ei uoluptatem, alijs metum attu-  
lit: Aquila gallinam albam in gremium eius abiecit, que  
ramum lauri fructum suum ferentis gestabat. Liuia, quod  
id ostentum haud exiguum ducere, gallinam adserua-  
uit diligenter; laurcum autem ramum fecit, atque is ra-  
dicitus artis adoluit, ita ut postea temporis frôdes trium-  
phantibus diu admodum suppeditauerit: ac futurum erat,  
ut Liuia suo in sinu potentiam Cæsaris, ipsiusq; omnibus  
in rebus parentem sibi haberet. Ad prodigiorum terro-  
rem accessit etiam magistratum crebra cōmutatio, que  
Romanorum animos haud mediocriter mouebat, cū non  
Consules modò & Prætores, sed Quæstores etiam alijs  
alijs identidem sufficientur. In causa autem fuit, quod  
unusquisque id expetebat, non tamen ut domi aliquandiu  
cum magistratu esset, quam ut inter eos qui magistra-  
tum gesissent relatus, honorem inde, ac prouinciam alia  
quam acciperet. Itaque non ad certum quoddam tempus  
magistratus dabatur, sed pro arbitrio eorum penes quos  
suprema erat potestas, idem & accipiebat nomen alicui  
ius magistratus, & deponebat, id quod multi utrûque ea-  
dem die fecerunt: nec defuerunt, qui propter suam pau-  
pertatem omnino magistratus non adierunt. Inter quos  
(prætero enim eos, qui cum Sexto Pompeio fuerant,  
ac ignominia quadam tanquam damnati afficiebantur)  
M. Oppius cum adilitatem omittere paupertatis causa  
(hic enim, & pater quoque eius, in proscriptorum nu-  
mero fuerant) statuisset, plebs id non permisit, sed sli-  
pem ei contulerunt cùm ad sustentandam rem familia-  
rem, tum ad impensas muneris ædilij, firtarque quos-  
dam flagitosos personatos pro histrionibus in theatrum

Liuix ostend  
tum facit.

M. Oppius  
quanto stu-  
dio populus  
prosecutus.

ingressos pecuniam præbuisse. Non uiuus modò iste Op̄pius ita gratus plebi fuit, sed defunctum etiam ijdem pa-  
lò pòst in campum Martium extulerunt, crematūmq; ibi  
humārunt: quod plcbis studium erga Oppium omne indi-  
gnè strens Senatus, ossa eius monitu Pontificum tanquam  
loco sacronon ritè posita, inde remouit, quanuis & antè,  
& pòst multos codē loco sepelierint. Circa hoc tempus

**Antonius** in Italiā ue-  
nit, & inde abitursum. **Antonius ex Syria in Italiā uenit: ac præ se feret, ue-**  
**nire se ad bellī societatem contra Sextum Pompeium ge-**  
**rendi, aduersa fortuna Cæsaris permotū: sed quia re ipsa**  
**magis speculandi causa quām agendi aderat, nauibus suis**  
**Cæsari datis, alijsq; quas mitteret promissis, receptisque**  
**loco earum militibus, discessit, bellum Parthicum obten-**  
**dens. Antequām discederet ex Italia Antonius, ipse &**  
**Cæsar mutuò primū per amicos, pòst corām expostula-**  
**uerunt; ac quia non uacabat ipsis bellum mouere, in gra-**  
**tiam redierunt, Octauiae præcipue opera. Ac quò artio-**  
**ri necessitudinis uinculo continerentur, Cæsar Antyllo**  
**Antonij filio filiam suam despōndit, ac contrā Antonius**  
**suam ex Octavia filiam Domitio (quanquam is & ex**  
**percussoribus Cæsaris unus esset, & proscriptus fuisset)**  
**desponderunt: hæc uero ita ab ijs fingebantur, que factu-**  
**ri haud quaquam erant, sed tantum simulabant, quid**  
**presentia negotia id poscebant (Octauiam quidem**  
**Antonius statim à Corcyra in Italiā remisit, ne sui in**  
**Parthico bello periculi consors ea foret.) Præterea ue-**  
**rò Sexto Pompeio Consulatum & sacerdotium, que ei**  
**destinata fuerant, ademerunt illi, ac in aliud sibi quin-**  
**quennium (iam enim exierat prius) principatum proro-**  
**gauerunt: deinde Antonius in Syriam profectus est, Cæ-**  
**sar bellum incepit, in quo ex sententia ei omnia succeſſe-**  
**runt, nisi quod Menas homo natura fidei ambigux, ac**  
**semper**

**Noue affi-**  
**nitates co-**  
**tracta.**

**Menas ad**  
**Pompeium**  
**tursum trās**  
**it.**

semper felicioris partes potiores habēs , cū præterea in dignè ferret nullū sibi propriū esse imperiū , sed Sabino se esse subiectum , iterū ad Sextum Pompeium trāsfugit . Hæc hyeme gesta , L. Gellio , Cocceio Nerua Consulibus .



# DIONIS ROMANAЕ HISTORIAE LIBER Q V A- dragesimusnonus, Gulielmo Xy- landro Augustano in- terprete.

## INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Quomodo Cæsar Sextum Pompeium vicerit , & Lepidum de sua dignitate deiecerit .

Vt Ventidius Pacorum superauerit , ac occiderit , & Parthos trans Euphraten compulerit .

Quemadmodum Antonius à Parthis superatus sit .

Cæsar quemodo Pannonios subegerit .

Vt Antonius Artaxasdem Armeniæ regem in fraudem induitum ceperit .

De dedicatione porticus Pauli .

Quomodo Mauritania , quæ est circa Cæstream , in Romano- rum potestatem venerit .

Hæc gesta sunt annis quatuor , quorum Consules ;

718. L. Gellius L. F. Poplicola .  
M. Coccius Nerua .

719. L. Cornificius L. F.

Sex. Pompeius Sex. F.

720. M. Antonius. M. F. I. I.

L. Scribonius L. F. Libo .

721. Cæsar . II.

- Volcacius L. F. Tullus .

An. v. C.



L A S S E parata , Cæsar initio ueris , Baijs naues soluit , ac præter Italiam proiectus est , magna cum spe Siciliam undique circū dandi . nam & naues plurimas secum habebat , & missæ ab Antonio iam freto Siculo appulerant , ac

Cæsar in bellum contra Sextum Pompeium mit.

Lepidus auxiliū uel in iuitus promiscerat. Fidebat etiā plurimū altitudini nauī, lignorūque ex quibus eae compacte erant crassicie, que modum utraq; excedebat, efficiebantq; ut maximus classicorū mūlitum numerus recipi posset: crāntq; eae naues turritæ, ut ex editiore hi loco tanquam de muro pugnarent, ipsaq; naues ad hostiliū conflictum facile resisterent, harūque rostra, si uiolētiū alliderētur, auerterent. His cogitationibus adductum

Cæsar incō  
modum pa  
titur.

Cæsarē, ac iam Palinurū promontorium preteruerū in-  
gens tempestas inuasit, ac multas naues perdidit: reliquas  
disiectas Menas adortus, complures ex ijs uel combusūt,  
uel secum abripuit. Quod nisi Menas iterum uenia et a-

Menas tur-  
sum ad Cæ  
sarē redit.

lijs pollicitationibus quibusdam adductus ad Cæsarē de-  
sciuiisset, receptisque eius triremibus, quæ se à Cæsare ad  
ipsum transire simulabant, omnem cui præerat classem  
prodidisset, frustra utiq; tunc etiam Cæsar cam nauigati-  
onem instituerat: Menæ autem ut desiceret à Pompeio  
causa fuit, quod is cum neque ad bellum contra Lepidū ge-  
rendum adhiberet, et in omnibus negocijs suspectum ha-  
beret. Cæsar Menam denuò lubentissime recepit, ita tunīc  
ut nullam ei deinceps fidem haberet: ipse reflectis nauibus,  
quæ lœsa fuerat, libertatēque donatis triremum remigi-  
bus, ac ijs qui suis nauibus iam instructis supererant (mul-  
ti enim naufragio perditis nauibus enatauerant) in Anto-  
nij classem, quæ paucitate horum laborabat, collocatis  
in insulam Liparam adiutorius est: ibi Agrippa cum classe  
relichto, continentem petiit, ut per occasionem pedestres  
quoque copias in Siciliam traiceret. Pompeius co-  
gnito, Messane in statione classem habens, eius transfor-  
matiōnem operiebatur, Damochare qui Mylis cum classe  
subsistens Agrippam obseruarct, constituto. Effluxit  
permultum temporis, dum hilicibus, ut res subinde se-  
rebant,

rebat, prælijs alter alterius uirium periculum facerent, in  
 discrimen autem naualis pugnæ totam classem deducere  
 nollèt, quia & copias alter alterius quantæ essent igno-  
 rabat, & omnia utrinq; inflatius ac terribilius quam pro  
 rei ueritate restrebantur. Tandem Agrippa cunctatio-  
 nem sibi non conducere intelligens (Pompeianis enim, qui  
 in sua regione stationem agebant, nihil causæ erat, cur se  
 stimarent) optimis nauium acceptis, Mylas cursum insti-  
 tuit ad explorandā hostium multitudinem: ex quia neq;  
 uniuersos eos uidere poterat, neque quisquam aduersus  
 ipsum exhibat, contempto hoste Liparam reuictus, ita se  
 parauit, tanquam postridic totam classem Mylas adductu-  
 rus. Idem hoc Damocharic contigit: is eas tantum nauis  
 Agrippam habere existimans, que Mylas adueniissent,  
 eisque propter molem suam tardissimas esse conspicatus,  
 noctu ad se uocato Pompeio, omnia ad hunc modum cōpo-  
 suit, ut qui ad Liparā accedere statuisset. Orta luce, ut  
 que aduersus alterum tanquam minoribus copijs instru-  
 ctum prouelius est. Vbi uero classes inuicem sibi appro-  
 pinquauere, & uterque hostium longè maiorem sua opis-  
 uione numerum conspexit, terror utrisq; pariter incidit,  
 neq; defuerunt qui retrosum naues suas ageret. Sed post  
 fugam magis quam pugnam metuentes, cum in hac spes  
 uictorie esset reposita, in illa autem extremæ omnium per-  
 niciei mctus, ad confligendum nauali prælio progressi  
 sunt. Erant multitudine nauium alteri, alteri peritia rei  
 nauticæ superiores: atque alteris nauium altitudo, craffi-  
 cies epotidū tressq; proderat, alteros facultas enauigā-  
 di adiuuabat, & contra robur classiariorum Cæsaris,  
 audacia Pompeianorum (quippe plerique ex Italia cum  
 perfugissent ex desperatione salutis ad furorem uertebā-  
 tur) sufficiebat. Itaque cum utriusque in quo hostibus præ-  
 starent

Naual puz  
 lium aq; uul  
 Mylas inter  
 Agrippain  
 & Demo-  
 chatem.

flarent suis haberent, quasi æquatis viribus cōgredi sunt, diūque æquo marte pugnatū est. Pōpciani enim aduersarios suos impetu terrebant, nauēsque nonnullas uehemētiis incitatis suis inuadentes, ita ut earum remos quoque exteriores detergerent, uulnerabant; sed de turribus in conflictu iaculis petiti, manicisque ferreis iniectis affixi hostium nauibus, non minus danni recipiebant. Cæsaria- ni et si hostem communis pugnantes, et in eius nauim transeuntes, superabant, tamen hoc uiciissim Pompici- ni prestatabant, quod nauibus suis subsidentibus, facile in ma- re exilicabant, et in alias nauis se recipiebant: ad quam rem ex natandi usus, et leuis habitus eis conferbat. Na- uium etiam ab altera parte agilitatē, ab altera moles et firmitas adæquabat. Serò admodum, et iam instante no- ste Cæsariani superiores euaserunt: neque tamē hi hostē insecuri sunt, quod(ut mea quidem fert opinio, et ueris- mile est)neq; assiqui eos possent, et uerebantur ad terrā suas naues appellere, uadorum (que ante eam erāt) im- periti. Sunt qui dicant Agrippam quia non sui ipsius, sed Cæsaris causa pugnabat. satis habuisse fugatis à se hosti-

Agrippæ di bus, solitumq; dicere ad amicissimos suos, esse hunc morē cū de Prin plerisq; principibus, ut nolint quenquā ipſis præstantio- cipum inge nīis, vtque rē haberī, ideoq; eos plerasq; res ipſos gerere, ubi uideli- eorum ad- cet haud magno labore sit statura uictoria, contrā diffici- gerere de- liora incertioraq; negocia alijs eos iniungere: ac si cogā- beant.

tur aliquādo his rem aliquam minus incommodam mana- dare, tum gloriam eos horum iniquissimo animo ferre: at- que ut aduersam eis fortunam esse non cupiunt, ita titulū rei alicuius feliciter gestæ nolle ijs adscribi. proinde duo hæc eum, qui sua ipsius incolumentis curam gereret, ob- seruare iubebat: unum, ut negocio præfectus, difficultatem eius à se remoueret: alterum, ut rei benè gestæ nomen ijsdcms

ijſdem reſeruarct. Ego autem uera quidem hec eſſe, & Agrippae cordiſuſſe compertum habeo: quod autem non inſequeretur hoſtem, has ci cauas fuſſe non arbitror, ut quem ſi uel maximè uoluifet, conſectari nō potuerit. Naualis huius pugnae tempore, cum priuum Cæſar Sex-tum Meſſana ab iſſe, fretumque præſidio nudatum intellexit, ea occaſione belli haudquaquam neglecta, conſtituim conſcenſis Antonianis naubibus, Tauromenium tranſmisit: uerū hoc ei factum ſecuſ cecidit. Nauianti quidem ei, ac in terram egredienti, adeoque caſtra etiam po-nenti nemo impedimento fuit: ſed peracto nauali prælio, Pompeius cum Meſſanam feſtinatō rediſſet, ac de præſentia Cæſaris cognouifet, celeriter integros in naues ſuos eorum loco qui in pugna fuerant imposuit: atq[ue] ita & naubibus Cæſarem mari, & terra militibus arma-tis aggressus eſt. Cæſar cōtra pedeſtres copias pugnandū ſibi non ratus, naubibus hoſtium contemptis, quia & pau-cæ erant, & iam ante uict. & prouectus contra eas, maiorrem ſuæ claſſis partem amisiſt: ipſe propemodum unā cum periſſet, ad ſuos qui in Sicilia erant per fugere non po-tuit: ſed euafiffe in continentem optimè contentus fuit. Ibi quamuis in tuto erat, tamen exercitum in iſula desti-tutuſ egrè ſerebat: neq[ue] prius animum recepit, quam pi-scis quida ſponte ſua, ex mari proſiliens ad pedes eius ſe-proiecit. id cum aruſpices imperium ipſi maris portende-re dicerent, conſirmato animo Agrippam uocauit, ad o-pe-m eiſ ferendam. Obſidebantur autem in Sicilia Cæſa-riſ copie: cumque iam & commeatus eos deficeret, & au-xilium nullum apparet, ueritus Cornificius (nam iſ ex-ercitui præcerat) ne ſi eo in loco maneret tandem fame ex-pugnaretur: ſecumque reputans, neminem hoſtium, (e-rat enim à militibus ipſe inſtructior) pugnae facultatem

Cæſar Tau-  
romenium  
traſſicit, &  
cladem pa-titur.

Piſcis ad Cæſaris pedes ſe proiicit.

Cornificius  
quomodo  
Cæſariani  
exercitu ob  
ſidioni exe-  
merit.

facta

facturum, si quidem ibi perstisset: sin alio se costrret, fore ut uel ad pugnam euocatum hostem uinceret: uel pugnam detrectante eo, in locum se tutum recipere, et cibariis potiri posset, ac uel à Cæsare, uel ab Agrippa subsidiū acciperet. his motus, naues quæ à pugna supererant, et ad castra delatae fuerant, combuſit: castris querclitis, Mylas iter conuertit. Quo in itinere eminus ab equitibus et leuis armaturæ peditibus infestati Cæsariani, in summis difficultatibus uersati sunt. Nam Pompeiani et ingruerant, quoties id opportunum uidebatur, et se statim recipiebant: contrà Cæsariani grauis armaturæ usu ab insectandis hostibus detinebantur, preterea etiam inermibus, qui ex classe superstites erant, defendendis occupati: itaque ulcisci nullo modo poterant damna quæ ab hostibus accipiebant. Ac si quando se in eos conuertissent, in fagam eos tantum dederunt, insequi ultrà non potuerunt: quinimò hi reuertentibus, ac facta excursione à suis diuulsis, uehementius molesti erant. Cæterum in transeundis præsertim fluminibus summopere affligebantur, circumfusum potissimum hostibus, ac (ut ratio itineris exigebat) paucos simul properato et sine ordine cuntes, nudatosque quæ uulneribus maxime expositi erant, in limiq; detentos, aut rapidiore flumiris cursu labantes, eminus uulnerantibus. Ita tribus continuis diebus uexati Cæsariani, nouissima autem extremis malis affetti, cum Pompeius ipse cum grauis armaturæ militibus superueniret. Itaque iam eorum qui peribant, nullam habebant rationem: ac potius bene cum ijs a clum esse censebant, quibus nullum preterea accidere incommodum posset: ipsi que superstites desperatione salutis, eorum sibi conditionem optabant. Saucij autem, quorum quam mortuorum maior erat numerus, (quippe lapidibus et iaculis eminus impetiti, nullum

nullumque communis ictum ferentes, uaria, nec letalia  
uulnra accipiebant) non ipsi modo in summis erant mi-  
serijs, sed reliquis etiam plus quam hostes laboris exhi-  
bebant. nam siue portabantur, hos etiam qui ferebant, se-  
cum perdebant: siue relinquebantur, lamentando totum  
exercitum in mortorem coniiciebant. Actum omnino fuis-  
set de toto exercitu, ni Pompeiani quantumuis inuiti ab  
eo discedere opus habuissent. Agrippa enim uictor à na-  
uali prælio Liparam repetierat: ibi audito Pom-  
pium Messanam confugisse, Democharem aliò disces-  
sisse, in Siciliam transmisit: Mylisque & Tyndaride oc-  
cupatis, Cornificiano exercitui frumentum & milites  
misit. Pompeius igitur ipsum quoque ad eos aduenturum  
putans, territus tanta celeritate discessit, ut usq[ue] quoque  
& cibaria nonnulla in castris suis reliquerit: ita Cornifi-  
cius cum suis copia alimentorum potitus, ad Agrippam  
evasit. Hunc exercitum Cæsar laudatum donis etiam re-  
fecit, quo insolenter admodum post naualem Agrippæ uis-  
toriam, quasi iam confecto bello, usus furcat. Ifse Cornifi-  
cius tantum sibi ob seruos a se milites tribuit, ut Ro-  
mæ, quoties foris deinde cornaret, elephanto domum re-  
uictus sit. Cæsari post hæc facta in Siciliam profecto,  
apud Artemisium (sanum Diana Latini uocant) Sextus  
Pompeius castra opposuit: illi commissis leuibus aliquot  
equitum pugnis, aliquandiu à iusto prælio temperatum  
est: interimque Gallus Tisienus Pompeio, Cæsari Lepi-  
dus cum copijs accessit. Lepidus enim ea, quam commis-  
sor morauit, tempestate, & à Damochare etiam uexatus,  
amisso nauium magno numero, non statim ad Cæsarem  
perreixerat: sed Lilybeo appulcerat, siue ob acceptum dū-  
num, siue ut solus Cæsar bellum detineretur, siue ut  
Pompeium ab eo renelleret. Eò ad bellum contra eum  
gerendum

Agrippa in  
Sicilia res  
gesta.

Gallus Tisienus.

gerendum missus fuerat Gallus: et cum nihil efficeretur,  
utcrq; inde ad Artemisium uenerunt. Gallus Pompeij ui-

Lepidus cū  
Sexto Pom  
peio occul-  
ta consilia  
trastar.

res auxit: Lepidus autem , dissidio inter ipsum ac Cæsa-  
rem oborto,(quia ipse ut collega Cæsar is , omnia & quato-  
imperio administrare,Cæsar autem Lepido in omnibus  
rebus tantum legati loco uti uolebat ) ad Sextum Pom-

peium inclinauit,ac occulte cum eo consilia agitauit. Cæ-  
sar cum id quod res erat.suspicaretur, et neque aperire  
animum suum auderet,ne eum palam hostem sibi redde-  
ret,neque tutò occultare posset (suspicioni enim occasio-  
nem prebebat , si qua de re non communicasset cum eo:  
porro autem incommodum uidebatur , omnia ei consilia  
referre) statuit quām primum prælio decernere , priu-  
quam noui aliqui motus existerent: quanquam aliam fe-  
stinandi causam habebat nullam.Nā et alimentis et pes-  
cunia Sextus destituebatur, ita ut spes esset, posse prope-  
dicem citra prælium cum euerti. Proinde Cæsar pedestres  
copias in aciem ante castra eduxit. Agrippa naues in ma-  
ri constituit:idque aliquot continuis diebus factum , ita ut  
Pompeius neutrīs copijs congrederetur : erat enim mul-  
to imparior. Postremò Pompeius metuens ne contem-  
ptus ob hæc, à socijs desereretur,nauibus (hac enim par-  
te magis confidebat ) occurrere hosti suos iussit. Signo

Nauale pre-  
lium , quo  
Pompeius  
ab Agrippa  
uictus est.

proposito,postquam clasicum concinuisset,omnes naues  
iuxta terram congressæ,sunt:similque pedestres copie  
in acie in ipso littore collocatae , sanè quām memorabili  
spectaculo.Omne enim eius loci mare nauibus,qua multe  
admodum cum essent,maximum spaciū occupabant:  
terra mari vicina,armatis militibus:proxima deinde,tur-  
ba reliquorum hominum repleta,erat. Itaque ipsum cer-  
tamen quanquam naualium tantum copiarum futurum  
uidebatur,tamen re ipsa ad alios etiam pertinebat. Alia  
criores

criores enim classiarij pugnam obibant, ut suis inspectan-  
 tibus se se ostentarent: contraque illi et si non configebat  
 inter se, tamen ipse pugnae conspectus suum quoddam apud  
 eos certamen excitabat. Quandiu enim aequis viribus  
 utrinque certatum est (erat autem haec naualis pugna  
 prioris similitima) ipsorum quoque spectantium animi in  
 neutram partem commouebantur, et sperabant quidem  
 omnino eam pugnam bello finem imposituram; si minus,  
 at certe Cæsariani si hanc quoque uictoriam obtinuissent,  
 nullum sibi deinde magnum laborem reliquum fore: Pompeiani  
 si nunc superarent, postea nunquam succubituros  
 se esse. Hac spe animos utriq; confirmabant suos: idcoq;  
 silentium tenebant, quo melius pugnam spectare possent,  
 neue eos qui decertabant, à contentione auerterent. Clas-  
 more autem exili utebantur, sicubi pugnantibus accla-  
 marent, aut deos inuocarent, uictores laudarent, uictos  
 conuicijs exagitarent. Multis autem et suos uicissim  
 hortabantur, et mutuo alteri contra alteros uocifra-  
 bantur, ut sui facilius exaudirent, et hostes suorum uo-  
 cem minus perciperent. Haec utrinque fiebant, quandiu  
 dubia uictoria pugnatum est, quintam motu corporis  
 signa suis dabant, quasi aut uidere ea illi, aut intelligere  
 possent. Sed postquam Pompeiani in fugâ compulsi sunt,  
 tum confertim, atque uno impetu et Cæsariani letum  
 clamorem, et Pompeiani ululatum sustulerunt: atque hi  
 quidem, quasi una cum suis uicti, statim Messanam petie-  
 runt. Cæsar autem eos qui uicti ad terram efferebantur,  
 excepit: ac ipse in mare progressus. omnes naues que in  
 paludes electæ erant, combussit, ut iam neque nauiganti-  
 bus securitas esset, hos enim Agrippa cedebat, neque ad  
 terram appulentibus, quos Cæsar interficiebat: ita per-  
 pauci Pompeiani fuga elupsi, Messanam se se corripue-

L

Demochares scipsum interfec-  
 sis mors.  
 Apollonius cit. Apollophanes naui sua Integram etiam cum posset  
 nes & Gal. effugere, ad Cæsarem se contulit, quod idem cum alij non  
 Jus Cæsari se coniunctum Gallus etiam, omnésque eius equites, & pedi-  
 gunt.  
 Fuga Poin- tes aliquot fecerūt, que non minim. i causa fuit Pompeio,  
 peij. ut desperatis rebus de fuga cogitaret. : tique filia, amicisq;  
 Lepidi & Cæsari & pecunijs, ceterisque rebus preciosis in naues supersti-  
 fatis rixa. tes, que essent quā maximē agiles, collocatis, noctu abiit,  
 nemine insecente: quia & clanculum discedebat, & Cæ-  
 sarem continuo ingēs tumultus exceperat. Lepidus enim  
 Messanam profectus, recept. sive, incendio ac direptione  
 urbem uastauerat. quōd cum Cæsar celeriter inhibendi  
 eius causa aduenisset, urbe relicta propter metum, in  
 colle quedam munito castris factis, Cæsarem culpauerat,  
 recensitis omnibus eius iniurijs, reproscensq; ea omnia,  
 que à coniuratione prima sibi data fuerant, & Siciliam  
 quoque sua opera subactam sibi uendicans. hæc Cæsari  
 obicerat, & missis suorum nonnullis, eum ad disceptatio-  
 nem prouocabat. Habebat autem secum eas copias, quas  
 ex Africa adduxerat, omnésque eos qui Messanæ reman-  
 serant: hi enim simul atque Lepidus Messanam uenit, &  
 spem nouarum rerum ostendit, sese ei adiunxerant. Cæ-  
 sar ad obiecta nihil respondens, ac omne ius in se armisq;,  
 quibus Lepido præstabat, ponens, statim cum paucis qui-  
 busdam in Lepidi castra aduenit, sperans se cum repen-  
 tino aduentu, hominem alioquin parum strenuum, per-  
 terrefacturum, ei: sive milites sibi adiuncturum. Admis-  
 sus autem, quod propter suorum paucitatem uidebatur  
 pacificum aliquod acturus, cum non ex sententia Lepi-  
 di militum esset locutus, ad iram hi concitati, impetu in  
 cum fecerūt, Cæsarianisque aliquot cæsis, ipse Cæsar suis  
 properato subuentibus periculum evasit. Quapropter  
 post

pōst cum uniuerso suo exercitu aduersum eos proficilius, in  
 castris obſedit: mulites Lepidi cum metuerent ne ui cape  
 renter, etſi Lepidum reuerentes publicē nihil mouebant,  
 tamen priuatim ab eo ſenſim ad Cæſarem deſciuerunt.  
 Lepidus igitur eorum deſectione adaelius eſt ſupplex pul-  
 lo uerbi ad Cæſarem uenire, eique principatus prorsus  
 ademptus, uitāque in Italia non ſine cuſtodia confeſſa eſt.  
 Equites & Senatores, qui Pomprio fauiffent, ſupplicio  
 affeclti, paucis exceptis. Legionarios mulites ingenuos Cæ-  
 ſar in ſuas legiones adſcripsit, ſeruos dominis reddidit,  
 ut poenā darent: qui non inueniebant dominos ſuos, in  
 crucem acti. Vrbes quæ ultrò deditiōnem faciebant, ue-  
 niam inuenierunt: in eas quæ rerefabant, vindicatum eſt. Seditio mi-  
litare Cæſa-  
reana.  
 Hæc agentem Cæſarem, mulitum ſuorum ſeditio exce-  
 pit. Hi multitudine ſua elati, pericula & ſpes ſibi pro-  
 positas reputantes, premia immoda petebant, ac collo-  
 quentes inter ſe poſcebat singuli ea quæ animo deſtina-  
 uerāt: cum eos sermones fruſtrā ſerere ſe uiderent, ( Cæ-  
 ſar enim eos nihil iam curabat, quia nullus ſupererat  
 hostis ) tumultuati ſunt, ac ipſi Cæſari à ſe exanclatas  
 erumnas recenſuerunt, promiſſaq; ciuſ comiſſione  
 runt: minis crebrò adiectis, uel inuitum eum ſperantes  
 in ipſorum potestate futurum. Cum nihil obtincent, cum  
 ira atque clamore immoderatis miſionem poſtulauerē,  
 non quod eam cuperent, ( erant enim plerique integra  
 adhuc ætate ) ſed quod iam bellum contra Antonium fu-  
 turū præuidentes, exiſtimabant ſi ſe à signis eius diſceſſu-  
 ros minitarentur, fore ut ea impetrarent, quæ alioquin  
 fruſtrā popoſcerant. Sed ne hac quidem uia ſucceffit.  
 Nam Cæſar, etſi ſatis compertum ſibi erat de bello futu-  
 ro, & eorum confilia intelligebat, tamen, non confeſſa-  
 fit eiſi: ita iudicans, non debere principem præter animi-

sui sententiam quicquam agere coactum à militibus: quibus si semel morem gessisset, statim eos alia quæ postularent inuenturos: proinde simulans se eorum petitionem & quam iudicare & humanam, primum eos exautorauit, quibus bello Mutinensi contra antonium usus erat: deinde instantibus reliquis, omnes quoque alios qui decenio meruissent: ad inhibendos autem cæteros dixit se nullo eorum quos missos fecisset, posthac usurum, uel maxime id flagitante, neque ijs omnibus ea quæ promiserat representaturum, aut agros daturum: sed his tatum, quos primò dimisisset, & reliquorum dignissimo cuique. quo dicto effecit, ut nihil preterea milites dicerent, sed ipsum studiose obseruarent. Itaque singulis quingentos denarios nauali prælio uictoribus etiam coronam ex olea dedit, spem quoque fecit cum alijs, tum centurionibz, quasi eos inter Senatores in sua quenque patria adscripturus:

Agrippa corona nauali donatus.

inter alios honores legatis suis exhibitos, Agrippam aurea corona rostrata donauit, quod neque ante, neque post eum contigit ulli: estq; deinde Senatus consulto statutum, ut quoties triumphans aliquis coronam lauream ferret, ipse nauali hac ueteretur. Ita militibus suis placatis, pecuniam statim, agros paulò post id tempus Cæsar dedit. ac cum ager publicus non sufficeret, alios etiam coemit: multos uero à Campanis ijs, qui Capuam colabant, quorum urbs colonis multis indigebat: ijsq; aquam Iuliam, & Cnosciam (regionis hoc nomen est) precij loco dedit quibus ij maximè lœtantur. Sed hoc postea temporis fatum est: tunc uero Sicilia constituta, per Statilium Taurum utramque Africam citra negotium recepit, Antonioque aequali nauium numerum pro amissis remisit. Eodem tempore seditio in Hetruria coorta, statim hac audita eius uictoria, sedata est. Romæ autem Cæsari laudatio

Cæsar Afri-  
ca potuit.  
Seditio in  
Hetruria.

datio unanimi consensu, statu&eq;, primus locus in conces-  
 su, arcus trophy ornatus, utq; eques in urbem intraret,  
 semper lauro coronaretur, ac die ea qua uicisset, qua se-  
 rie anniuersarie essent, in æde Iouis Capitolini cum coro  
 iugibus & liberis epularetur, statim post uictoriam decre-  
 tum est. ( Eam uictoriam primus annunciauit nules qui-  
 dam ex ijs qui tum ad urbem erant, furore deum alicuius  
 correptus ea ipsa die, isq; multis alijs & dictis & factis,  
 tandem in Capitolium se proripuit gladiumque, quasi co-  
 posthac opus non habiturus, ad pedes Iouis depositus. De-  
 inde alijs quoque qui prelio interfuerant, missi ad hoc  
 à Cæsare ) posteaquam uero ipse Cæsar aduenit, aduoca-  
 to in cōcionem extra pomœrium populo, sicut moris erat  
 Romani, res gestas à se exposuit, eoru quæ decreta erant,  
 quedam recusauit: pensionem quæ ex professione census  
 imposita fuerat, ac si qua alia in publicum conferri ante  
 tempus belli ciuilis huius iussa, adhuc debebantur, remisit:  
 uectigalia nonnulla abrogauit: Pontificatum Lepidi sibi  
 oblatum non accepit, ( neque enim licebat eum uiuo ali-  
 cui adimi ) tum uero longè plura in eius honorem decre-  
 ta facta sunt. Iam enim non deerant, qui hunc sermonem  
 disseminarent, Cæsarem ea propterea magnificantia tunc  
 usum esse quo Antonium ac Lepidum inuidic hominum  
 obijceret, & causam eorum quæ iniuste prius acta fue-  
 rant, in eos solos conferret: alijs dictabant, quia satisfa-  
 ctum irisibi de his debitiss nullo modo sciret, uoluisse eum  
 ex inopia ciuium gratiam sibi bonam sine ullo damno  
 suo captare. Porro autem decretum fuit Cæsari, uti in pu-  
 blico habitaret, ( Arcam enim in Palatino emptam à se  
 domus sibi ædificandæ causa, quod esset de celo tacta  
 consecrauerat, & Apollini dedicauerat ) ut neque uer-  
 bo eum quisquam, neque re laderet; qui lafisset, obnoxius

Cæsar Ro-  
 mam reuer-  
 sus que ego  
 rit.

Domus pu-  
 blica Cæsa-  
 ri decreta.

ei pœnæ esset, quæ Tribunum plebis uiolanti dicta est: ut  
in sulcellis Tribunorum plebis Cæsar ad sideret. Hæc

**Valerius** Messala Au quem antè inter proscriptos Antonius morti destinatur.  
gur sit. Vti- censibus ci- rat, Cæsar inter augures, numerum etiam eorum augens,  
uitas data. Purpurā ge adscripsit. Vticensibus ciuitatem dedit: edixitq; ne quis-  
tare.

**Magistra-** tus inter- misi. quam nisi Senator qui cum magistratu esset, purpuram  
gestaret, quam i: m ulgo sumi uidebat. Eodem tempore  
neque Aedilis quisquam fuit. nam quibus confrarii ma-  
gistratus debebat, i: paupertate ab eo detinebatur, idcoq;  
munera Aedilium Prætores & Tribuni plebis obiucere:  
neque præfictus urbis ad fricias creatus fuit sed Prætores  
quidam eius officium peregrunt: reliquias res non Ro-  
mæ modò, sed per totam Italiam isto, ac diu etiam sequen-  
titēpore C. Mæcenæ equestris dignitatis vir administrar-  
uit. Cæterū Sex. Pompeius Messana profectus, insecta-  
tionem metuens, proditionisque suos conites suspectos ha-  
bens, cum eis dixisset, se per altum uela daturum, extin-  
cto igne, quo naues prætorie reliquis prælucere solent,  
ut subsequi certius possint, oram Italie legit: hinc ad  
Corcyram, ac deinde in Cephalleniam traiecit, ibique  
alios ad se recepit, fortè eò tempestatis uiectos, quibus  
conuocatis, habitu deposito militari, exposuit fore, ut si  
una omnes manerent, neque satis mutuò sibi prodeesse,  
neque latère possent: sin dissipati hinc inde essent, faci-  
lius diffugituros. ideoq; monuit, ut quisque scorsim sue  
salutis rationes iniret. Cui admonitioni cum plerique  
obtemperantes, alijs alio discessissent, ipse cum reliquis in  
Asiam transfinisit, eo animo, ut se statim Antonio adiun-  
geret. Sed cum L. esbum uenisset, ibique audiret Antonium  
in Medos expeditionem fecisse, inter Cæsarem autem &  
Lepidum bellum extitisse, in ea insula hyemandum sibi  
statuit,

**Mæcenæ.**  
Sexti Pom-  
peij fuga,  
& consilia.

Antonius  
qualem se  
Sexto Pompeio  
prebuerit.

M. Titius.

Sextus Pompeius  
capturatur, & necatur.

statuit, Lesbiis eum propter patris meritoriam libentissime & recipientibus, & detimentibus. Verum cum perceperisset Antonium in Media aduersam fortunam sensisse, C. uero Furnium Asie eo tempore praefectum parum amicè erga se affectum expertus esset. sive concepta in Antonij imperium succedendi, cum & ex Sicilia & aliunde multi ad se uenirent, partim paterna glorie opinione, partim uictus inopia exciti, his permotus, imperatorio habitu resumpto ad occupandā continentem opositam se accinxit. Interim Antonius cum in sociorum euasisset terram, actis Pompeij cognitis, si ab armis discessisset, ueniā ac amicitia pronus sit. Pompeius cum ita facturum se esse rescripsisset, Antonio propter acceptam calamitatem, & quod is statim in Aegyptum abiret, contempto, in instituto, perrexit, & cum Parthis de sociate per internuncios egit. Quare cognita Antonius ab itinere suo quidem non reflexit: M. uero Titium, qui quondam ad se à Sexto Pompeio descuierat, cū classe contra ipsum misit: qui cum futurum hoc animaduertisset, sibi que metueret ( neq; enim paratus adhuc satis erat ) ea loca pectiit quā maximē effugere posset. Verum Nicomediae deprehensus, pacem per legatos petiit, spem eius impetrans & in beneficio quo Titium ipse quondam afficerat, positam habens: Titius pacem scī, nisi nauilus & copijs omnibus sibi traditis, concessurum negauit. Proinde Pompeius desperata ē mari salute, apparatu grauiori in naues coniecto, ijsq; accensis, in mediterranea contendit: quem insecuri Titius ac Furnius, Midaij ( Phrygiae oppidum hoc est ) deprehenderunt, circumdatumque in suā potestatem uiuum redegerunt. Antonius certior ea de re factus, ira permotus, confitim eis per literas mandauit, ut interficerent Pompeium: paulo post penitentia captus, salute

Antonio ho  
nores à Cx.  
sare tributi.

Ventidij in  
Parthosstra  
tegmn.

Chaunzus.

330  
cum donari iub̄it. Atqui cum priorem tabellarium postea-  
rior praeuenisset, Titio posteriores et literae sunt reddi-  
tae, quibus necare Pompeium iubebatur, easq; uel scriptas  
omnino posterius esse ratus, aut cognita quidem rei ue-  
ritate, fidem tamen habere nolens, ordinem literarum ut  
sibi redditae erant, non sensum secutus est. Ita Sextus Pom-  
peius mortuus est, L. Cornificio, et Sexto alio quodam  
Pōpcio Cōsulibus, eisq; mortis causa Cæsar ludos eque-  
stres exhibuit, Antonioque currum apud rostra, et sta-  
tuas in templo Concordiae posuit, potestatēmque dedit  
ibi cum coniuge et liberis coniuandi, sicut antè sibi de-  
cretum fuerat. Nam adhuc fingebat se eius esse amicum,  
cūmque de Parthica clade consolatus est, inuidiamque  
aduersus se uictorie sue, et honorum ob eam decretorum  
nomine obortum exposuit. Porro autem Antonij et Bar-  
barorum res ita habent. P. Ventidius cum Pacorum exer-  
citum colligere, et in Syriam profici sci audisset, in me-  
tum peruenit, cum neque urbes essent adhuc constitua-  
tae, et exercitus in hybernis etiamnum dispersi: utq; et  
moram Pacoro iniiceret, et tarditati suarū copiarū me-  
deretur, regulū quendā Chaunēum notum quidem sibi fa-  
miliariter, sed quem certò sciebat Parthis magis cupere,  
cūm alioquin tanquā fidissimū sibi in honore habuit, tum  
consilium quoque nonnullis in rebus ab eo petiit, ita ut cis-  
tra suū tamen detrimentum ei hanc de se opinionē prebe-  
ret, quasi conscientiū eū suorum arcanissimorum consilio-  
rum faceret, eō re deductā, simulauit metuere se, ne Barba-  
ri consueto suo Euphratis transitu, qui est apud urbem  
Zeugma, omīso, alia uia infra eum locū flumen transiret,  
quod hic cāpi Parthis, ibi uero colles sibi cōmodi essent:  
idque et persuasit Chaunzo et per eum etiam Pacorum  
decepit, ita ut campestri itinere (qua Ventidius finxe-  
rat se

rat se cum nolle uenire) prolixiori delecto, spaciū copias suas cogendi Ventidio daret. Porro Ventidius ita paratus, Pacorum in Syria Cyrrhestica prælio uicit. Nam cum ex passus esset Parthos fluuium transire, neq; secundum transitum eos adortus esset, in eam ipsos opinionem adduxerat, ut effeminatos ac imbecilles esse Romanos iudicantes, castra quoque eorum quanuis edito loco positā aggredierentur, sive ea primo impetu capiendi: uerū à Romanis repentina eruptione facta, non magno labore per declive depulsi (equites enim erant) deinde fortiter quidem pugnantes (erāt pleriq; grauis arma turæ) tamē improviso hostium incursu perturbati, ac superati à legionibus Romanis sunt, maximè funditoribus uictoriam adiuuantibus, qui eminus uiolentis icibus Barbaros impetentes summoperè affligebant. Pacorus quo<sup>z</sup> que in ea pugna cæsus, maximum attulit suis damnum. quem simul atque Parthi cecidisse uiderunt, pauci pri eius cadauere alacriter certauere: quibus ipsis quoq; cōcisis, reliqui omnes cesserunt, ac partim per pontem, domum configere conati, præuenti ab hostibus perierunt, partim in Cōmagenem ad Antiochum profugerunt. Ven<sup>z</sup>tidius Syriam, quæ suspenso animo euentum belli expetabat, (nam iustitiae ac clementiae nomine Pacorum Syri summo amore prosequabantur, ita ut maiori nullum unquam regem) circum urbes nūssō Pacori capite cum facile pacauisset, contra Antiochum duxit, eo obtento, quod is ei seruos non dedidisset; re autem uera, pecunie, quam plurimam Antiochus possidebat, sive potiunde. Hoc agenti ei Antonius subito superuenit: ac non modo non gauisus est, sed inuidit etiam ob rem proprio ductu præclare gestam: ex quamvis sibi propter utrumque fatum Ventidij & supplicationes & triumphus crant dec

Ventidius  
Parthos in  
cir.

Pacorus ca  
dit.

Syriam ve  
tidius reci  
pit.

Antonij in  
nidia in ve  
tidium.

ereti, tamen cum et officio suo detrusit, et neque tum;  
 neque deinceps ulla in re opera eius usus est. Romae autem  
 Antonio haec decreta sunt, tum ob eius eminentiam, tum se-  
 cundum leges, quia ea prouincia ipsius fuerat; nihilominus  
 Ventidij triumphus de Parthis. tamen Ventidio quoque eadem concissa sunt, quia uide-  
 batur Crassi calamitatem Pacorus abunde compensasse,  
 praesertim cum eadem anni die utraque res euenisset. Sed  
 ut Ventidius solus uicerat, iti solus quoque triumphauit de  
 Parthis, (Antonius enim ante quam triumphare posset,  
 periret) eaque res, et fortunae opus mirum, auxere gloriam  
 Ventidij: quippe olim in triumpho Pompeij Strabonis  
 cum aliis captiuis duabus, primus postea temporis de Par-  
 Antonij cu this inter Romanos triumphum duxit. Antonius porro  
 Antiocho tunc Antiochum aggressus, Samosatisque obsecram oppu-  
 paquum. gnauit: sed cum nihil proficeret, et tempus frustra consu-  
 meretur, suspicareturque nulites ob affectum ignonimia  
 Ventidium animo a se esse alieno, clanculum de pace cum  
 Antiocho egit, ut recedere honeste posset: nam mirum ipse  
 non plures duobus obsecres, ac ne hos quidem illustres, neque  
 eam quam poposcerat pecuniam accepit: Antiocho con-  
 cessit, ut Alexandrum necaret, qui prius ab eo ad Ro-  
 manus transfigerat. His actis Antonius in Italiam cur-  
 sum instituit. Cautem Sossius Syria et Cilicia ab Anto-  
 nio praefectus, Aradios haec enim oppugnationem perpe-  
 sos, famaque et morbo confectos subegit: Antigonum, qui  
 praesidium Romanum quod apud se erat, occiderat,  
 prelio uictum, Hierosolymis (eo enim configerat) ui-  
 expugnauit. Iudei, ut est gens ea irae, si semel ea corre-  
 pta fuerit, acerbissimae, multa ac grauia mala quidem  
 Sossius Ara- ij Romanis intulerunt, longe tamen plura passi sunt:  
 dios & Iu- capti enim ab his sunt priores quidem illi, qui pro tem-  
 dae subi- ple Dei sui propugnatant: post reliqui etiam Saturni  
 git. die,

die, quam tanta religione festam agunt, ut hi qui prius  
cum templo erant capti à Sosio, instante die ea à Sosio  
ueniam exorauerint, ac in templum adscēdentes, cum re-  
liquis rem sacram pro more peregerint. Sosius Herodi  
regno iudeorum concessō, Antigonom cruci alligatum  
(quo supplicio nullus unquam rex à Romanis erat af-  
fectus) flagris cecidit, ac deinde iugulauit. Id factum Clau-  
dio & Norbano Consulibus. Anno in sequenti, nihil me-  
moratu dignum à Romanis in Syria actum est. Nam An-  
tonius in Italiam eundo, ac inde reuertendo totum annum  
exegit. Sosius Antonij, non suam gloriam auflurus,  
metu inuidiae iræq; eius, ita id tempus consumpsit, ut non  
quomodo re aliqua egregiè gesta Antonium offendiceret,  
sed quomodo ociatus eius gratiam iniret, cogitauerit. At  
Parthi ipsi necnē laceſſente nouum bellum ingens mos-  
uerunt, idque hac occasione. Orodes rex Partherum  
cum & senectus cum, & Pacori luctus conficeret, uiuus  
adhuc regnum Phraati filiorum & tate maximo tradidit:  
is regno accepto, omnium se mortalium sceleratissimum  
gesſit. Nam & fratres suos ex Antiochi filia natos, se &  
uirtute, & materno genere prestantiores, dolo necauit:  
O Orodem ipsum in dignè id ferentem occidit: ac post  
etiā nobilissimum quenque, ac præterea tam multa fla-  
gitiosè egit, ut primorum permulti ab eo partim aliò,  
partim ad Antonium, in quibus etiam fuit Monæſes, con-  
cesserint. Euenit hoc Agrippa & Gallo Coſ. Reliqua  
byemis parte, Gellio & Nerua Consulibus, P. Canidius  
Crassus in Iberos exercitū duxit: uictumq; pugna regem  
eorum Pharnabazum ad societatem belli compulit: ac  
cum eo in Albaniam progressus, uictam eam gentem, &  
regem eorum Zoberem simuliter sibi adiunxit. His, &  
Monæſifidens Antonius, (is enim se ducem belli futurum  
ac sine

Herodes te-  
gno Iudeo-  
rum præfe-  
ctus.

Antigonus  
supplicio  
afficitur.

Phraates re-  
gno Parthiç  
potitus quā  
impīcē ges-  
serit.

Monæſes ad  
Antoniū  
configit.  
P. Canidij  
Crassi res  
contra Ibe-  
ros & Alba-  
nos gesſit.

ac sine ullo labore plerasque Parthie partes occupatuarum promiserat ) bellum Parthicum Monesigerendum iniunxit; atque inter alia præmia ei trium Romanis subditarum urbium redditus fruendos usque ad finem belli concessit, regnumque Parthie promisit. Phraates cum eius rei causa sibi mctueret, præsertim quia fugam Mongsis Parthi molestè ferebant, legatos ad Monesem misit de pace, summisque pollicitationibus ut retrò cederet persuasit. Quod cognitū et si, ut par erat, stomachū Antonio mouit; tamen Monesem, quem in sua adhuc potestate habebat, nō occidit: (quia si id fecisset, neminem Barbarum deinceps ad suam amicitiam accessurum putabat) sed fraudem contra hostem struens, cum dimisit, tinqam eius opera cum Parthis amicitiam facturus: misitque cum collegatos ad Phraatem, qui uerbis pacem componerent, si quidem rex signa & captiuos, que Craesi calamitate Parthi ceperant, Romanis reddidisset. Sperabat autem se regi spē pacis imparato superuenturum. Ipse interim ad bellū se cōparās, usq; ad Euphraten proceſſit, existimans eum nullo præsidio teneri. quod ubi e loco uidit diligētissimè positum, auero inde itinere, in Armeniam statim ire instituit, ad bellum Artauasdi Medorum regi faciendū, ab Artauasde Armeniæ maioris rege, inimico eius, impulsus: cūmq; intelligeret regem Mediæ ad opem Parthis ferendam procul domo abiisse, impedimentis ac parte exercitus cum Oppio Statiano relatis, subsequique se iussis, ipse cum equitibus ac peditatus optima parte festinatō profectus est, sperans se primo impetu omnem Mediā subacturum: cūmq; ad Praasha (regia hæc est Mediae) uenisset, aggere iacto ea oppugnare cōpit. Sed Parthus ac Medus cum id cognouissent, laborare eum frustra in oppugnāda urbe ualidis muris, ac multis defensoribus

Antonius  
fallaciam  
Parthis  
struit.

'Antonius  
ab Arme-  
nię rege in-  
ductus, bel-  
lum Mediz  
infert.  
Oppius Sta-  
tianus.

Praesporū  
obſidio.

ribus munita passi sunt: ipsi uero Statianū in itinere fatigati  
 improviso aborti, ad unū omnes qui cum eo erant,  
 conciderunt, solo Polemone Ponti Rege capto, ac pecunia  
 data dimisso. Fuit autem hoc barbaris factu facile, quia Ar-  
 menie rex ei pugnæ non intererat: qui cum, ut autores  
 sunt quidam, posset Romanis subuenire, non modò id se-  
 cit, sed ne ad Antonium quidem, uerum in regnum suum  
 discessit. Antonius et si ad primum Statiani nuncium fe-  
 stinarat, ut suis auxilium ferret, tamen tardius uenit, ac  
 præter mortuos neminem inuenit. Itaque tametsi clade  
 hac terrebatur, tamen quia nemo barbarorum sibi occur-  
 rebat, censens eos propter metu aliquo abijisse, animū re-  
 sumpsit: ac non multò post cum eis congressus, funditorū  
 opera (quorum magnus erat numerus, iaculaque ipsorum  
 sagittis hostium longius procedebant, ita ut armature  
 quoque grauis miles ab ijs tutus non esset) in fugam eos  
 conicxit: sed propter celeritatem equitandi barbarorum,  
 non magnam stragem eorum edidit. Porro iterum Pra-  
 asporum oppugnationem aggressus, hostibus quidem  
 (cum & præsidium cum magna ui repellere, & qui  
 foris erant hostes, congregandi facultatem non darent)  
 damni nihil admodum intulit: suorum autem permultos  
 in querendis ac supportandis commeatibus amisit, mul-  
 tots ipse supplicio affecit. Nam initio quidem, cum ciba-  
 ria ex vicinia Romani haberet, & obfitioni urbis, & co-  
 meatibus parandis facile sufficerant: postquam autem  
 propinquis omnibus absumptis, milites frumentatum  
 longius abire opus habuerunt, cueniebat ut si pauci e-  
 mitterentur, non modò nihil apportarent, sed ipsi quoq;  
 perirent: si multi, oppugnatoribus nudabantur Praaspa,  
 ac barbaris erumpentibus multi milites, multæ machine  
 Romanorum perdebantur. Igitur Antonius omnibus suis  
 militibus

Romanī cū  
 Statiano à  
 Parthis ca-  
 si.  
 Polemo ca-  
 ptus.  
 Armeniz  
 rex in Ro-  
 manos per-  
 fidus.  
 In Praaspō-  
 roni oppu-  
 gnatione.  
 Antonius  
 quz cgerit.

Supplicium  
militare.

militibus hordeum pro frumento dedit, & de quibusdam decimum quenque ad supplicium forte legit; omnino autem cum uideretur alios in obsidione habere, ea patiebatur quae obfessis usu uenire solent. Nam & oppidani diligenter tempus eruptionibus idoncum obseruabant: & qui foris erant, Romanos, sicuti dispersos intelligerent, celeriter eos adoriendo, ac statim se recipiendo, plurimum uexabant: frumentatores uero in pagos exire illatos sistentes, in reditu palantes subito inuadebant. Cum nihilominus obsidionem Antonius produceret, ueritus phraates, ne si ea diutius continuaretur, Antonius uel per spe pacis à phraate deceptus, obsidionem soluit.

Antonius à  
phraate de-  
cepitus, ob-  
sidionem  
soluit.

se, uel auxilio etiam aliquo auctius, eam incommodo aliquo afficeret, subornatis qui eum ad pacem à se petendam spe eius facile impetranda permouerent: cum Antonius, persuaderi id sibi passus, legatos eius rei causa ad ipsum misisset, aurca sella sedens, ac neruum arcus pulsans, multisque uerbis in Romanos inuectus, tandem pacem ea conditione promisit, ut continuò exercitum abducerent. Hoc audito Antonius cum & factum regis metueret, & si discessisset aliquò, pacem se habiturum crederet, à Praeßis receperit, operibus, que ad oppugnandam urbem fecerat, tanquam in sociorū terra iam uersans integris rictis. Sed enim dum pacis compositionem expectat, interim Medi opera incidunt, ac aggeres disiunt: Parthi autem pacis mentione omissa, eum subito adorti, multis ac magnis incommodis afficiunt. Itaque se deceptum intelligens, nō ausus præterea legatos mittere, cum neque tolerabiles iam pacis conditiones latu iri putaret, & in macrem coniūcere milites frustra tentata pacificatione nosset, properandum in Armeniam, quoniam semel castra mouissit, sibi statuens, aliāmque uiam (quae enim uenerat, eam sibi omnino interclusum opinabatur) ingressus

ingressus, cum exercitu extrema mala pertulit. Nam et regionū imprudentia ipsis oberat, et barbari angustijs præoccupatis, fossis, operibusq; transitū obstruebat aquationem ubiq; difficilem reddebant, pabulatione arcebāt: ac si quando erat forte per commodiorem aliquem locum iter faciendum, falsis nuncijs summisis eos ab his deterrebant, tanquam ab hostibus insiderentur, in loca autem quā suā ipsi insidias collocassent, auertebant: his incommodis, ac fame multi perierunt, iamque ad hostem persugere coptum est: ac nisi perfugas Parthi in reliorum conspectu sagittis confecissent, videbantur omnes ad barbaros transituri, sed Parthorum crudelitas eam defclioe nem inhibuit. Hoc quoque ipsis fortuna interitus sui effugium dedit: Cum aliquando in insidias incidissent, ac frequentibus sagittis peterentur, repente clypeis constitutis testudine effecta, sinistro genu in terram procubuerunt. Barbari autem, qui nihil unquam huiusmodi uidebant, putantes eos propter uulnera cōcidisse, ac iam simul omnes posse concidi, proiectis arcubus ab equis desiluerunt, acinacibusque nudatis adcedendum eos accurrerūt. Tum Romani consurgentes, signo dato, phalangēmque unā explicantes, singulique proximum hostem à fronte adorti, armati inermes, inopinantes parati, sagittarios legionarij, barbaros Romani, tanta clade affecerunt, ut reliqui statim discesserint, neque unquam postea insequiti ipsos sint. Porro testudo talis est, et hoc modo fit. Impedimentis, et leuis armaturæ militibus, equitibusq; in medio exercitus collocatis, grauis armaturæ pedites, hi qui oblongis clypeis cauis, ac in morem tubi incurvatis utuntur, in extremis partibus quasi regularum loco ponuntur, ita ut foras obuersi cum armis suis reliquos ambiant. Ceteri quilibet gestant scuta in medio conserti, ea supra se et reli

Romanorum in Armenia re cedentium inferia.

Testudo militaris, Romanos ab extrema pernicie defendit.

Testudinis militaris descripicio ac usus.

et reliquos omnes tollunt, ita ut nihil aliud quam clypei à tota phalange conspiciantur, omnésq; propter densitatem ordinum à telis protecti sint: est enim hec clypeorum densatio adeò firma, ut et super ea ingredi aliquot homines possint, et equis eadem, uehiculisque ferendis est, si in cauo ac angusto loco constitetur. Hæc figura est illius ordinis, nomineq; testudinis propter firmitatem, ac quod tam egregie exercitum contegit, invenerit. Vsus porrò eius duplex est. Nam aut in oppugnando aliquo loco facta testudine succedunt ad murum, ac sè per numero ad ipsum murum quosdam ea attollunt, aut à sagittariis circundati, omnes genu nituntur simul, qui etiam (nam hos quosq; se in genua inclinare adsuefaciunt) opinionéq; de se tanquam conseditis præbita hostibus accendentibus eis, repente, nec sine terrore eorum, insurgunt. Antonius hostibus præter ea non urgentibus, frigore magnopere conflectus est. Iam enim hyems inierat, et motes Armenie (per quos solos facere iter tutò poterat) nunquam non glacie integratur: ac tum maximè eos uulnera, que multa acciperant, molestabant. Id circò multis mortuis, multis ad bellum inutilibus redditis, Antonius quia non forebat hec singula audire, interdixit ne quis tale sibi quicquam annunciat: regi autem Armenie, quāquam ei quod se davenit, utq; seruisset, successeret, ac ulcisci cum in animo haberet, abs regem (demulcerit.

**Antonius**  
in Armeniā  
venit, utq;  
regem (de-  
mulcerit.  
**Militibus**  
pecuniam  
diuidit.

acciperet: deniq; cum neq; ulterius ferre iter milites, pre-  
sertim hyberno tempore, possent, et alioquin frustra es-  
sent hæ ipsis misericordie tolerande, cum statuisset ipse parva  
intericta mora in Armeniā redire, regē adulādo ac pol-  
licitādo identidem permouit, ut sibi in suo regno hyemādi  
potestatem faceret, uere iterum cōtra Parthos ducturo ex-  
ercitū. Allatae sunt ei etiā à Cleopatra pecuniae, ex quis-  
bus

bus ceteros quadragenos sestertios singulis legionariis,  
 ac reliquis ratam portionem diuisit: Et cum ea, pecunie  
 non sufficerent, ex suis facultatibus reliquum addidit, Cleo-  
 patrae suos etiam sumptus acceptos referens. multum enim ei  
 etiam amici contulerunt pecunie, multum à sociis exegit.  
 His actis Antonius in Aegyptum abiit. Romæ et si nihil ho-  
 rum quæ acta fuerant, ignotum esset (non quod ipse uerita-  
 tem perscrississet, solitus omnes acceptas clades occultar-  
 te, aut de iis contrarium, quasi re feliciter gesta, scribere  
 sed quia fama rem, sicut habebat, ipsam annunciatbat,  
 Cæsarque et qui cum eo erant, diligenter et explorabant  
 omnia, et diuulgabant; tamen publicè ea non sunt indi-  
 cata: quinimò sacrificatum etiam est, et dies festi acti.  
 Quia enim adhuc Cæsar contra Pompeium bellum gera-  
 bat, neque conuenienter, neque opportunè ea palam pro-  
 ponni poterant. Antonius his ita actis, Amynta, qui scriba  
 Deiotari fuerat, Galatæ principem constituit, Lycaonia,  
 Pamphylia que partibus quibusdam adiectis: Cappadocie  
 eicto Ariarathæ, Archelaum, cuius genus paternum de-  
 ducebatur ab Archelais, qui contra Romanos belligera-  
 uerant, mater autem eius erat scortum Gliphyra. Hec tamen  
 ciues eo minus uitio dederunt Antonio, quod de alieno li-  
 beralis fuerat. Cleopatra autem nomine magnoperè cul-  
 patus est, quod et liberos ex ea suscepisset, prius gemela  
 los Alexandrum et Cleopatram: deinde Ptolemæum, Phi-  
 ladelphum cognomine, quodque multas Arabia Nabateæ,  
 Itureæq; (Lisaniam enim quem regem eorum fecerat, in  
 simulatu quod studeret Pacoro, nec auerat) Phœnicæq;  
 et Palæstine, ac Cretæ partes, et Cyrenen quoque ac  
 Cyprum ipsis donauisset. Anno subsequente, Pompeio et  
 Cornificio Consulibus, bellum regi Armenie facere ins-  
 tituit, haud parum spei in rege Mediae ponens, qui Phraati

Antoniº VI  
 provincias  
 Romanas  
 regulis di-  
 stribuerit,

An. V.C. 519  
 Antoniº bel-  
 lum contra  
 Armenia ie-  
 ge molientis,

amicitiā cu<sup>m</sup> succens, quod neque prae<sup>d</sup>e magna parte, neque alio  
Medo iun- honore esset prae<sup>d</sup>itus ab eo, cupiensque Armeniae regens  
gic. ulcisci propter inductos sibi ab eo Romanos, Polemone  
ad se misso, amicitiam ac societatem suam ambierat: qua-  
re adeo delectatus est Antonius, ut inita cum Medo pace,  
prae<sup>n</sup>ium legationis Polemoni Armeniam minorem pos-  
stea dederit. Proinde Armeniae regem primò in Aegy-  
ptum tanquam amicum euocauit, ut ibi deprehensum si-  
ne labore occideret. Cum autem is dolum suspicatus non  
uenisset, rationes cum aliter decipiendi iniuit, neque ea  
nim iram contra eum palam firebat, ne eum ad bellum  
excitaret. Igitur tanquam iterum contra Parthos pro-  
seculurus, quo imparatum Armenianum inueniret, ex Ae-  
gypto abiit. In itinere autem cognito Octauiam Roma

Ostauia An- aduenire, in Aegyptum reuersus est, statim eam domum  
tonio dona adire cum iussisset, ac dona eius cum alia, tum milites,  
adserit. quos in hunc finem ea à fratre suo petierat, accepisset: atque ita deinde magis adhuc amori et imposturæ Cleopatrae  
træ seruivit. Interim Cesar Pompeio mortuo cum res Afri-  
rica compositione indigerent, in Sicilium uenit, inde in  
Africam transmissurus: sed ibi, tempestate detentus, quo

Gétili qua- minus deinde trauiceret, hanc causam habuit. Salassi Taurisci, Liburnique et Lapudes, cum iam ante in Ro-  
rundā Pano niz & Illy- ricovicina. manos haud mediocriter iniurij fuissent, ac stipendio  
tū rebellio, quod pendere debebant, non soluto, etiam infinitimā  
inuasissent; eaque maleficiis infestassent, tum aperte pro-  
pter Casaris absentiam rebellauerant. Ea propter Cesar

Milites tur- ex Sicilia reuersus, ad bellum contra eos se parauit. In  
bulentos vt eo apparatu cum nonnulli quibus missio militiae facta fue-  
composue- ret, tumultuarentur, ac quia nulla præmia accepissent,  
rit Cesar. iterum stipendia merere uellent, omnes in unam legio-  
nem eos conscripsit, ut à ceteris segregati, neque cor-  
rumpe-

rumpere alios, & si quid mouere noui instituissent, statim deprehendi possent: cumque ne sic moderatè se gererent, paucos ex ipsis, qui natu erat maximū, in Galliam in colonias dimisit, sperans reliquos etiam idem sperantes quieturos: & cum nihilominus fremerent, in quosdam eorum exemplum statuit: irritatos reliquos cofacto quasi alius rei causa conuocauit, circumfusio que exercitu, arma eis ademit, & exautorauit. Hi cum simul & quam parum ipsi possent, & Cæsaris magnanimitatem cognovissent, mutata uerè sententia, multis precibus à Cæsare impetraverunt, ut inter milites denuò reciperentur. Cæsar, quod & multibus indigebat, & metuebat ne eos Antonius sibi adiungeret, ueniam dedit, eorumque deinceps opera usus est in omnibus rebus optima. His actis, aliisque ad alios populos subigendos missis, Izpydas ipse bello petiit: quorum eos, qui citra montes haud procul à mari habitabant, non oninimò difficulter in suam potestatem redigit, qui uero montes, & ultra eos incolebant, eos non sine maximo labore perdonauit. Hi Metulo maxime uolum, xima sua urbe occupata, Romanos oppugnantes multo tempore repulerunt, machinas multas combusserunt, Cæsarē ipsum à lignea turri quadam murum condescendere contum grauiter sauciauerunt: tandem cum nihilominus propositum urgeret, copiasque euocaret, simulantes se pacem facturos, praesidium in arcem acceptum noctu interfecerunt, edes suas incenderunt, scipios, ac quidam etiam uxores & liberos simul occiderunt, ita ut nihil præde inde ad Cæsarem redierit, cum captiui etiam pauci post nec sibi ipsis consciuerint. Cum al hunc modū haberent, reliqui in potestatem eius nulla re memorabili gesta uenissent, in Pannonios exercitum duxit, neq; le suis quidem ab iis unquam, ne que ullum crimen obiiciens, ea.

Cæsar ut Ia  
pudes sube-  
gerit.

Cæsar is in  
Pannonios  
expeditio.  
& gesta in

sed militum exercendorum simul, et alienis bonis alendo  
rum causa, omne id iustum esse censens, quod armis potes-  
tior contra infirmorem decerneret. Pannonij habitant  
descriptio. ad Istrum fluuium a Norico usque ad Myssiam Euro-  
peam, Dalmatis uicini: tolerant autem omnium homi-  
num uitam durissimam; nam neque terram, neque aerem  
felicem habent: neque apud eos oleum, aut uinum, nisi  
paucissimum, nascitur: neque enim haec colunt, cum maio-  
rem partem accerrima in hyeme uiuant: sed hordeum et  
milletum et edunt, et potum ex eis conficiunt: ceterum  
omnium, quos nos quidem nouerimus, hominum fortissi-  
mis sunt, nimis cum nihil uita honesta dignum habeat,  
ad iram et cedes propensiissimi. Quod ego non audiu-  
tum, aut lectione sed re ipsa cognitum, cum precessit  
uidelicet ei nationi, scribo. Nam post Africæ prefectus

Dio Africæ,  
Dalmatiæ et  
Pannoniæ  
provinciis  
prefuit.

ram, Dalmatiæ, quam olim pater quoque meus aliquan-  
diq; administravit, et Pannonie superiori prepositus  
fui; unde haec quæ scribo, explorata mihi sunt. No-  
men autem Pannonicis inditum est ex eo, quod tunicas  
manicatas ex panis more suo concisis ac consutis confi-  
ciunt: uerum siue ea nominis est ratio, siue alia, certè qui  
Pæones qui dám Græci ueritatis ignari, Pæones eos vocarunt, quod  
sunt ipsum quidem etiam nomen antiquum est, non tamē istius  
populi, sed eius qui ad Rhodopem montem, et Mace-  
donian migratim (sic enim nostro tempore uocatur) ha-  
bitant: qua propter ego hos Pæonas, istos Pannonicos no-  
minabo, sicuti et ipsi se se, et Romani eos appellant.  
Enim uero Cæsar in Pannonicos profectus, primum à ra-  
pinis se continuuit, quamuis iij pagos in campis tribus si-  
tos deseruerant, quod sperabat se eos citra uim sibi ad-  
iungere posse: sed cum ad Sisciam accedentem cum lessis  
sent, ira corruptus agru eorū uisit, prædāsq; quas potuit  
maxi

maximas egit. Cum urbi appropinquasset, incole à pris  
 moribus persuasi, statim eis dediderunt, & obsides prae-  
 buerunt: postea autem portas cum occlusissent, in obsi-  
 dione habitare sunt, cū & muris ualidis, & duobus nauiga-  
 bilibus fluuiis confiderent. Fluuius enim Colops ipsamoe-  
 nia alluens, in Sauum defluit, qui ex ipse tum haud procul  
 ab urbe meabat, & nunc totam urbem circumambit, à  
 Tiberio magna fossa eō adductus, per quam rursus in ana-  
 tiquum alueum exiit: eo autem tempore cum Colops ipsis  
 moxibus allaberetur, & Sauus haud magno inde spacio  
 præterflueret, inter uallum uacuum relinquebatur, quod  
 fossis & palis ad eius munitum erat. Cæsar itaque nauibus,  
 quas socij iis in locis parauerant, acceptis, iis per Istrum  
 in Sauum, atque inde in Colopem subductis, urbem ter-  
 ra simul fluuioque aggressus est, ibique naualia nonnulla  
 prælia fecit. Barbari enim lñtribus paratis, ad pugnā exi-  
 bant: inque fluui inter alios Menam etiam Sex. Pompeij  
 occiderunt, ac in terra quoque Cæsarem fortiter propul-  
 sarunt, donec tandem audito quosdam sociorum suorum  
 insidiis exceptos periisse, animi collecti deditio[n]e fece-  
 rūt. Ita his in potestatem Cæsaris receptis, reliqua etiam  
 Pannonia pacis conditiones accepit. Ibi Cæsar cum exer-  
 citus parte Fufio Geminio religio, Romam rediit: trium-  
 phumque sibi decretū in aliud tempus reiciens, Octauie,  
 & Liui statuas dedit, utque sine tutori suis ipsarum fa-  
 cultatibus uteretur, sacrosanctæq[ue] codem iure quo Tribu-  
 niplebis essent. Cum autem in Britanniam etiam expedi-  
 tionem, patrem amulatus, intenderet, iamq[ue] in Galliam  
 usque eius rei causa progressus esset ea h[ab]e[m]e, qua Con-  
 sulatum Antonius iterum, & L. Libo gerebant, Panno-  
 niorum recens subactorum, & cum eis Dalmatarum re-  
 bellio exorta est: ex Pannonios quidem Geminus, quāvis

Siscia urbs  
 Pannonica  
 pta à Cesa-  
 re.

Colops.  
 Sauus.  
 Tibetij op[er]a.

Menas occi-  
 dit.

Fufius Getni-  
 nus.  
 Honores Li-  
 ui & Ola-  
 ui dati.  
 Cæsar in Ur-  
 tanniam ire  
 instituit.

Rebello Dalmatarū & Pānonū. Tuscia ab iis electus, tamen praeliis aliquot superatos recepit. Salassos autem, & qui eorum rebellionis socij fuerāt, Valerius Messala domuit. in Dalmatas autem Agrippa prius, deinde Cæsar ipse exercitum duxit, eosque plerosque hi multis ac magnis tamen acceptis incommodis (nam & Cæsar vulneratus est, & militibus propter delictum quibusdam hordeum pro tritico datum est, & alij qui ordines deseruissent, decimus quisque forte ad poenam delectus) subiugauerunt. contra reliquos Sc̄tilius Taurus bellum ges̄it. Hoc tempore Antonius eadem die & iniit Consulatum, & depositus, substituto in suum locum L. Sempronio Atratino: itaque hunc nonnulli, non Antoniū in enumeratione Consulum recensent. porrò autem quarens rationem, qua minimo labore regem Armeniæ ulcisci posset, missō ad cū Q. quodam Dellio exoleto suo, si quemadmo dī p. fraudē cuperit regē Armeniz, ut ei tra- liam eius, suo filio Alexandre eam uidelicet matrimonio coniuncturus, multis pollicitationibus interpositis popo- scit postremò repente sub initium ueris Nicopolin Pom- peij uenit, eoque cum ad se exciuit, scilicet ut opera & consilio eius in bello Parthico uteretur. Cum Artaxates insidias esse suspicatus non ueniret, iterum Dellium ad eū misit colloquiū: causa: ipse interim celeriter ad Artaxates progressus est. sic cum partim sociorum opera persuadendo, partim copiis terrendo, cum & scriptis & actis eius se amicum omnino ostendisset, eō uix tandem adduxit, ut in castra sua ueniret. Tum comprehendens, primum absque uinculis circum castella in quibus thesauri erant repositi, circumduxit, sive eorum sine certamine potiundi, simulans se cum non alia de causa captiuum habere, quam ut ab Armeniis pro liberatione ac regno eius pecuniam colligeret. postquam autem custodes gaza ei Attaxes rex non obtemperarunt, & qui in armis erāt, Artaxā maximus

num natu inter filios eius regem eius loco constituerūt, Armenie.  
argenteis Artabazum catenis uinxit, quia nimurum tur-  
pe erat regem ferre in catenis haberī. Post hēc uniuer-  
sam Armeniam partim ui, partim deditioñe in suam po-  
testatem accepit; nam Artaxes prēlio congressus, & ui-  
ctus, ad Parthos concesserat. His perfectis, Mediaeque regis  
filia artioris amicitiae causa filio suo in matrimoniuū im-  
petrata, relicto in Armenia exercitu, magnam prēdam,  
Artauas dēmque cum coniuge & liberis secum abducēs,  
in Aegyptum reuersus est, eosq; inter alios captiuos ante  
se in triumpho Alexandriam introduxit, curru ipse inue-  
ctus. In Cleopatræ autem gratiam & cetera egit: & Ar-  
tauas dām cum suis, aureis in vinculis ad eam in medio po-  
puli, tribunali argento obducto, aurataque sella sedentē, Anton. A.  
lexandrin  
qua in gra-  
tia Cleopa-  
træ egere.  
adduxit. Barbari autem neque supplices ei facili sunt, ne-  
que in genua conciderunt (quanquā & minis & promis-  
sis hoc crebrō iubarentur); sed nonnūc eam suo compella-  
uerunt: atque ideo magnos quidem habere spiritus exi-  
stinati, durius autem propterea tractati sunt. Deinde  
Antonius Alexandrinis epulum præbuit. ac in cōcilio po-  
puli Cleopatræ ciuisq; liberis propter se sedem dedit, ha-Cleopatra  
regina re-  
gum.  
bitaque ad populum quadam oratione, Cleopatram regis  
nam regum, Ptolemaeum, Cæsarionem cognomine, regem  
regum appellari iussit: iisq; Aegyptum & Cyprum, alia  
à priore diuisione instituta, addixit. Dicebat autem illam  
uerè Cæsaris superioris coniugem fuisse, hunc ciuarem  
legitimum filium: fingebatque se studio eius Cæsaris ad-Cæsario rex  
regum.  
Diuiso Ro-  
manatu d-  
uinciatu in  
familiam  
Cleopatra.  
ductum. hēc facere, quò Octavianum non natum eius, sed  
adoptatum filium in inuidiam adduceret. Suis uero ex  
Cleopatra sibi natis liberis, Ptolemaeo Syriam, & omnes  
eis Euphratēm usque ad Hellespontum regiones: Cleo-  
patræ autem Africam Cyrenaicam: Alexandro fra-

trieorum Armeniam, et alias trans Euphratēm usque ad Indiūm, quasi uero iam eas occupasset, largitus est. Ne que uero Alexandria modò hæc egit, sed Romam quoque perscripsit, ut ibi rata esse iubarentur: quæ tamen litteræ publicè recitatæ non sunt, Domitio, Sosiodoque, qui tum Consules Antonio quam maximè fauebant, et si maxime ut id fieret Cæsar efflagitabat, obstantibus. Contrà Cæsar hoc obtinuit, ne quid eorum que cum Artavasde Ante*c.* ius egerat, in publicum efferretur: quia et regem, cum quo occultè aduersus Antonium consilia ipse agitaret, miserabatur, et triumphum Antonio inuidiebat. Antonius his actis tamen ausus fuit ad Senatum scribere, uel le se magistratu alire, omnesque res S.P.Q.R. potestati permuttere: non quod ita facere instituisset, sed ut spe de se hac exhibita efficeret, ut Cæsar, qui ad urbem erat, aut cogeretur se prior ab armis discedere: aut si id recusasset, in inuidia esset eorum. Ludos præterea Veneri genitrici Consules fecerunt, et ad ferias præfecti urbis à Cæsare constitutis sunt pueri imputeres, equestri, non patricio genere nati. Porticum, quæ Pauli dicitur, Aemilius Lepidus Paulus propriis impensis perfecit, et in Consulatu suo (gerebat enim cum in parte istius anni) dedicauit. Agrippa aquam Marciam, quæ propter corruptos canales defeccerat, suis sumptibus reparauit, ac per multas urbis partes deduxit. Hi quidem omnes cum de suis facultatibus liberales fuissent, summisse tamē se ac moderate gesserūt: contrà alij quidam minimū etiam magistratū aliquā obtingentes, triumphū sibi uel à Cæsare uel ab Antonio concedi impetraverūt, eiusq; nomine multū aurū à populis coronaarium exegerūt. Anno sequenti Agrippa ultrò Aedificationis factus est, omniāque edificia publica, omnes vias priuatis impediis rectifit, cloacas expurgauit, ac per eas in Tiberim

*Agrippa Aedificationis*  
dilata & magnifica*c.* tia.

berim subiectus est. In Circo cum uideret errare homines  
 propter multitudinem metarū, Delphinas, & ouata ope-  
 ra posuit, quibus cursuum circuitiones & conuerstiones ob-  
 stenderentur: oīcū etiam & salē populo distribuit, ac bal-  
 nea publicē & tonsores uiris ac mulieribus gratis toto  
 anno præbuit: ludis autem, quos multos & omnis gene-  
 ris exhibuit, tanta usus est munificentia, ut pueros etiam  
 qui Troiā equestri certamine luderet, precio cōduxerit,  
 ne quis sumptum faciendum haberet: denique tesseras in  
 theatrum de sublimi loco proicxit, quibus argentum, ue-  
 stis, uel aliæ quædam res offerebantur: alias item multas  
 res uenales in medium propositas, diripiendas uulgo con-  
 cessit: præterea autē Astrologos & præstigiatores urte-  
 rieccit. usdē frē diebus Senatus consultū factū est, ne quis  
 Senatorij ordinis L. trocinij causa in ius uocaretur: eo &  
 rei huius criminis impunitatem sunt consecuti, & in po-  
 sterū eorū maleficiorum licentia permissa est. Cæsar Con-  
 sulatum, quem secundum collega L. Tullio gerebat, statim <sup>721.</sup>  
 Latrocinio-  
 rū quæstio-  
 nis.  
 Anno V. C.  
 prima die, exemplum Antonij secutus, depositus, inter pa-  
 tricos plebeios aliquot adscripsit, enatu id decernente.  
 & cum L. quidam Asylius Prætura propter diuturnum  
 morbum se abdicaret, filium eius ei suffecit, in alias Præto-  
 ris locum extrema magistratus die defuncti, alium ad re-  
 liquas horas ordinauit. Bocco quoque (fuit is rex Ma-  
 ritaniae Cæsariensis) uita functo, regnum eius nemini alij  
 tradidit, sed inter prouincias Romanas retulit. Ex ma-  
 rubiis porrò Dalmatarū protinus subactorū, fornices, &  
 bibliothecas, à sororis nomine Octauianas dictas, extru-  
 xit. Antonius hoc tempore usque ad Araxem profectus,  
 quasi Parthis bellum illaturus satis habuit cum Medoru  
 rege societatem iunxisse, cuius ratione mutua siti auxi-  
 lia, Antonius Medo contra Parthos, Medus Antonio ad-  
 Bocchi  
 mors.  
 Mauritania  
 Cæsariensis  
 prouincia  
 facta.  
 Bibliothec-  
 az.  
 Antonij et  
 Medo pa-  
 cum.

Iotape.  
Polemo.

uersus Cæsarem sponderunt, militésque nonnullos eius rei causa permutterunt, & Antonius Medo parte Armeniae recens occupat & tradita filium eius Iotapen, ut Alexander coniugem futuram, & signa militaria, quæ in Statiani pugna amiserat, recepit. Secundum hæc Polemo nem Armenia (ut suprà ostendi) minore donauit, Consulatumque simul & dedit L. Claudio, quem secum habebat, & ademit: deinde in Ioniam, ac in Græciam inde bellum contra Cæsarem ad ornandi causa properauit. Medie rex initio usus Romanorum auxilio, Parthos & Araxam contra se profectos, uicit: deinde autem cum Antonius & suos milites euocasset, & istius quoque milites non reddidisset, uicissim superatus in potestatem hostium uenit. Ad hunc modum Armenia simul cum Media amissa est.



# DIONIS ROMANAЕ HISTORIAE LIBER Q VINA quagesimus, Gulielmo Xyandro Augustano interprete.

\*

## INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Quomodo inter Cæsarem & Antonium bellum coortum est.  
De victoria Cæsaris contra Antonium Actiaca.  
Acta sunt biennio, Consulibus

Anno V. C. 722 Cn. Domitio Aenobarbo.  
C. Sosio.

723 C. Cæsare Octavianus III.  
M. Valerio Messala Corinino. M. F.

POP



OPVLVS Romanus amissō iam princi-  
cipatu, nondum tamen sub unius potestas-  
tē deuenerat, sed Antonius ac Cesar et  
quata potentia rerum potiebantur, plera-  
que inter se sorte partiti; cetera cū ma-  
xiā communia inter se faterentur, tamen uterque sic u-  
bilicentiam consequbatur, alteri præripiebat. Postea  
uerò quām Sextus Pompeius obiit, Armeniæ rex captus,  
gentes quæ bellum contra Cœfarem mouerant, domite  
sunt, Parthique quieuerunt, ipsi quoque bellum inuicem  
suscepérūt, populūsque omnino est in scrututē redactus.  
Bellii inter Cœfarem & Antonium hæ fuerunt cause, ac  
prætextus. Accusabat Antonius Cœfarem, quod Lepi-  
dum magistratu detrusisset, prouincias & exercitum,  
cū Lepidi, tum Sexti sibi uendicasset, quæ debuerant  
communi: i ambobus esse: horum dimidiam partem postiu-  
labat, ac nūlitum etiam, quos ex Italia utriue communi  
Cœsar delegerat. Cœsar Antonio inter alia obiiciebat,  
quod Aegyptum forte sibi non datam obtineret, quod Pō-  
peium à se ultrò dimissum (sic enim ferebat) occidiisset,  
quod Artuanida per fraudem capto, inque uincula con-  
iecto infami: m magnam populo Romano conciliaasset: ma-  
nubiarum etiam partem dimidiari poscebat, ac omnium  
maximè Cleopatram ei, liberosque ex eas susceptos, ac do-  
natas his regiones exprobrabat, idque præcipue, quod  
Cœsarionis nomen filio Cleopatræ inuidisset, & cum in  
Cœsaris genus retulisset. Hæc mutuò criminabantur, ac  
excusabant etiam per literas inuicem missas, & apud Se-  
natū Cœsar cor: m, Antonius per epistolās se defende-  
bat: hæcque occasione alter ad alterum crebrò legatos  
mittebat, quod & suam causam quām maximè iustam esse  
ostenderet, & aduersarij res exploraret. interim pecunia  
quasi

Cœsaris &  
Antonij mu-  
tuz obie-  
ctiones.

quasi in alium quendam finem contrahebant, et ad bellum sese tanquam contra alios quosdam hostes parabant,

Cōsules Cn. donec Cn. Domitius, ac C. Sōssius, Antoniarum uterque Domiti⁹, C. Sōssius Antonio fuit. Occasiones belli ciuilis inter Cæsarēm & Antonium. partium, Consulatum occuperunt: tum enim demum pātām ad bellum ciuile de scena erunt. Eares ita acta est. Do mitio, quia multas ante calamitates expertus esset, nihil noui agitante, Sōssius homo aduersus fortunā rūdis, ipsiſ Calendis Ianuariis multa uerba in Antonij Laudem, et uituperationem Cæsaris fecit: ac editū contra hūc factū

Nonius Balbus. rūs confestim erat, nisi Nonius Balbus Tribunus plebis intercessisset: Cæsar autem cum conjectura præcepisset quid acturus esset Sōssius, neque conniuere ad id, neque si repugnasset, tūlum incepisse prior uideri consulū putabat, neque in Senatum uenerat, neque omnino in urbe eo tempore manserat: sed cūm huius rei causa, tū ut per ocium de annūciatis sibi actionibus eo certius cōſilium capere posset, causam quandam commentus, peregrinabierat. Pōst uero reuersus Romam, Senatum conuocauit: præsidioque militum, et amicorum pugiones occulte gestantium septus, scilla curuli in medio Cōſulum sedens, multa in defensionem sui ipsius inde mediocria locutus est, multis Sōssium et Antonium accusauit: ac cum neque alij, neque Consules ipsi quicquam dicere auderent, conuenire eos ad certam diem iussit, scripto ipsis Anto-

Cōsules ad Antonium abeunt. niū tum iniurias demonstraturus. Consules neque contradicere ausi, neque tacere sustinentes clanculum ante eam aīem urbe profecti, ad Antoniū se contulerunt, eosque reliquorum Senatorū multi secuti sunt. Eo cogito Cæsar, cū eos à se ultrò emissos dixisset, ne propter aliquā iniuria suam ab iis desertus uideretur, reliquis etiam qui uel lent ad Antonium abire, ut tutò id facerent permisit. Cōſenserunt hoc eorum factum: alij ab Antonio ad Cæſar-

rcm

rem fugientes, inter quos Titius etiam, Plancusque, quos  
 Antonius et praecliquis omnibus in honore habuerat,  
 et secretorum suorum consciens fecerat. Hi cum post dis-  
 cessum Consulum Caesar Senatu congregato recitasset de-  
 scripto ac perorasset que uoluisset, Antonii, scilicet iis audi-  
 tis, Senatu presentium habito, multis contraria dictis bellum  
 suscepisset, ac Octavianum repudiasset, offensi eius actioni-  
 bus nonnihil, ac Cleopatrae consuetudinem molestè ferentes,  
 ad Cesarē persugerunt, qui eos et libenter re-  
 cepit: ab iis cum omnia alia acta ac consilia Antonij  
 diuicit, tum testamento eius que essent statuta, ac apud  
 quem id esset, resciuit. nam id Titius ac Plancus obsignauere-  
 rant. Caesar uero de testamento Antonij certior factus,  
 ingenti dolore correptus, statim et quæsiuit id, et inuen-  
 tum in Senatum, ac deinde etiam in concionem attulit, re-  
 citauitque, quod factum et si erat iniustissimum, tamen ea  
 que testamento continebantur, huiusmodi erant, ut om-  
 nem Caesaris facili iniuriam tollerent. Nam Antonius, eo  
 testamento Caesarioni testimonium ferebat, quod esset ue-  
 tre Caesaris filius: suis autem ex Cleopatra filiis immensa  
 munera dabant, suum mortui corpus Alexandriae cum Cleo-  
 patra sepeliri iubebat. Hec tantam indignationem apud  
 omnes excitarunt, ut reliqua etiam que uulgo iactaban-  
 tur, uera esse crederent, nempe Antonium sacerorum potius  
 foret, Romam Cleopatrae dono daturum, ac imperium  
 in Aegypticum translaturum: proinde uehementi ira cora-  
 repti omnes cum non iniuci modo, aut qui neutri parti  
 studebant, sed hi quoque iam qui summa ei iuncti fuerant  
 amicitia, summopere culpaverunt: quippe hī testamento re-  
 citato territi, ac exinde suspicioni, in qua Caesarē habue-  
 rant, repugnantes, cum reliquis sentiebant. Itaque unani-  
 mi consensu Antonio Consulatus (erat enim Consul iam  
 desig- Titi⁹ & Pla-  
eus ad Ces-  
arē deficiūt.  
Octavianam  
Antoni⁹ re-  
pudiāt.  
Testamētū  
Antoni⁹ pu-  
blicē Cesarē  
recitat.  
Contra An-  
tonium de-  
creta.

designatus) ademptus, ac reliqua etiam potestas omnis abrogata est: ac tametsi hostis appellatus non est (metuebant enim eos qui cum eo erant: qui ipsi quoque, nisi ab eo discessissent, hostium numero habendi erant) nihilominus re ipsa hostis p.l. in declaratus est: nam et impunitas, ac laudatio iis proponebantur, qui Antonium deseruerissent, et Cleopatrae bellum manifestò indicebatur: ac quasi id iam gereretur, saga ipsi sumpserunt, et ad aede Bellone progressi sunt, ibique Cæsar tanquam Fæcialis omnia que ante quām bellum iniretur, fieri Romano more consueuerant, iussu eorum peregit. Quæ et si omnia uera bo contra Cleopatram fiebant, tamen re ipsa ad Antonium pertinebant. Adeò enim hunc mancipauerat sibi Cleopatra, ut eum Gymnasiarcham Alexandrinorum efficerit,

*Antonij &  
Cleopatrae  
vitæ turpis  
ratio Alexan-  
dræ  
diz.*

ab eo regina ac domina appellata sit, milites in suo satellito Romanos habuerit, omnésque ij in suis clypeis nomine Cleopatrae inscripserint: ipsa cum Antonio in forum prædibat, ludos cum eo curabat, cum eo iudicia obibat, cum eo equitabat, in urbis. ipsa curru ucheinbatur. Antonius pedestre cum eunuchis eam sequebatur: prætorium suū regiam nominabat: aliquando acinace se accingebat, pes regrinóque uestitu utebatur: in sedili et curru auricis in publico uersabatur: Osridem se et Dionysium, ipsa se Lunam et Isidem scribebant ac fingebant: quò magis præstigiis quibusdam ad insaniam ab ea adactus uidebatur. Ipsa enim non Antonium modò, sed omnes etiam qui in aliqua apud eum essent existimatione, huiusmodi incantatione quasi usq; constringerat, ut sibi ipsa imperium in Romanos ausa sit sperare: ac si quid iure iurando affirmaret, ius quod esset ipsa datura in Capitolio, iuramentum fecerit. Enim uero bellum contra Cleopatram his de causis decretum fuit, contra Antonium nequaquam.

quam. Satis enim sciebant alioquin cum se hostem habis-  
 tuos, nunquam Cleopatra projecta Cæsar is rebus access-  
 surum: uolebantque hoc ipsum ei crimē obiici posse, quod  
 contra patrum nihil à suis lœsus, ipse ultrò bellum pro  
 Aegyptia muliere suscepisset. Proinde iuuentus ab utris  
 que magno studio ad arma conuocabatur, pecuniae con-  
 ficiebantur: omnia que bello gerendo sunt necessaria, fa-  
 stinatō comparabantur: fuitque eius belli apparatus lon-  
 gè prioribus omnibus maior, multis utriusque ad hoc bellū  
 gentibus auxilia subministrantibus. Cæsarem Italia om-  
 nīs (quos enim Antonius in colonias deduxerat, eos Cæ= Apparatus  
 sar partim metu, pauci enim erant, partim beneficio sibi ad bellum.  
 adiecerat: cuius rei causa inter alia Bononiam quoque Bononia.  
 denuò coloniam militibus constituerat, ut à se id benefic-  
 iūm ī h[abere] uiderentur) Gallia, Hispania, Illyricum,  
 Africā cum ea que antiquitus sub Romanis fuerat, excep-  
 pta Cyrenaica tum ea que Bogudi prius ac Boccho pas-  
 ruerat, Sardinia, Sicilia, ac reliquæ insulæ prædictis ter-  
 ris continentibus uicinæ adiuuārunt, Antonio regiones  
 Asie continentis Romanis parentes, Thraciaq[ue], Græ-  
 cia, Maceðonia, Aegyptus, Cyrenaica cum finitimiis, in-  
 sulæ etiam propinquæ, regesque & principes ferè om-  
 nes, quotunque tum Romani imperii fines attingebant,  
 aliij ipsi, aliij per suos opitulabantur. Tanta autem contenc-  
 tione uterque utebatur, ut sociorum auxilia etiā sacra-  
 mento rogauerint. Antonius se quoq[ue] suis militibus uicis  
 sim iuramento o[bligato] strinxit, bellum se non denunciatum ge-  
 sturum, ac imperium intra secundū à bello perfecto men-  
 sem de positorum, idque omne S. P. q[ui] R. redditurum: ac  
 uix tandem persuaderis ibi p[ro]fissus, ut sexto demum mens-  
 sc id faceret, quo rectius per ocium res constituere posset,  
 ita facturum se pollicitus est, c[on]si: si nequaquam ita in animo  
 habe

haberet. Victoriam quidem sibi certam promiserat, quod  
 & longè maiorem sibi quam aduersario adesse multitua  
 largitiones Antonij. dinem uidebat, & istius copias se largitionibus corruptu-  
 rum sperabat, idēque omnia ad defctionē à Cæsare solli-  
 citanai, sibi que aiiungendi causa aurum identidem in Ita-  
 liam, ac in urbem ipsam summuttebat: quæ Cæsari causa  
 fuit, ut & attentiores ubique custodias institueret, & pe-  
 cuniāam suis mulitibus diuideret. Hec Cæsare Antonioq;  
 agitantibus, ac parantibus, uarij ac multiplices rumores  
 uulgò ferebantur, multa etiam diuinatus euidentia signa  
 prodigia ostendebantur. Sacrificio quodam simius in fanum Cere-  
 ris ingressus, omnia quæ intus erant confudit: Bufo in  
 templum primum Concordie, deinde in reliquæ etiam fes-  
 rē omnia quæ sanctissima habebantur delubrā, deuola-  
 uit: ac cum undique exigeretur, in æde Genij populi con-  
 sedit, ac neq; captus est, & tarde omnino auolauit: Cur-  
 rus iouis equestrib. ludis Romanis fractus est: fax multis  
 dies supra mare Græcum suffic̄sa, in cœlū euolauit: nula  
 tatempestate afflicta sunt, inter quæ trophæum quoddam  
 in Auentino positiū cōcidit, Victoriaq; simulacrum à scena  
 theatri deicidū est, ponsque ligneus totus corruit: multa  
 ignis absumpsit, ac ab Actna quoq; plurimus exunda-  
 uit, damnumq; urbis & agris dedit. Hec Romanis par-  
 tim uisa, partim audita. Draconē quoq; in memoria reuo-  
 cauerunt, ipsum etiam eis portendere aliquid in præsen-  
 tia existimantes: nam paulo superiorib. diebus in Hetruria  
 draco biceps, lōgus pedes LXXXV. subito apparue-  
 rat, ac multis exitis maleficiis fulmine ictus confligraue-  
 rat. Hec prodigia ad uniuersum populum spectabant: nā  
 & Romani utrinque erāt qui pugnaturi essent, & futu-  
 rū, ut ab utraq; partem multis perditis, reliqui omnes in po-  
 ecstate uictoris forent. Antonio autē clades à pueris Ros-  
 me

me predicta est, qui nullius iussu in duas partes diuisi,  
 quarum altera Cæsariani, altera Antoniani vocarentur,  
 biduum conflixerunt, ac succubuerunt Antoniani. Statua  
 quoque Antonij in Albano iuxta Iouem posita lapidea,  
 multum sanguinis effudit, quo ei interitus portendebat  
 tur. Suspensis iam omnium ex æquo animis, eo tamen an-  
 no nihil amplius actum est. Nam Cæsar rebus in Italia  
 constitutis, eoque magis, quod è ab Antonio missæ pecu-  
 nie aduenissent, ante hincem occurrere ei nequivuit: An-  
 tonius cū ad Italiam cursum intendisset, ibi bellū inopinan-  
 tibus aduersarijs gesturus, cum Corcyram ueniens au-  
 disset Cæsar's naues, quæ ad speculandum præmissæ fue-  
 rant, apud mātes Ceraunios stare, suspicatus eō Cæarem  
 cum tota classe uenisse, in Peloponnesum (iam enim sub  
 finem autumni erat) reuectus, Patris hyemauit, dimissis  
 in omnia loca militibus, ut ex custodirēt ea, et facilius ali-  
 menta eis suppeterent. Interim et sponte sua utrinque  
 ab altero ad alterum quidam Senatores, ac nonnulli alij  
 uenerunt: et explorator quidam L. Mesius à Cæsare  
 deprehensus est, cum Cæsar et si ante Perusie quoque ce-  
 perat, omnibus ei prius suis copijs monstratis dimisit. An-  
 tonioque scripsit, uel recederet a mari tanto spacio, quan-  
 tum una die equis confiscare potest, ita sc ad cum fide in-  
 terposita ad nauigaturum, ut nimurum intra quintū diem  
 congrederentur: uel ipse eadem conditione in Italiam  
 traiiceret, non quod putaret hoc futurum. (Nam Anto-  
 nius quidē Cæarem huius postulati nomine derisit omni-  
 nō, ac dixit: Quis ergo noster erit index, si quid contrā  
 quām conuenerit, agetur?) sed quid hoc modo suis militi-  
 bus audaciam, hostibus terrorēm se injecturum censebat.  
 Anno sequenti, cum essent Consules ad cum designati Cæ-  
 sar et Antonius, idque iam olim, cum in octo continuos

L. Mesius  
speculator.

haberet. Victoriam quidem sibi certam promiserat, quod  
 & longè maiorem sibi quam aduersario adesse multitu-  
**Largitiones** dinem uidebat, & istius copias se largitionibus corruptu-  
 Antonij. rum sperabat, idemque omnia ad defensionē à Cæsare solli-  
 citauit, sibique a iungendi causa aurum identidem in Ita-  
 liam, ac in urbem ipsam summuttebat: quæ Cæsari causa  
 fuit, ut & attentiores utique custodias institueret, & pe-  
 cuniam suis milibus diuideret. **Hec** Cæsare Antoniōq;  
 agitantibus, ac parantibus, varijs ac multiplices rumores  
**Prodigia.** uulgō frerebantur, multa etiam diuinitus euidentia signa  
 ostendebantur. Sacrificio quodam simius in fanum Cere-  
 ris ingressus, omnia quæ intus erant confudit: Bufo in  
 templum primum Concordiae, deinde in reliqua etiam fe-  
 rē omnia que sanctissima habebantur delubra, deuola-  
 uit: ac cum undique exigeretur, in æde Genij populi con-  
 sedit, ac neq; captus est, & tardè omniuino euolauit: Cur-  
 rus Iouis equestris ludis Romanis fractus est: fax multis  
 dies supra mare Græcum suffic̄sa, in cœlū euolauit: mul-  
 ta tempestate afficta sunt, inter quæ trophaeum quoddam  
 in Auentino positū cōcidit, Victoriaq; simulacrum à scena  
 theatri deieciū est, pōnsque ligneus totus corruit: multa  
 ignis absumpsit, ac ab Actna quoq; is plurimus exunda-  
 uit, damnumq; urbibus & agris dedit. **Hec** Romanis par-  
 tim uisa, partim audita. Draconē quoq; in memoriam reu-  
 cauerunt, ipsum etiam eis portendere aliquid in præsen-  
 tia existimantes: nam paulò superiorib. diebus in Hetrus-  
 ria draco biceps, lōgus pedes LXXV. subito apparue-  
 rat, ac multis eadis malificiis fulmine ictus conflagraue-  
 rat. **Hec** prodigia ad uniuersum populum spectabant: nā  
 & Romani utrinque erāt qui pugnaturi essent, & futu-  
 rū, ut ab utraq; partem multis perditis, reliqui omnes in po-  
 testate uictoris forent. Antonio autē clades à pueris Ros-  
 me

me prædicta est, qui nullius iussu in duas partes diuisi,  
 quarum altera Cæsariani, altera Antoniani vocarentur,  
 biduum conflixerunt, ac succubuerunt Antoniani. Statua  
 quoque Antonij in Albano iuxta Iouem posita lapidea,  
 multum sanguinis effudit, quo ei interitus portendebat  
 tur. Suspensis iam omnium ex æquo animis, eo tamen an-  
 no nihil amplius actum est. Nam Cæsar rebus in Italia  
 constitutis, cōque magis, quod eò ab Antonio missæ pecu-  
 nie aduenissent, ante hinc memorem occurrere ei nequivuit: An-  
 tonius cū ad Italiam cursum intendisset, ibi bellū inopina-  
 tibus aduersarijs gesturus, cum Corcyram ueniens au-  
 disset Cæsaris naues, quæ ad speculandum præmissæ fue-  
 rant, apud mātes Ceraunios stare, suspicatus eò Cæsarem  
 cum tota classe uenisse, in Peloponnesum ( iam enim sub  
 finem autumni erat) reuectus, Patris hyemauit, dimissis  
 in omnia loca militibus, ut & custodiret ea, & facilius ali-  
 menta eis suppeterent. Interim & sponte sua utrinque  
 ab altero ad alterum quidam Senatores, ac nonnulli alij  
 uenerunt: & explorator quidam L. Mesius à Cæsare  
 deprehensus est, cum Cæsar et si ante Perusie quoque ce-  
 perat, omnibus ei prius suis copijs monstratis dimisit. An-  
 tonioque scripsit, uel recederet a mari tanto spacio, quan-  
 tum una die equis confiscare potest, ita se ad eum fide in-  
 terposita ad nauigaturum, ut nimurum intra quintū diem  
 congrederentur: uel ipse eadem conditione in Italiam  
 traiiceret. non quod putaret hoc futurum, ( Nam Anto-  
 nius quidē Cæsarem huius postulati nomine derisit omni-  
 nō, ac dixit: Quis ergo noster erit index, si quid contrā  
 quām conuenerit, agetur? ) sed quia hoc modo suis militi-  
 bus audaciam, hostibus terrorē se iniecturum censebat.  
 Anno sequenti, cum essent Consules ad eum designati Cæ-  
 sar & Antonius, idque iam olim, cum in octo continuos

L. Mesius  
speculator.

(ex quibus hic ultimus erat) annos magistratus ordinatae sent, Antonio deposito, sicuti à me demonstratum est, Valerius Mes sal Consul. Ierius Messala, quondam ab his proscriptus, cum Cæsare predigia. Consul fuit. Eo tempore quidam mente captus cum ludi essent, in theatrum insiluit, coronamque superioris Cæsaris rapuit, ac sibi imposuit, estq; à circumstantibus discerpitus. Lupus in eadem Fortune ingressus, deprehensus occisusq; est. Canis canem in Circo cum maximè equestre certamen fieret, laniavit ac devorauit. ignis cùm alia multa, tum magnam ipsius Circi partem, templaque Cæreris & Spei absumpit. Id incendium liberti uidebantur ex Libertori citasse, quibus cum imperatum esset, ut quotquot in Italia pensio. degentes ducenta sextertia aut amplius possiderent, octauam partem suarum facultatum conferrent in publicum, turbas, cædes, ac incendia ediderant multæ: neque prius finem fecerant, quam armis essent domiti. Horum clades liberos compescuit, ne quid ipsi etiam tumultus concitarent, sed sine prælio uel iniuti quadrantem annui redditus sui (nam is exigebatur ab omnibus ingenuis, qui in Italia prædiū haberent) penderent. Enim uero id incendium et si uidebatur insidijs libertorum cuenisse, tamen propter multitudinem eorum quæ conflagrârunt, inter prodigia etiam maxima adscriptum est. Neque tamen istos ea terrorerunt, aut eo remissius ab ijs bellum gestum est. Tota hyems speculando, uicissimq; obiter damna iniungendo Bellum ciuile exacta est. Nam Cæsar cū Brundusio soluisset, ac Corcyram usque proiectus esset, hostes apud Actium in statio- farem init. ne morantes inopinatò aggressurus, tempestate coorts afflictus, re infecta reuerterat. Vere inito Antonius nusquam progressus est: nam socij nauales quos ad triremes suas reniges habebat, promiscuè ex uarijs nationibus collecti, cum procul ab ipso hyemassent, neque exercuerant se,

se, & morbo insuper ac per fugiendo diminuti erant. Et  
 Agrippa Methona expugnata, ibi q; occiso Bogude, ob-  
 seruans naues onerariæ quibus locis appelli cōmodè pos-  
 sent, diuersis subinde locis in Græciam egressus, magnas  
 pere cum perturbabat. Cæsar his animo audius, cupiensq;  
 quād primum alacritate exercitus egregiè exercitati  
 uti, ac bellū in Græcia, Antonijq; regionibus potius quād  
 in Italia prope Romanam gerere, Brundusium omnes mili-  
 tes qui alicuius essent precij, omnēsque Senatorum equi-  
 tūmque primiores conduxit: alios, ut corum opera in  
 agendo uteretur: alios, ne soli rcliti ad nouas res con-  
 surgerent: potissimum uero, ut ostenderet hominibus, ma-  
 ximam ac optimam Romanorum partem secum sentire.  
 Ibi cum iussisset, ut certū numerum seruorum singuli ad-  
 ducerent, alimenta q; (excepti tamen hic sunt milites) se-  
 cum afferrent, ionium m:re cum omnibus copijs traie-  
 cit, ducebat autem non in Peloponnesum, aut contra An-  
 tonium, sed ad Actium, ubi classis Antonianæ maior pars  
 stationem habebat, quam se uel ditione, uel ui captua-  
 ram Cæsar sperabat: idcōque pedestres copias infra mon-  
 tes Cerænios expositas eò mittens, ipse Corcyram à  
 præsidio destitutam nauibus occupauit: ijsq; in portum  
 dulcem (sic dicitur, quia à fluvio eò effluentे dulcis eius  
 aqua redditur) subductis, stationem ibi fecit. Inde ad  
 Actium cum classe profectus, cum neq; exiret ad pugnam  
 quisquam, neque ad conoquium (nam Antoniani uel  
 ad ditionem, uel ad pugnam prouocati, alterum fidet,  
 alterum metus causa detrectabant) locum eum occupa-  
 uit, in quo nunc Nicopolis sita est: ibique in sublimi, un-  
 de uniuersum mare quod est ad Paxos, interiusq; sinus  
 Ambracijs, & mare interiacens, in quo sunt portus ad Ni-  
 copolim, cōspici poterat, castra posuit, locumq; muniuit:  
Bogudis in-  
teritus.  
Cæsar Actium  
transmisit  
copias.  
Corcyra ca-  
pit.

ac muros ab eo ad portum exteriorem, Comarum nomine, perduxit, ac deinceps ex terra ex mari Actium obseruauit. Accepi etiam cum triremes ex mari exteriore per murum in sinum Ambracium transtulisse, loco sulcorum per quas eae educerentur, tergoribus animalium recens direptis, oleo que inunctis usus; sed quia nihil actum in sinu eo istis nauigis inuenio, fabulae quoque huic fidem adhibere nequo. Neque enim parui res erat laboris, per tam angustum locum, tamque inaequale triremes super pelibus transportare. Ceterum Actium, Apollinis templum est in regione portuum qui sunt apud Nicopolim, ante fauces sinus Ambraciensem: qui sinus per angustias longe sese effundens, ipse, et qui ante eum positi sunt loci, appellendis nauibus, statione sunt commodissimi. Quos Antoniani cum preoccupassent, ex utraque faucium parte turribus edificatis, ac medio inter has intervallo nauibus munito, ita ut intrare ac exire nauibus tuto possent, ipsi in altera sinus parte iuxta templum castra habuerunt, loco equali ac lato, et ad pugnam quam castra habenda aptiori. quae ipsa haud minima causa fuit, cur et hyeme et estate morbo magis affligerentur. An-

<sup>Antonius</sup>  
<sup>A&iu; perue-</sup>  
<sup>nit.</sup>

tonius simulatque de aduentu Cesaris congnouit, nihil cunctatus, cum ijs quos secum habebat, Actium haud multo post uenit. et quanquam Cesar identidem pedestres copias ante castra in acie constituebat, ac nauibus se penumero ad hostes aduehebatur, eorumque onerarias abducebat, ut cum his solis antequam omnes eorum copiae conuenissent, decertaret: tamen Antonius hanc ipsam causam habuit, cur non periclitandam pugnare fortunam cogitaret, leuibusque certaminibus tantum vires hostium exploraret, donec suis exercitus, alioquin iam minus instante Cesar, transfracta uit. Eo recepto, castra

505

stra haud procul à Cæsare ipse posuit, & utraque ex parte sinus equitatum etiā subsidio collocauit. Igitur Cæsar quiescens ipse, ac nullum prælium ultrò suscipiens, in Græciam ac Macedoniam quosdam misit, qui eo Antonium auocaret. Eo tempore Agrippa Leucadem repente aduectus, insulam & naues quæ in ea erant, cepit: ac Patras deinde, uicto nauali pugna Q. Asidius: post Corinthum quoque recepit. Quæ cum euenissent, ac præterea M. Titius & Statilius Taurus subito adorti equitatum Antonij fudissent, sociumque sibi Philadelphum regem Paphlagonie adsciuerent, & Cn. etiam Domitius insensus Cleopatre redditus ad Cesarem transiuisset (qui et si Cæsari nihil profuit, nā paulo post morbo decebat, tamen uisus fuit propterea ab Antonio profugisse, quod de rebus eius desperasset) eiisque factum multi essent secuti, Antonius audacia perdita, omnes suos in suspicione hate re cœpit, ex ijsq; cum alios, tum Iamblichum Arabię cuiusdam partis regem inter tormenta occidit: quibusdamq; negotium dedit, ut Q. Postumium Senatorem discerperent. Veritus deinde, ne Q. etiā Delliūs, & Amyntas Galata, quos ad conducendos stipendiarios milites in Macedonia et Thraciam miserat, res Cæsaris præferrrent, ad eos contendit, ut si qui hostes eos inuassissent, auxilium suis ostenderet. Interim naualis pugna huiusmodi incidit. Sossius sperans se, si L. Tauresiūs, qui paucis cum nauibus stationem aduersus Antonianos seruabat, ante rediitum Agrippæ (cui uniuersa Cæsaris classis cōmissa erat) aggredieretur, posse rem aliquam memorandam gerere, sub auroram repente contra eum cuecius est, obseruata densa nebula, ne Tauresius nauium suarum multitudine præuisa fugeret: ac eum primò conflictu fugatum cum insequeretur, obuium facto forte fortuna Agrippa non

Agrippæ res gestæ.

Q. Asidius.

M. Titius.

Philadel-

phus rex

Paphlago-

niz.

Cn. Domi-

tij defecatio

ab Antonio

& mors.

Antonij in

suos crude-

litas.

Iamblicus.

Q. Postu-

mius.

Q. Delliūs.

Amyntas.

Nauali pu-

gna Sossius

& Tarcon-

dimotus pe-

reunt.

500

modò non assecutus est Tauresum, aut uictoriæ fructum aliquem percepit, sed ipse cum Tarcondimoto, alijsq; multis interiit. Hoc Antonium, & quia ipse reuertens equestris prælio ab excubijis Cæsaris superatus fuisset, à consilio castra castris hostium opposita habendi detracxit. Itaque noctu ijs relicis ad alterā suu partem discessit, ubi castra copiæ eius ampliores habebant. Et cum iam communitibus etiam interclusum alimenta deficere inciperent, deliberationem proposuit, an ibi manentes prælio decertarent, an uero aliò digressi, bellum tempore traherent. ibi cum esset sententijs uariatum, Cleopatra consilium uicit, quæ suadebat ut opportunissima loca præsidij firmarentur, ac secum & cum Antonio reliqui in Aegyptum abirent. Prodigia autem eam ut ita sentiret impulerant. Nam hirudines circa eius tentorium, ac in prætorianu*i* ipsius nidificauerant, ex cera lac sanguisq; profluxerant: statuæ eius & Antonij, quas Athenienses deorum forma factas in arce posuerant, fulmine in theatrum deiectæ fucrant. His signis, exercitusq; prætereà mœsticia ac infirmitate Cleopatra territa, Antonio quoque timorem iniecerat. Neque uero aut furtim, aut palam fugientium more auehi statuerunt, ne socijs quoque metum incuterent: sed tanquam ad nauale prælium instructi, ut etiam si quis obstat uellet, uide dicessum sibi conficerent. Igitur primum optimis quibusque nauibus delectis ( nam & militum numerus cladibus ac fugis diminutus fuerat ) cæteras combusscrunt: deinde noctu præciosissimis quibusque ribus in eas comportatis, cum essent omnia iam instructa, Antonius conuocatos milites Antonij ad milites suos oratio. ita est allocutus. Quæ à me, milites, ad hoc bellum comparari debuerant, confecta omnia satis sunt. Est enim strum multitudo ingens, ex omni flore sociorum ac subdito

subditorum delecta, et ad omne genus pugnae composita,  
quod quidem in usu apud nos sit: deinde tot opifices, ita  
ut singula nostrarum copiarum partes scorsim hostibus  
formidini esse possint. Videtis enim ipsi, quot et quales  
socios nauales, militesque classicos habemus, quot legiona-  
rios, quot equites, funditores, quot cetratos, sagittarios,  
pedites, equitesque, quorum pleraque militum genera uel  
desunt hostibus, uel certe multo et pauciora infirmioraque  
nostris adsunt. Nam pecuniae etiam ipsis et paucis sunt,  
et ex ipsis pensionibus violentis coactae, ut neque suffici-  
re diu et possint, et eos qui contulerunt, nobis quam eis  
propensiores effecerint; qui cum alioquin eis non optimè  
cuperent, etiam aperte nunc seditiones mouebunt. Con-  
tra nobis pecuniae sunt et ex abundantibus diuitiis colie-  
ctae, neque cum ullius parte iniuria, profuturaque omnibus.  
Quae cum tot tantaque nobis adsint commoda, nihil qui-  
dem statueram de me ipso magnifice loqui; sed tamen quo-  
niam ad summam hoc quoque facit, ac apud omnes ho-  
mines maximi ponderis existimat, nimur ut qui bel-  
lum feliciter sint gesturi, optimum habeant imperatorem:  
ipsa res hoc ita fert, ut necessariò omnino mihi de me ipso  
sit dicendum, quo intelligatis, et uos tales esse, qui etiam  
sine bono duce vincere possitis: et me eum esse, qui uel  
malis cum militibus uictoria potiri queam. Eam enim  
nunc etatem ago, qua hominum et corpora et animi  
quam maximè uigent, ac neque iuuentutis temeritas, neque  
senectutis debilitas eis officit, sed medio inter utrumque lo-  
co constituti plurimum ualent. Deinde hac ego et natu-  
ra sum, et ita insitutus, ut et intelligere que in rem uno  
quoque tempore sint, et efferre eadem facilime possim: ex-  
perientiam quoque (que stupidis etiam et discipline exper-  
tibus aliquid existimationis conciliat) rerum et ciuilium.

Suas copias  
laudat, ho-  
stium ex-  
gitat.

De se ipso.

Aetas.  
Natura.  
Disciplina.  
Pecunia.

et bellicarum mihi paraui, ab ineunte etate ad hunc usque diem in utrisque exercitatus. Sapienterò parui aliorum imperijs, sapienterò alijs imperauit: itaque et quid imperare, et quid subditum obtemperantem agere conueniat, noui. Timui, audax fui, eoque et timoris et audacie modum calleo; fortuna et secunda et aduersa usus sum, ut neque desperandum quicquam, neque contemnendum sciam. Hæc apud conscos uos loquor, uosq; testes facio eorum que dixi, non ut me ab re uobis iactarem ( mihi enim ad gloriam satis est, mecum uos esse laudum conscos ) sed ut hoc ipso quoque intelligeretis, quanto hostibus paratores simus. Qui etsi nobis multitudine milium ac pecuniae, ac multiplici apparatus uaricitate cedunt, tamen nulla alia res magis eos inferiores nobis efficit, quam etas et imperitia ducis, cuius singillatim omnia uitia recensere opus ego non habeo: id summatim dicam, quod uos quoque compertum habetis. Nimirum igitur et corpore est infirmissimo, neque ulla insigni aut terrestri aut nauali pugna ipse uictorijs parauit. Profecto enim apud Philippos in ipso prelio uictus ille est, ergo uici. Habetis quanto sim Cæsare præstantior. Enim uero ferè penes eos uictoria solet esse, qui instructiores sunt. Quod si igitur et hostiū aliquod est robur, certè id in legionibus, et in terra esse inuenietis: nauibus autem ne congregari quidem omnino nobiscum poterunt. Videtis enim ipsi molem ac crassiciem nostrarum nauium, ut si etiam numero nos hostium nauibus aequalis essemus, tamen ij neque rostris impellendo, neque oppugnando lacerare possint nostras, quas etiam defensoribus uacuas, crassissimes tamen lignorum, et altitudo ipsa facile tutas præstiterint. At uero cum nostris nauibus tantus sagittariorum ac funditorum uehatur numerus, ijq; etiam de turribus desuper iacentur

Cæsare con  
temnit, &  
verbis obte  
rit.

lentur, audebit quisquam ijs hostis appropinquare? aut si  
appropinquabit, qui tandem non à multitudine ipsa re-  
morum nostrorum eius nauis subuertatur? qui non undis  
que nostris à tabulatis nauium ac turribus iacula coni-  
cientibus, nauis eius obruta subsidat? Neque uero quia ui-  
ctoriam Siciliam apud Agrippa, ideo eos  
classe aliquid posse existimare debetis. Nequè enim tum  
cum Pompeio ipso, sed cum scrulis eius depugnauerunt,  
ac contra eos, qui multo impariores nobis erant: aut si  
quis omnino eam uictoriam magni facit, meritò is cladem  
qua ipse Cæsar à Sexto affectus est, ei opposuerit; ac sic  
etiam nequaquam pares Cæsaris nostris uires, sed lon-  
gè omnibus partibus nostras & maiores & prestante-  
tiores inueniet. Denique, quanta tandem portio Sicilia  
est nostri imperij? aut quam rationem Sexti copie ad no-  
stras habuerunt? quæ causa est, cur si Cæsar maximè  
eisdem quas tum habuit, copias habeat, neque augmen-  
tum, neque detrimentum passus, potius propter secundam  
quam sensit fortunam, is metuendus, quam propter cla-  
dem acceptam contemnendus sit? Quibus ego mecum  
cogitatis, nolui pedestribus primùm copijs fortunam pu-  
gnare tentare, quibus cum alibantum posse opinio est, ne  
si quid ea nobis incommodi accidisset, animo quisquam  
nostrum caderet: sed nauibus, quibus & plurimum uale-  
mus, & longè maiorem hostilibus numerum habemus,  
pugnam iure statui, ut si his uicissimus, etiam pedestres  
deinde eius copias despiceremus. Nam hoc quoque satis  
notum uobis est, quod in classe utriusque nostrum totius  
belli omne momentum est positum, qua si nos superiores  
euaserimus, nihil est quod reliquos deinde hostes me-  
tuamus, quos taquam in exigua insula circuncessos, cùm  
omnia circum circa in nostra sint potestate, nullo nego-

Victoriā  
Cæsaris St-  
ciliensem  
elevar.

Cur classe  
petius, quā  
acie pedestri  
voluerit  
decerpere.

Quæ vias  
timenda es-  
sent propo-  
nit, Cæsaris  
iniutiis ac  
crudelitate  
in alios &  
se enuera-  
tis.

27  
cio, ac si nulla alia re, fane certè expugnabimus. Porrò autem certamen nobis futurum non de rebus exiguis aut uilibus, sed pugnantibus acriter, maxima premia; sc̄ gniter autem, extrema pericula proposita esse, uerbis indigere nō arbitror. Quid enim uictores isti si fiant, crudelitatis in nos sibi reliquum facient? qui ferè omnes uiros illustres quotquot cum Sex. Pompeio fuerant, interficerint? multos qui eis cum Lepido auxilium tulerant, necauerint? Imò autem qui Lepidum nulla eis iniuria, ac subfido etiam exhibito, principatu prorsus spoliauerint, ac tanquam captiuum in custodia teneant? Qui libertis omnibus per totam Italiam, omnibusque alijs qui prædia possiderent, ita pensionem imperauerint, ut quosdam eorum ad arma capienda adegerint, cāque occasione permultos occiderint? scilicet hi nobis parcent, qui ne à socijs sibi temperarunt? abstinebunt rebus nostris, qui suis etiam tributum imposuerunt? Clementia uictores utentur, qui etiam ante uictoriā tales se exhibuerunt? Ac ne quas in alios ijs fecerūt iniurias omnes enumerando prolixior sim, hæc potius que contra nos ausi sunt, refēram. Quis enim nescit, me participem rerum ac collegam Cæsarī constitutū, curāmque Republicæ cum eo æqualem sortitum, ijsdēmq; honoribus et magistratibus ornatum, tantumque hactenus temporis in ijs uersatum, nunc, quantum quidem penes Cæsarem est ijs omnibus spoliatus, ex imperatore priuatum, ex Consule honoribus exutum effici, non quidem iussu populi, Senatusque (qui enim istibuc cum palam ex urbe profugerint Consules, et alij nonnulli, ne quid huiusmodi decernere opus haberent) sed Cæsarī ipsius opera, corūmque qui cum sectantur, neque sentiunt se ei regnum in scipios primū usurpandū parare. Nam qui ausus est mci uiuentis, tantis copijs in-  
structi,

structi, Armenie uictoris , testamentum querere, id ha-  
bentibus uicribere, resignare, publiceque legere, quomo-  
do hic uobis aut ulli alijs parcat? Qui talis in me amicum,  
conuictorum, cognatum suum fuit, quānam humanitate  
hic in eos , quibus cum ei nihil intercedit iuris, utetur?  
Quod si cius rei cōicclutram sumere libet ex his que iste  
decreuit, uos quidē hostes plerosque iudicauit, et manife-  
stò uobis minatur: mihi uero nihil huiusmodi indixit, cum  
et beliū contra me gerat, et omnia non quasi me uicis-  
set, sed quasi etiam interficisset, iam nunc agat. Quo  
modo si me tractat, quem nondum hostis se loco habere  
simulat, minimè quidem à uobis se continebit, contra quos  
bellum se suscepisse palam satetur. Quid autem sibi uult,  
qui cum arma contra omnes nos ferat, in decreto tamen  
alijs se bellum facere, alijs non facere afferit? non profi-  
ctò, non eo animo, quòd discrimen aliquod inter nos sta-  
tuat, aut si uicerit, diuersis alios atque alios modis tractu-  
re statuerit: sed ut scditionem inter nos misceat, in uicemq;  
commissos, infirmiores reddat. Neque enim ignorat, se  
nobis, si concordia seruata uno omnia animo agamus,  
superiorem nequaquam futurum: dissentientes autem nos,  
ac in diuersa studia scissos, spem sibi uincendi esse, ideo-  
que ad hunc modum nobiscum agit. Proinde quemadmo-  
dum ego, et qui mecum sunt Romani, periculum no-  
strum praevidimus, quantumuis decreto nobis securitas  
promittitur, eiusq; insidias intelleximus, ac quemadmodū  
neque uos destituimus, neque priuatim nostrum com-  
modū prospicimus: sic uos etiam, quos ipse non negat se  
hostium, ac quidem summorum hostium numero censere,  
decet hæc cum animis uestris reputantes arbitrari, peria-  
cula ac spes ex æquo ad omnes spectare, idcōq; omni co-  
natū rebus communibus opitulari, omnique alacritate  
in ijs

in ijs nobiscum elaborare, componentes inter se ea quæ uictis patienda, et uictoribus obtinenda nobis sint. Evidē magnum est hoc effecisse, ne uicti contumelias, iniuriāsque patiamini: id uero longè maximum, uictoribus licere ea quæ uotis quisquam expetenda haberet, omnia agere. Tot uero, talesque cū simus, tam præclarè armis, pecunia, nauibus, equisque instructi, peiora nos uelle melioribus præferre, cumq; possumus alios etiam in libertatem uincere, uelle cum illis seruitutē subire summum id uero de- decus fuerit. Hoc enim inter me & Cæsarem differt, quod is rex uester esse cupit, ego autem ipsius quoq; par tes sequentes libertati afferere, ut iure iurando etiam con firmaui. Itaque, milites, tanquam pro utrisque certantes, & communia omnibus bona paraturi, ita contendamus, ut & nunc uincamus, et deinceps perpetua felicitate fruamur. His peroratis, Antonius primores ex ijs quos secum habebat, in naues imposuit, ne si in sua ipsorum po

Dellius ad  
Cæsarem per-  
fugit.

testate essent, noui quid tentarent, quod Dellius & non nulli alij ad Cæsarem perfugientes fecerāt: permultos autem sagittarios etiam, funditorisque & armatos milites imposuit. Quia enim propter magnitudinem nauium

Naues An-  
tonij qua-  
les.

Cæsaris, ac multitudinem classiariorum Sex. Pompeius præcipue uictus fuisset, naues Antonius edificauerat multo hostilibus maiores, paucas quidem triremes, relias quas omnes à quaternis usque ad denos ordines remorum capaces, turreisque in ijs altas extruxerat, multitudineque in ijs hominum collocauerat, qui quasi de muro pugnarent. Cæsar apparatum hostium conspiciens, ipse etiam se ad pugnam composuit, Sed ubi consilium eorum ex alijs, ac maximè Dellio intellexit, conductio in unum locum ipse quoque exercitu, hanc orationem habuit.

Cum

Cum et auditu, mulites, accepissem, et recipsa expertus  
essem, maximas ac plurimas bellicas, aut potius omnes ar-  
etiones humanas, feliciter ab ijs confectas, qui in consilio  
capiendo, inque agendo iustitiam et pietatem praealij  
obseruassent, nunc id et mente cum primis repeto, et  
uos considerare iubeo. nam et si tantis sumus instructi uis-  
ribus, ut etiam in causa iniquiore uictoriam sperare nobis  
liceret, tamen haud paulo plus fiducie in belli causa,  
quam in apparatus robore pono. Romanos enim nos, ac  
maximis optimisq; orbis terrarum partibus imperantes,  
despectui haberi, conculcariq; ab Aegyptia muliere, in-  
dignum quidem fuerit maioribus nostris, qui Pyrrhum,  
Philippum, Perseum, Antiochum debellauerunt, qui Nu-  
mantinos et Carthaginem exciderunt, Cimbros et Am-  
brones ad intercessionem delerunt: indignum autem no-  
bis quoque ipsis, qui Gallos domuimus, Pannonios sub-  
egimus, ad Istrum usq; progressi sumus, Rhenum transiui-  
mus, in Britanniam traicimus. Qui enim non dolore affi-  
ciantur omnes isti, qui quae dixi praeclaras res confe-  
runt, si nos sentiant mulieri perniciose subiectos esse?  
Qui uero nobis non ingens sit dedecus, si qui omnibus  
hactenus uirtute praestitimus, nunc horum contumelias  
equo animo toleremus? Qui, proh, deum fidem, cum sint  
Alexandrii, ac Aegyptij, (quo neque uerius, neque ma-  
ius eorum dedecus dici potest) cum decorum loco reptilia,  
ac alia animalia colant, immortalitatis opinionem ut co-  
sequantur, cadauera sua condiant, qui ad ferociam pronissi-  
mum, ad fortitudinem imbecillissimi cum sint, ac (quod sum-  
mum est) foemine pro uiro seruant, tamen ausi sunt bo-  
na nostra affectare, ac nostrum ipsorum opera ea adipisci,  
ut nos ultrò eis felicitate nostra cedamus. Cui enime  
non dolorem moueat, si uideat reginam eorum Romanis  
militi

Exortis ad  
milites suos  
oratio.

A maiori-  
rum, &c suis  
rebus ge-  
stis.

mulitibus stipatam? Quis non gemat, si audiat equites  
 & Senatores Romanos Eunuchorum instar eam adulare?  
 quis non lugeat, audiens uidensq; Antonium ipsum,  
 qui bis Consul, Imperator s<sup>e</sup>pius fuit, qui m<sup>c</sup>cum Reipu-  
 blice prefetturam gesit, cui tot urbes, tot exercitus cō-  
 misi sunt, nunc omnibus patrijs uiuendi moribus relictis,  
 barbaricos & peregrinos omnes imitatum, nostri le-  
 gūmque ac deorum à maioribus nostris ad nos trans-  
 missorum nullam curam habentem, mulierem istam pro-  
 lside aut Luna adorare, natis eius Solis ac Lunae nomina  
 na tribuere, denique scipium Osiridem ac Dionysium ap-  
 pellare: hinc quasi si uniuersæ terra dominus esset, totas  
 insulas, ac continentes etiam terras donare? Equidē noui,  
 milites, incredibilia uobis h<sup>e</sup>c, & mirabilia uideri: quò  
 magis indignationē h<sup>e</sup>c uobis concitare par est, cum que-  
 uos ne auditæ quidem creditis, uerè ab ipso agantur: &  
 que cognoscere sine dolore nemio potest, ea is per luxu-  
 riam edat, quod sumnam meritò uobis irā mouere debet.  
 Ego autem initio tanto cum studio colui, ut & partici-  
 pebam principatus mei fecerim, & meam ei sororem nu-  
 ptum dederim, exercitusq; donauerim: postmodò ea usus  
 sum in illum humanitate ac benevolentia, ut neque pro-  
 pterea quòd sororem meam ignominia affecisset, neque  
 quòd natos sibi ex ea liberos neglexisset, neque quòd  
 ei Aegyptiam prætulisset, neque quòd huius lib:ris om-  
 nia frē uestra bona dono dedisset, neque ullam aliam  
 ob causam bellum ei faciendum duxerim. Primò enim exi-  
 stimabam non eodem modo quo Cleopatram, Antonium  
 etiam tractandum esse: cum: ista ex his que egisset, quia  
 alienigena esset, statim hostis iudicaretur: Antonius au-  
 tem, quòd ciuis esset, ad sanitatem mētis reduci posset, de-  
 inde sperubam si non sponte, at certè uel in uitum propter  
 decret

suam æqua  
 nimitatem  
 proponit.

decretum contra eam factum, pœnitentiam exceptorū actū  
 rum esse. Has ob causas igitur nullum ei bellum indixi.  
 Quoniam uero his spretis ac despectis, neq; ueniam no-  
 bis dantibus, ignosci sibi uult, neque misericordia nostra  
 uti statuit; sed siue stultitia adductus, siue insania ( audi-  
 ui enim, ac fidem auditō habui, esse eum detestatae illius  
 mulieris incantamentis peruersum ) nihil faciens no-  
 stram beneficium, nostrānque in se humanitatem, seruiens  
 mulieri, eius causa bellum ex pericula ultrò contra nos  
 & patriam suscipit, quid nobis reliquum est, nisi ut in  
 eum unā ex in Cleopatram uindicemus. Nemo proinde  
 eum pro Romano, sed Argyptio habeat: nemo Antonij Aaronijmo  
 nium nominet, sed Scapionem aliquem: nemo Consul res & stu-  
 dia deridet. Lem aut imperatorem fuisse, sed Gymnasiarcham existia-  
 met. Hæc enim pro istis uolens recepit, omnique patro  
 splendore proieclo, unus ex cymbalistis Canopi factus  
 est. Neque metuere quisquam debet, ne is aliquod mo-  
 mentum bello sit allaturus: nam prius quoq; nullius eum  
 precij fuisse bellatorem, uos nouistis, qui eum apud Mu-  
 timam uicistis. Quid si quid uirtutis dum nobiscum milia-  
 tæ uit, iste sibi parauit, scire tamen oportet, omnem eam ué-  
 te hac mutatione cum perdidisse. Pieri enim non potest,  
 ut is quæ regio luxui, mollicie que muliebri indulget, uiro  
 aliquid dignum uel consulat, uel agat. Est enim necesse  
 omnino, ut quibus unusquisque uite rationibus utitur, ea  
 rum similis reddatur. Cuius signum evidens est, quod cum  
 interea temporis unum tantum bellum gesserit, ac unicam  
 expeditionem fecerit, in prælijs plurimos ciues ami-  
 sit: turpissimè autem à Praeaspis recedens, plures adhuc  
 suorum in fuga perdidit. Et enim si quis uestrum ridiculè  
 saltare, ac choream Bacchi ducere opus habeat, omnino  
 is ab Antonio superabitur ea in re:nam saltare hic didi-  
 cit: sin

cit: si pugna et armis opus est, quid tandem in eo timore  
 dum est? num etiam ratqui ea defloruit, et effeminata est. An  
 nimu uirat qui muliebris et cincta lascivia eum corrui-  
 pit. pietas erga deos nostros? at qui contra hos et pa-  
 triam bellum suscepit. fides erga socios? quis autem ne-  
 scit quomodo inductum in fraudem Armniae regem ce-  
 perit? Num eius in amicos bonitas? quis ergo non uidit  
 quam miserè eorum multos intermerit? Existimatio ea  
 ius, in qua est apud milites? quasi uero non hi quoque de  
 eo desperauerint: id quod ex eo patet, quod ad nos ab eo  
 permulti quotidie trascunt. Atq; ego quidem hoc actu-  
 ros omnes ciues existimo, sicut ante etiam fecerunt, cum  
 is à Brundusio in Galliam iret. Quandiu enim eis spes  
 diuinarum sine periculo potiundarum adfuit, omnino  
 libenter cum eo multi manserunt: nunc uero ubi pu-  
 gnandum eis erit contra nos suos gentiles pro ijs qui nihil  
 ad ipsos pertinent, certè præmium detrectabunt: eò me-  
 gis quidem, quod nobiscum ipsis saluis esse et beatis tutò  
 licet. At uero multos auxiliarios secum, magnam pecunia-  
 um habet? Certè Asiae continentis habitatores crebro à  
 nobis uictos fuisse, nouit Scipio Asiaticus. Sylla Felix, L<sup>u</sup>  
 cullus, Pompeius, pater meus Cæsar: nouistis uos ipsi,  
 qui Asianos Bruto et Cæsio opem ferentes decicistis.  
 Iam quo maiores Antonij diuicias esse cogitatis, tanto  
 magis in id uobis incumbendum est: ut uestras eas faciatis.  
 Pro maximis enim præmiis, maxima etiam certamina  
 bello pro posicium. subire conuenit. Quanquam ego quidem maius uobis hu-  
 ius belli præmium propositum esse nullum dixerim, quam  
 ut dignitatē maiorum conseruatis, ut magnanimitatem  
 uestram tueamini, ut eos qui à nobis defecerunt, ulciscas-  
 mini: ut uindictam ab his qui iniurias uos affeccerent, su-  
 matis: ut uictores omnibus hominibus imperetis: ut ne pas-  
 ti amini

ti amini ullam mulierem uiris æquari. Num uero qui tot  
 prælia, uos ipsi qui nunc mihi adestis, contra Tauriscos,  
 Iapydes, Dalmatas, Pannoniosq; propter oppida que=dam,  
 & terram desertam fecistis, eosque omnes, bellico-  
 sißimos omnium opinione habitos, subegistis, imò etiam  
 de unica Sicilia contra Sextum Pompeium, de Mutina  
 sola contra hunc ipsum Antonium certauistis, ac utrum=que uicistis: iam munus gnauiter pugnandum uobis arli=trabinuni contra foemina[m] omnibus uestris rebus insidia=tam: contra maritum eius, omnia uestra bona filijs eius  
 clargitum: contra egregios eorum socios ac mensarum af=seclas, quos ipsimet stercorarios uocant? Quid ita uerò  
 an propter multitudinem eorum: atqui hæc nihil contra  
 uirtutem corporum potest: propter nationem: atqui one=rabaiulare magis didicerunt, quam bellare propter peri=tiam: at remos ducere magis, quam nauali prælio pugna=re nouerunt. Me quidem pudet, cum huiusmodi homini=bus nobis esse configendum, quos si uicerimus, glorie id  
 futurum nobis non sit: dedecori autem, si uincamur. Por=rò neq; magnitudinem nauium, neque craßiciem ligno=rum uirtuti uestre parem esse censete. Quæ enim unquā nauis per se aut sauciauit ullum, aut occidit: qui autem  
 fiet, ut non propter ipsam altitudinem ac craßiciem &  
 difficilius à remigibus impellantur, & gubernatoribus mi=nus pareant? Quid proderunt his qui ab ijs pugnabunt,  
 qui neque enauigare, neque circumnauigare (quæ pugna=naualis sunt opera) poterunt? Neque enim pedestre præ=lium nobiscum in mari conseruent: neq; ad hoc parati sunt,  
 ut tanquam intra muros aliquos circunfessi oppugnentur.  
 Nobis quidem admodum erit commodum, eos lignis quasi  
 mœnijs septos aggredi. Si enim eodem loco naues hostium  
 uclut infixæ substiterint, rostris eas nobis perrumpere

Copias &  
apparatum  
Antonij cle  
uac.

O

licebit, aut tormentis eminus pertundere, ignique ex iaculis ignitis inflammare: sin se loco mouere ause fuerint, neque in sequentes aliquam nostram consequentur, neque fugientes euident, propter grauitatem suam ad agendum aliquid incommode simae, propter molem autem ad accipienda damna opportunissimae. Quanquam quid attinet multis uerbis tempus terere, cum iam aliquoties periculum eorum fecerimus, et apud Leucadem, et nuper, non modo non superati ab ipsis, sed omnibus partibus uitatores. Itaque non tam meo sermone, quam uestris ipsis sum astis confirmati, nunc ad imponendum toti bello finem animos intendite: hoc scientes, quod si hodie uicerimus, nullus nobis sit labor reliquus futurus, nam et alioquin hominum id natura firt, ut primis certaminibus aduersam fortunam experti, etiam ad cetera sint animo desmisiore, et nos extra omnem controversiam terra ijs praeualemus, ita ut etiam nullam ante cladem passos uincere possemus. Quæ ipsi hostes etiam cognita habent, adeò ut consternati animis ( nihil enim uos eorum que audiui, celabo ) propter accepta detrimenta, speq; salutis, si hic remaneant, amissa, ideo effugere aliquò conentur, atque ob id classem nunc educere non naualis prælij conferendi. sed fugæ consilio capienda instituerint, ac optimas preciosissimasq; suas res in naues imposuerint, ut si possint, cum his effugiant. Nos igitur eos, qui ipsi confitentur se nobis uitibus impares esse, ac suis in nauibus uictorie nostræ præmia uehunt, ne patiamur alio enauigare, sed hoc ipso in loco uictis omnia auferamus. Secundum hanc orationem Cæsar id consilij cepit. ut hostibus enauigandi facultatem concederet, quò fugientes à tergo adoriretur, nam ex celeritate suarum nauium fretus, facile se eos affecuturum iudicabat, et fore ut cum pateretur Antonium

nium

nium aliquù effugere conari, ceteri omnes ultrò ad se trā-  
firent. Verum proibitus ab Agrippa id consiliū exequi,  
qui metuebat ne hostes, quia iū uelis essent usuri, & sequi  
non possent, uictoriae præterea facilioris spe cōcepta, quod  
effusus imber, ac multa grando Antonianæ classi incidi-  
set, eamq; conturbasset: omisso suo proposito, multos ipse  
quoque pedites nauibus suis imposuit, in scaphas ad obe-  
eunda ministeria omnibus auxiliarijs collocatis, qui ce-  
leriter circumnauigantes, & pugnantes, de ijs que res  
ipsa postularer monerent, & sibi omnia que opus esset  
annunciarent: ipse hostium exitum præstolatus est. Qui  
cum classico dato naues eduxissent, casq; confertim in acie  
ante fauces constituerent, neq; iam amplius quoquam pro-  
grederentur, Cæsar ad eos classem direxit, ut uel cum  
stante eorum classe pugnaret, uel eam retrocedere cogea-  
ret: cum ne sic quidem uel ad pugnam exirent, uel recede-  
rent, sed eodem loco manentes ordines magis magisq; den-  
sarent, hesitans Cæsar remigibus ut remos demitterent  
iussit: ac paululum cunctatus, subito cornua dato signo  
utrinque eduxit, circunflexitque, consilio hostem circun-  
dandi, aut certè ordinem eius disiendi. Itaq; Antonius  
ueritus ne circunueniretur, quantum potuit suos etiam  
ad pugnam eduxit, ad eamq; uel inuitus accessit. Ad hunc  
modum prælium nauale commissum est cum & in sua ala  
critate arteq; utrinq; classarij multum spei haberent, &  
pedites eos utrinq; in terra collocati acclamantes cohor-  
tarentur. Erat autem pugna dissimilis inter partes ratio.  
Nam Cæsariani, impetu concitatis nauibus suis quas &  
minores & celeriores Antonianis habebat, hostiles naues  
inuadebant, undiq; testi ad uitanda vulnera: itaq; aut sub-  
mergebant aliquam nauem hostilem, aut si nequirent, an-  
tequam ad manus deueniretur se recipiebant, tūmque

Nauale a-  
pud Aetiū  
Præliū, quo  
Antonium  
Cæsar super-  
auit.

aut iterum eandem nauim aggrediebantur subito, aut ea omissa ad aliam se confreabant: atq; inde rursus celeriter se ad alia, aliamq; inde conuertebant, raptim ea quæ possebant agentes, ut quam maxime inopinantes hostes adorarentur. Nam & robur hostium propter multitudinem, & dinucare communis mictuentes, neque in appellen dis nauibus, neque in receptu moras trahabant: sed subito irruentes, ita ut iaculationem hostium anteuerterent, ac uel vulnerata aliquanaui, aut conturbata, ita ut apprehendi ab ea non possent, statim retrò cedentes, telorum ictus euadabant. Contrà Antoniani hostes accedentes multis lapidibus ac iaculis impetebant, nauibusque eorum proprius adiectis manus ferreas iniiciebant, e& si opportune incidissent, superabant hostem: sin aberrassent, aut nauibus suis pertusis mergabantur: aut dum ne e& perforarentur, propugnando tempus terunt, ab alijs hostibus facilius inuadabantur: due enim, aut tres simul naues Cæsarianæ, unam adoribantur, ac partim dñnum ei infirebant, partim accipiebant. Altera ex parte laborabant maximè & fatigabantur gubernatores & remiges, ex altera classici milites. Erantq; Cæsariani equitibus similes modò irruentibus, modò se recipientibus, eo quod appellerc subinde, ac retrò abducere naues ipsius tantum poterant. Contrà Antoniani legionis armatæ speciem habebant, appropinquantes sibi obseruantis, eosque retinere omni studio conantis. Proinde illi eo hosti incommodeabant, quod accedentes subito, remos nauium hostilium detergebant, hi contrà desuper eos faxis ac tormentis ferientes submergabant: uicissimque hi care ab hostibus superabantur, quod eos proprius aggressos ledere nequibant: illi contrà eo, quod si nauem hostilem aggressi non submersissent, iniecta manu ferrea constricti nequaquam

quam æquis viribus pugnam sustinebant. Cum diu iam dubio esset euentu certatum, tandem Cleopatra quæ in anchoris post classem pugnantem stabat, cum non firret <sup>Cleopat:z</sup> diuturnam ac incertam euentus expectationem, mulier quippe, & Aegyptia genere, diutius suspensa animi solicitudine, anticipitisque prælij exitus expectatione uicta, signo suis dato fug:e se dedit: qui cum uela constim ere= xissent, ac in mare se dedissent, eosque forte fortuna coortus uentus secundus impulisset, opinatus Antonius eos non dato à Cleopatra signo, sed metu coactos tanquam ui- cios fugam cepisse, ipse etiam eos secutus est. Hoc facto reliquorum etiam militum animi consternati sunt, ac ipsi quoque de fuga cogitantes, alij uela sustulerunt, alij turrem & armamenta nauium in mare proiecerunt, ut exoneratis nauibus facilior esset fuga. Cæsariani, quibus neque uela erant, & ad nullam aliam rem nisi prælium nauale se parauerant eos qui iam fugam cepissent, non inse- cuti, reliquos qui eam adhuc adornabant, adorti, multis suis nauibus singulas hostiles circundantes, emulus comi- nusq; pugnam conseruerunt. Erat hoc ipsum etiam certamen uarium planè, acerrimi: inique, cum Cæsariani infæ- riores partes nauium circumcircà perforarent, remos de- tergerent, gubernacula abrumpcent, in tabulata hosti- lium nauium concendentes alios repellerent, cum alijs di- micarent: (erant enim iā etiā numero aduersarijs æqua- les) contrà Antoniani contis hostium naues detruderent, securibus cæderent, eis saxa aliasq; in id ipsum paratas mo- les iniicerent, ascendentes arcerent, cum comminus con- gressis pugnarent. Poterat qui eam pugnam spectasset, haud inepte (modò parua liceat magnis compонere) eam oppugnationi murorum, aut multarum in mari exigua- rum insularum conferre: eam utrorumque conatus spe- <sup>Antonius fu- git.</sup> <sup>Cōparatio.</sup>

ciem præ se firebat, cum alteri in naues hostium, quasi in continentem terram aut arcem condescendere cuperent, omniaque quæ ad id perficiendum facere uidebantur, summo studio appararent: alteri nihil eorum quæ fieri in huiusmodi re solent omittentes, eos arcerent. Cum ancipiti euentu esset diu pugnatum, Cæsar ignem ex cas-

*Ignis nauibus Antoniani iniicitur.* stris affirri iubet: neque enim aliud consilium uictoriæ explicande habebat: quanquam potiunda hostilis per-

cunx causa initio statuerat incendio abstinere. Ignis al- lato statim aliud genus pugnae accidit. Cæsariani undique ad hostilem aliquam nauim accedentes, iacula ignifera in eam emittere, faces manu coniuncte, ollulasque etiam car- bonum picisque plenas eminus tormentis eò iaculari: Antoniani hæc singula repellere, si quod incidisset, quia id statim apprehensis lignis multam in naui flamnam ex- citabat, primum eam aqua, quam potus causa secum tu- lerant, restinguere: postea absympta, marinam hauri- re: eaque si multa simul adhibuissent, non nihil obsistere ignis uolentia: quia uero id non ubique fieri licebat ( nam et urnas habebant haud iuste magnitudinis, et terrore injecto eas tantum dimidia sui parte aqua reple- tas trahebant ) non modo auxilium nullum forebatur, sed

*Aqua mari na.* uires malo addebantur, ( aqua enim marina flammæ non multa infusa, magnoperè ea exuscitur.) Proinde aque præ fidio deficiente, centones, et cadaueram flammæ Antoniani iniicere: id aliquandiu inhibuit ignem, ac compesci incen- dium uidetur: post his ipsis etiam auctum, prescritum quia uentus uehementior inciderat maius effulgit. Ibi uerò hi, dum partes nauium flamma decapcebatur, incendio succurrere, in ipsam flammam insilire, alias partes refinci- dere, res in alia loca differre, casue aut in mare proje- re, aut in hostes, laedendi causa: alij ad integras partes nauis

nauis sese recipientes , manibus ferreis , ac longurijs tum  
maxime uti , ut nauis hostili sibi annexa , aut in eam exis-  
tentes , periculum incendi euaderent , aut eam saltem  
una comburerent . Cæsariani hoc ipsum ne fieret , ad nau-  
es ipsorum non appropinquare . Itaque cum ignis iam  
& latera nauium corripuisse , & in solum usque de-  
scenderet , tum demum in summis Antoniani uersari mi-  
serijs : quippe alij , ac naute potissimum , fumo , ante-  
quam ignis ad eos peruenisset , necabantur : alij in medio  
incendio tanquam in camino assabantur : alij armis ignem  
conciipientibus colliquabantur ; alij antequam aliquid hu-  
iusmodi paterentur , nonnulli etiam semuisti , armis proie-  
ctis uel uulnerabantur eminus , uel in mare se deicien-  
tes suffocabantur , uel ab hostibus idli mergebantur , uel à  
belluis marinis Laniabantur : solis his æquior inter tan-  
tas nuseras mortis fuit conditio , qui prius quam huiusmo-  
di mala subirent , mutuis se inuicem uulneribus interfic-  
erunt , aut sibi ipsis manu attulerunt , non expectato  
cruciatus ullo genere , ac cum nauibus suis tanquam ro-  
go cremati sunt . Cæsariani qui se , dum defendendi sui ali-  
qua facultas adfuisse hostibus , ab eorum nauibus absti-  
nuerant , cum uiderent nauibus igni correptis , homines  
ne sibi ipsis quidem auxilio esse , nedum aduersarium le-  
dere posse , celeriter aduecli pecuniae cripienda studio ,  
ignemq; à se immissum resinguere conati sunt : horum  
quoque permulti cum ipsis nauibus à flamma correpti , &  
harpagonib. hostium , pericrunt.



# DIONIS ROMANAЕ HISTORIAE LIBER Q VIN- quagesimus primus, Gulielmo Xy- landro Augustano in- terprete.

## INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Quomodo Cæsar à victoria Aætiaca res constituerit.  
De Antonio ac Cleopatra, ac eorum post acceptam cladæ aëtis.  
Ut Antonius in Aegypto uiquis, scipsum occiderit.  
Quemadmodum Cæsar Aegyptum subegerit.  
De Cæsaris reditu Romam, triumphisque ab eo ductis,  
De curiz luliz dedicatione.  
Ut Mysia in potestatem populi Romani venerit.  
Aëta sunt hæc reliqua pars eius anni, quo Cæsar III. Consul  
fuit, collega M. Valerio Messala Coruino, ac biennio de-  
inceps, cuius Consules,

Aëno V.C. 724. Cæsar IIII.

M. Licinius M. F. Crassus.

725. Cæsar V.  
Sextus Apuleius Sexti F.



N hunc modum pugna naualis facta est;  
III I Nonas Septembbris. Id à me non  
frustrè commemoratum est, dies annotare  
re alioquin non solito: sed quod ab ea die  
primum Cæsar solus rerum potitus est.

Imperij; eius recensio præcise ab ea sumitur. Eadem die  
Cæsar Apollini, qui apud Actium colitur, triremem, qua-  
diremem, ac alia nauium genera usque ad deciremem  
Apollo A- ex captis nauibus consecravit, templum maius extrur-  
qius. xit, ludos Musicos ac Gymnicos, ex certamen eque stre-  
cum

Qua die Cæ-  
sar Monar-  
chia cœpe-  
rit.

Apollo A-  
qius.

cum sacro quinquenali \* (sic enim hi qui annone sunt  
 præfecti, appellantur) constituit, Actios illos ludos dices,  
 urbemque eo loco ubi castra habuerat, effecit: partim  
 collectis ad eam incolendam hominibus, partim eò trans=  
 latis finitimis, eique urbi Nicopolis nomen indidit: ac lo=  
 cum in quo tetenderat, lapidibus quatuor pedum magni=  
 tudine constrauit: rostrisque nauium captarum ornauit,  
 sacrarium ibi Apollinis sub dio constituens. Verum hæc  
 postea temporis facta sunt: tunc autem emisit classis  
 suæ partem, quæ Antonium ac Cleopatram insequeren=  
 tur: quæ cum consequi eum non posset, reuersa est: cum  
 reliquis uero ipse castra hostium, ijs propter paucitatem  
 non resistentibus occupauit, ac deinde reliquum exerci=  
 tum deprehendens iter in Macedonia intendentem, sine  
 pugna sibi adiunxit. Diffugerant autem iam tum alij  
 quidam primores Romani ad Antonium, auxiliarij au=  
 tem in suam quisque patriam: uerum hi contra Cæsarem  
 nullum præterea bellum gesserunt: sed et ipsi, et omnes  
 populi qui ante etiā Romanis subditi fuerant, pars statim,  
 pars post pacis conditiones à Cæsare acceperunt. Cæsar  
 urbib. pecunia imperata, ademptaq; eis in ciues ipsarum  
 potestate, quam in concilijs populi usurpabat, regulis ac  
 regibus omnia oppida quæ ab Antonio acceperant, excep=  
 ptis Amynta et Archelao, abstulit: Philopatorem Tar=  
 condimoti filium, et Lycomedem regnum in parte Cap=  
 padocici Ponti obtinentem, principatu spoliauit: Alexan=  
 drum autem Iamblichii fratrem non modò regno exuit,  
 quod præmium propterea quod ipsum accusasset accep=  
 rat, sed in triumpho quoque ductum occidit: Lycomedis  
 ditionem Medeocridam concepsit, qui ante pignam na=  
 ualem Mysos Asianos ad deficiendum ab Antonio per=  
 mouerat, eorumque opera bellum Antonianis fecerat:

Aeta Cæsa=  
ris à uicto=  
ria.

Quomodo  
in hostes  
Cæsar ani=  
maduerte=  
tur.

Amyntas.  
Archelaus.  
Philopator  
Lycomedes.

Alexander.  
Medeus.  
Cydonij.  
Lampsi.

Cydonijs ac Lampeis libertatem dedit prestiti sibi auxiliij causa, instaurata etiam Lampaeorum ciuitate, quae eversa fuerat: Senatores, equitesque, & alios insigniores viros qui Antonium aliqua in re adiuuissent, multos pecunia multauit, multos occidit, quibusdam pepercit. Inter Sosius. vita donatos præcipuus fuit Sosius, qui cum bello sepe Cæsarem petiisset, tunc fugæ clapsus occultatusque post in-

M. Scaurus. uentus ac dimissus est: & M. quidam Scaurus, uterimus Mucia. Sexti Pompei frater, ipse quoque neci destinatus, propter Muciam matrem uitam obtinuit. Inter supplicio affectos potissimum commemoratione dignus uidetur Curio.

**Curio.** Aquilij Flori filius Curionis istius, cuius Cæsar superior opera plurimum usus fuerat: & Aquilij Flori, pater ac filius: quorum cum alter tantum, in quem fors incidisset, mori a Cæsare iussus fuisset, uterque periret. Nam & filius prius quam sortiretur se percussori præbuit ultrò, & pater dolore rei permotus, sibi ipsi necem intulit. Porro autem Antonianos milites in exercitum suum Cæsar allegit, ac veteranos ciues nemini quicquam dans, in Italiam, reliquos sparsim aliò dimisit. Quia enim in Sicilia post uictoriam metum ei obiecerat, ueritus ne denuò tumultuantur, ut præueniret omnem motum, alios sibi omnino ab armis reiiciendos, reliquorum multitudo: ex diuellere a se iniuste statuit. Libertis, quia adhuc eos suspectos habebat, quartam pensionem remisit, quam adhuc ad pendendam pecuniam sibi imperatam debebant: hique non tam accepte iniurie memores, quam pro beneficio remissam pensionem habentes, gauisi sunt: milites quoque qui nondum annos militie impluerint, non nihil inhibiti à Tribunis militum, potissimum autem spe Aegyptiarum diuitiarum illeati, quicuerunt. At qui uictoriae socij, tum à militia dismissi nullo premio dato fuere, indignè id ferentes, seditiones

tiones paulo post agitare cooperunt. Id ueritus Cesar, ac ne Mecenatem, tum Rom.e Itali.e quod; administrande praefectum, contemptui, quod equestris tantum ordinis ho=mo esset. haberent, Agrippam quasi aliam ob rem in Italiam misit. Tantam enim in omnibus rebus potestatem Mecenati ac Agrippae Cesar eo tempore tribuerat, ut li=teras quoque ijs, quas ipse ad Senatum alijsue scribebat, ante quam redderentur, legerint, ac quae uisum fuisset nu=tauerint: cuius rei causa annulum quoque ab eo accep=rant, ut obsignare eas possent. Sigillum enim, quo tum ma=xime utebatur, duplex parauerat, Sphynze in utroq; ea=s dcm insculpta: (nam scrius incepit suam imaginem in eo incidere, ac ea literas obsignare. quod omnes deinceps

Agrippae &  
Mecenatis  
potestas à  
Cesare ipsis  
data.

Sigillū Ce=s  
satis.

Imperatores imitati sunt, excepto Galba, qui canem ex Galba si=prora nauis prospectantem, signum à maioribus suis ad gnum. se delatum, usurpauit) ac si quid uel ijs, uel alijs suis ne= occultò ra=cessarijs scriberet arcani, proxime sequentem semper li=tio.

terá pro ea que exarari dicitur beret, ponebat. Proinde quasi nullo iam imminentे à veteranis amplius periculo, res

Cesar sacris  
initiatus.

Græcia constituit, ac duorum diuorū sacriss initiatus est: deinde in Asiam profectus, rebus ibi quoque constitutis,

quid Antonius ageret expectauit: ac se ita parabat, ut si certum quoniam is persugisset comperiret, expeditionem

Seditio mi=litum absen=te Cesare.

contra eum faceret. interim ijs aperte tumultum conciliantibus, quod proculipse abesset, metuens ne si quem

ducem inuenissent, mali aliquid facinoris ederent, alijs ad Antonium inuestigandum constitutis, in Italiam pro-

perauit, media hyeme, sc quartum, & M. Crasso (hunc ea=nim collegam habebat, quanquam & Pompeianas &

Antonianas prius partes fecutam) Consulibus. Cum Brū-

dusium peruenissent, iam cō uniuersus Senatus auditio ea*ius aduentu*, tantum Tribunis lebis ac duobus prætoria=bus ad

bus ad urbem ex S.C. relictis, occurserat, cum equitibus; ac magna plebis parte, ac multis alijs qui uel legati, uel sua sponte eò frequentes conuenerant, itaque aduentu Cæsar is, & studio maioris partis effectum est ut nemo ullam rem nouam tentare auderet, quin ipsi milites, partim metu, partim spe, nonnulli etiam euocati eodem confluxerunt. Horum Cæsar alijs pecuniam dedit: alijs, qui

Cæsar ut mi-  
litum desi-  
deria ordi-  
nauerit.

omnibus secum bellis fuissent, agrum etiam addidit. Nam eos conuentus Italiæ, qui Antonij rebus studuissent, extorres egerat nullib[us] s[ic]que agros corum donauerat, extorrium autem plerisque Dyrrachium, Philippo[s], & alia oppida habitanda concessit: reliquis pecuniam pro agro aut numeravit, aut numeraturū promisit. Etsi enim

Cæsar sua  
& amicoru[m]  
bona pro-  
fessib[us].

ex uictoria magnam uim pecunie adeptus fuerat, tamen impensa fiebant longè maiores: ideoque in furo uennum proposuit sua & sociorum aliquot bona, ut uel emere ea, uel pro agris recipere licet ei qui uellet: que quidem nemo fecit, (quis enim ausus fuisset?) promissionis tamen ea ratione honestam nactus dilationem, eam ex Aegyptiaca deinde preda representauit. Hæc, & alia necessaria cum ita constituisse, iisque quibus impunitas data erat, concessisset ut in Italia morarentur, id quod ante non licebat, populo qui Romæ remanserat, nec ad se Brundusium uenerat, neglecto, in Græciam aeuclius

Cæsar is ce-  
lerrimus in  
Asiam ad-  
uentus.

est, trigesimo quam in Italiam uenerat die, ac propter hyemem nauibus per Isthmum Peloponnesiacum translati, tanta celeritate in Asiam aduenit, ut de eius discessu simul redditusq[ue] Antonius & Cleopatra cognoverint. Hi à

Cleopatra  
ut in Aegy-  
ptum redie-  
rit.

pugna nauali fugae el. p[ro]p[ter]i, usque ad Peloponnesum simul cum peruenissent, ibi præter animi sui sententiam diuulsi iniucem sunt, Cleopatra in Aegyptum contendente, ne clades audita noxos ibi tumultus concitaret. Hæc ut tutò in Aegy

in Aegyptum ad nauigare posset, uictoriā mētita, pro-  
 ras corona uerat, cantionēsque uictoria obtenta usurpari  
 consuetas tibijs concīni iusscrat: postquam in tutum per-  
 uenit, multos primores, semper sibi infensos, ac tum clade  
 eius animo auctos, occidit. horū facultatus, et reliquis,  
 diuis etiam consecratis (neque enim ab ullo quantumuis  
 in accesso sacrario se abstinebat) ingentem pecuniam cō- Cleopatræ  
 fecit, copias comparauit, auxilia quæsiuit: utque flagitia.  
 die regem ad suam societatem per traheret, Armeniae re- Armeniae  
 gī caput amputatum ei misit. Cæterū Antonius in Africā  
 cam quosdam misit ad Pinarium Scarpum, et exerci- Pinarius  
 tum quem is iam antè ibi conscriptum ad tuendam Aegy- Scarpus.  
 ptum habebat: uerū cum neque recipetur ab eo, et  
 missos quoque ad se is occidisset, nonnullosque mulites id  
 moleste furentes necasset, ifecta re Antonius ipse quoq;  
 Alexandria se contulit. ibi et alia quæ bello acceleran- Antonius  
 do conueniunt, ab ijs parata sunt, et filios suos, Cæsario- Alexandria  
 nem Cleopatra, Antyllum ex Fulvia sibi natum Antonius uenit, elūs-  
 in uiros retulerunt, ut et Aegyptij uiro sibi imperante que & Cleo  
 essent alacriores: et reliqui eos duces habituri, si quid patrae con-  
 Antonio et Cleopatræ accidisset, animis eò magis consta- litia.  
 rent. Id quidem factū perniciem adolescentibus istis attu- Cæsario &  
 lit, ut Cæsar ijs, tanquam uiris iam, et principatum aliquē Antyllus in  
 gerentibus non parceret. Antonius autem ac Cleopatra uiros relati,  
 ita se parabat, tanquā et classe et pedestribus copijs bel-  
 ligeraturi, in eumq; finem uicinos populos, et reges ami-  
 citia sibi iunctos ad auxilia conuocabant: nihil tam  
 minus etiam ad hoc se instruebant, ut si qua necessitas ur-  
 geret, in Hispaniam, alioquin etiam pecuniae multitudine  
 se eam regionem posse ad defctionem compellere spe-  
 rantes, nauigarent, aut ad rubrum mare concederent.  
 Quæ concilia ut quam diutissimè occulta haberent, ac  
 Cæsatem

Cæfarem uel fallerent, uel etiam dolo nescarent, miserunt ad cum qui de pace agerent, ac interim pecunia eius exercebitum corrumperent. Interim Cleopatra clam Antonio Cæsari munita sceptrum aurum, coronam auream, sellamque regiam Cæsar. Responsum sibi misit, quasi regnum cum iis tradies, ut is si omnino exo- Cæsaris. sum haberet Antonium, ipsam saltem misericordia prosequeretur: Cæsar autem acceptis muncribus, omnisque loco ductis, Antonio nullo dato responso, Cleopatrae palam quidem multa communatus est, idque etiam respondit, si ea ab armis ex regno destitisset, consilium ipsum capturum quidem fieri deberet: occulte autem ei impunitatem ac regnum integrum pollicitus est, si Antonium occidisset. Eodem tempore Arabes à Q. Didio Syriae praefecto persuasi, naues in sinu Arabico fabricatas ad navigationem in rubrum mare, combusserunt, populique ex regali omnes suppeditas Antonio Cleopatraque denegaverunt. Ac mihi quidem mirarib[us] cur reliqui complures eos deseruerint, multis ab iis ornati beneficiis, cum qui ad ludos gladiatoriis alebantur conditione abiectissima, summum studium eorum ostenderint, pro iisque fortissime certauerint. Hi gladiatores Cyzici ad ludos triumpphales, quos deuicto Cæsare se facturum Antonius sperabat, cum exercerentur, ubi primum que essent acta cognoverunt, in Aegyptum ad frenendum eis auxilium iter instituerunt: cumque haud parum incommodi Amyntae in Galatia, filiiisque Tarcodimoti in Cilicia exhibuissent, (quisumma ante amicitia cum Antonio ex Cleopatra ius eti, tunc fortunam secuti deficerant ab iis) multa etiam Didio, qui transitu ipso prohibebat, neque transiit in Aegyptum cuadere possent sed circumuenti essent, ne sic quidem ullo modo, quantumvis multa Didio pollicente, ad defensionem perduci se paſsi, Antonium ad se accerserunt, facilius

Arabes na-  
ues Cleopa-  
trae combu-  
runt.

Q. Didius.  
Gladiatorū  
fides in An-  
tonium.

lius se putantes cum eo coniunctos in Syria bellum posse  
 gerere. Tandem cum neque ueniret Antonius, neque nun-  
 cium mitteret, perisse cum rati, inuitis Dido dediderunt,  
 ea conditione, ne gladiatores posthac essent: utque Daph-  
 nem Antiochiae suburbium eis habitandum concederet,  
 donec Cæsari res ea significaretur. Hi quidem gladia-  
 tores postea à Messala decepti, alij alio dimisi, quasi  
 in legiones adscribendi, ac per occasionem interfici  
 sunt. Antonius & Cleopatra postquam Cæsaris respon-  
 sum ex legatis cognoverunt, alios misserunt, ac Cleopatra  
 quidem per eos magnam ei uim pecunie promisit: An-  
 tonius autem amicitia eum ac propinquitatis admonuit,  
 suam cum Aegyptia muliere consuetudinem excusauit,  
 ipsorum mutuum quondam amorem, ac societatem acto-  
 rum in adolescentia enumerauit: denique P. Turullum  
 Senatorem, unum ex Iulij Cæsaris percussoribus, ami-  
 cum tum suum, Cæsari tradidit, ac scipsum etiam interfe-  
 ctiurum pollicitus est, si co facto salus Cleopatra repre-  
 sentari posset. Cæsar Turullio occiso, idque in Co insula  
 (ix, ut natus sit Turullius poenas Aesculapio dedisse, cuius  
 in luco, qui in Co insula est, arbores ceciderat) Antonio  
 ne tum quidem respondit quicquam. Igitur tertiam lega-  
 tionem Antonius, ac filium suum Antyllum cum multo  
 auro misit. Cæsar auro accepto, eum sine responso pro-  
 posuit irritum à se dimisit: Cleopatra ut primò, sic secunda  
 etiam, ac tum tertid, multas & comminationes, &  
 pollicitationes proposuit. Nihilominus tamen ueritus  
 ne Antonius & Cleopatra, desiderati uenire impetratio-  
 ne in incepito persistarent, ac uel suis viribus uincerent, aut  
 in Hispaniam ac Galliam traicerent, aut pecunias, quas  
 immensas esse audierat, corrumperent: nam eas om-  
 nes Cleopatra in sepulcrum congeßerat, quod parauerat  
 in re

Daphne.  
Messala gla-  
diatores ex  
cindit.

P. Turullij  
interitu.

Ulex Lib.

Thyrsus ad decipiendā Cleopatrā à Cæsare mis-  
sus.

in regia: ac si uel in re minima fortunam aduersam sensis set, omnes secum crematuram minitabantur.) Thyrsus libertum suum ad Cleopatrā misit, qui & humaniter multa cum ea loqueretur, & Cæsarem eius amore captum diceret: sperans eam, quæ ab omnibus hominibus amari uolebat, eò adduci posse, ut Antonio necato seipsum & pecuniam incolorem seruaret. Neque Cæsar eo consilio fatus fuit. Verum antè quam hæc aëla sunt, Antonius co-

Cornelius Gallus. Antoniustē infeliciter ad Parthenium gerit.

gnito Cornelium Gallum accepto Scarpi exercitu, subito Parthenium occupasse, et si in Syriam proficiisci euocatus à gladiatoriib. in animo habebat: tamen eo omisso, ad Parthenium contendit, sperans quidem se eas copias à Gallo ad se sine ullo labore traducturum, (nam benevolentia erga se affectos propter communem militiam nouerat) sin aliter nequireret, ui certe potiturum: nam & navales & terrestres copias secum adduccebat magnas. Sed neque colloqui cum ijs potuit, quanquam ad murum accederet, & alta uoce clamaret (concinere enim tubicines iuss erat Gallus, ita ut nemo exaudire quicquam posset, & prætereà subita eorum eruptione damnum accepit, ac classis quoque incommodum passus est. Catenas sub aqua latentes aliquot noctu per fauces portus Gallus extenderat, ac deinde nullo aperte presidio portum custodiens, absque omni timore Antonij naues cum sui contemptu intrò nauigare passus fuerat. postquam eæ intrò peruerterunt, attractis per instrumenta ad hoc parata cætensis, naues simul terra, marique, & ex ædibus circumuenientes partim incendit, partim submersit. Dum hæc fiunt, Cæsar Pelusium ui, ut ferebatur, re uera autem prodictione Cleopatræ cepit. Hæc cum nemo suspectias ferret, Cæsari autè resisti nullo modo posse audiret, ac ex sermonebus Thyrsi (quo maximè mouebatur) crederet eum suo amore

Cæsar Pelusio positur. Cleopatra Pelusium prodidit, & totam causam.

amore captum, cum quod id ita esse cuperet, tum quod  
eadem ratione patrem eius, ac Antonium sibi mancipare.  
rat, ideoque non ueniam modo sibi, et regnum Aegypti,  
sed Romanorum imperium sperabat, statim ei Pelusio  
cesserat. Post cum idem ad Alexandriam accederet, ci-  
ues occulte prohibuit contra eum exire, cum palam eos  
ut hosti occurserent cohortari uidetur. Antonius cum  
ad nuncium eorum quae Pelusij uenissent, Paratonio dis-  
cessisset, ante Alexandriam Cæsari obuiam factus, equi-  
tatu cum ab itinere fatigatum superauit. Hinc aucta con-  
fidentia, ac eo etiam, quod iaculatus in Cæsaris castra li-  
bellos, sena in singulos se stertia promisisset, pedestri etiā  
certamine congressus, uictus est. Etenim Cæsar ipse ultrò  
libellos militibus suis recitans, Antonium criminatus, tur-  
pitudineque proditionis eis ostensa, ac studio sui renoua-  
to eò adegit, ut fidem suam tentatam indignè frētes, stre-  
nuos se esse fidelesque demonstrare summo studio anni-  
terentur. Antonius insperato uictus, ad classem confugit:  
ac eō se comparauit, ut aut nauali pugna decerneret, aut  
in Hispanian transmitteret. Sed Cleopatra eo intellecto,  
id effecit, ut naues ab eo transfugerent: ipsa autem con-  
festim in monumentum insiluit, uerbo quidem, quasi id  
metu Cæsaris ac mortis sibi cōsciscendæ causa faceret, re  
ipsa autem, quod eodem Antonium quoque uenire uole-  
bat. Antonius et si se proditum esse suspicabatur, tamen  
amor ne id crederet obtinuit, ac firè magis eius, quam  
sui ipsius commiseratione afficiebatur: id exploratum  
habens Cleopatra, speransque fore, ut si ipsam obiisse au-  
diret, ipse etiam superuicere nollet, sed constim mor-  
tem expeteret, in sepulcrum cum Eunucho et duabus  
ancillis cucurrit, atque inde nuncium suæ mortis emisit.  
Quo audito Antonius, nulla mora interposita, ipse quoq;  
Antonius  
cit: xare,  
& supera-  
tur.  
Cleopatra  
Antoniu  
prodit.  
Antonius  
mortem a

bi ipsi con- mori decreuit, ac primùm quendam eorum quos secū ha-  
sciscit. bebat, orauit ut se occideret: cum uero is gladio nudato  
semetipsum interficisset, imitari hoc factum cupiens, sibi  
ipsi uulnus ingerit: collapsusq; in faciem, mortem obiisse  
ab ast. antibus iudicatus est. Inde coorto tumultu, Cleopatra  
cum id sensisset, ex fastigio sepulcri prospexit: (nam  
ianua eius ita erat parata, ut aperiri scelus clausa nequi-  
ret, sole partes superiores ad fastigium nondum erāt ab-  
solute) quam cum uidissent quidam, adeò exclamaues-  
runt, ut Antonius quoque exaudierit: isque intellecto cā  
esse superstitem, consurrexit, quod uiuere se posse arbi-  
traretur. Sed multo profuso sanguine, desperata uita, ob-  
testatus est præsentes, ut se ad sepulcrum deferrent, ac per  
funes qui ad extrahendos lapides suspensi erant, demit-  
terent, sicq; in gremio Cleopatrae diem suū clausit. Cleo-  
patra non nihil Cæsari fidens, omnem ei rem statim signi-  
ficauit: tamen metuens sibi ne quid durius in se statucre-  
tur, in sepulcro remansit: ut si nulla alia ratione salutem  
consequi posset, ac certè metu pecuniarum amittendarū  
sibi ueniam a Cæsare & regnum redimeret: adeò etiam  
inter tantas calamitates regni memoriam retinebat, ut  
mallet nomine & ornamenti eius retentis mori, quam  
priuata uita frui: ideoque & ignem paratum perdendis  
pecuniis habebat, & aspides, aliisque serpentes, quibus  
se ipsam interficeret: qui quo modo mortem afferrent, in  
aliis iam ante hominibus periculum fecerat. Cæsar et si  
gaza potiri, eamque uiuam capere cupiebat, ut in triu-  
pho duceret: tamen si quid fide interposita promississet, im-  
postor uideri nolens, id agebat, ut cum ea captiuua, ut in-  
uitè in suam potestatem redicta, agere ex animi senten-  
cia posset: itaque C. Proculium equitem ad eam misit, &  
Epaphrodi- Epaphroditum libereum, mandato que loqueretur, ager-  
tus.

C. Procu-  
leius.  
Epaphrodi-  
tus.

rēntque. Hi cum Cleopatra congressi, tolerabilibus ei cōditionibus propositis, subito eam prīusquā assentiretur,  
 corripuerunt: remotisque omnibus iis rebus, quae ad mor  
 tem consciēscēdam facerent, aliquot diebus ei ibi ut com  
 moraretur, dum Antonij cadauer condiret, concessis: de  
 inde in regiam adduxerunt, nihil ei de comitatu ac con  
 sueto cultu detrahentes, quō magis ea quæ cupiebat, im  
 petraturam se speraret, ac ne quid sibi ipsa mali iniunge  
 ret: quinetiam cum petūset Cæsaris colloquium, obti  
 nuit: ac ipse, quō magis eam deciperet, se uenturum ad eā  
 promisit. Tum Cleopatra conclavi ornatissimo, ac sella  
 preciosissimā parata, seipsum cultu quā in maximē abie  
 cto adornauit (nam habitus eam lugubris mirè decebat)  
 ac in sella consedit, appositis multis ac uariis Cæsaris su  
 perioris, imaginibus, inq; sinū suum epistolis ab eo ad se  
 datis acceptis, ingredicntēq; Cæsare, pudore suffusa exi  
 luit, & Salut, inquit, ô domine, hoc enim nomen mihi adē  
 ptum Dij tibi tribuerunt: Sed uides nimurum ipse hic pa  
 trem tuum, qualis se penumerò ille ad me ingressus est, au  
 disque quos mihi honores tribuerit, qui me etiam reginā  
 Aegypti constituit. Ut autem aliquid eius etiam ex me  
 percipias, accipe ex lege eas literas, quas ipse sua manu  
 exaratas ad me misit. His dictis, multa amatoria Cæsaris  
 uerbā recitauit, ac modò illacrumauit. Literāsq; ex oscula  
 tis est: modò ad eius imagines deuoluta, eas adorauit, palpe  
 brisque in Cæsarē reflexis, artificiosum luctum, ac uoces  
 ad molliendum animum appositas edidit, aliās has: Quō  
 nam mihi Cæsar hætuē literē redierūt? aliās: At uero in  
 hoc tu quoq; mihi superstes es: deinde iterum: Utinā qui  
 dem te prior ego mortem obiisse: mox rursum: Atqui  
 cum hunc habeo, te quoq; habeo. Hac uarietate ex sermo  
 nis ex gestuū usq; alia quædām ex uoce ex intuitu ei abe

Cleopatra  
capitur.

Cæsaris &  
Cleopatræ  
colloquii.

blandita est. Cæsar quanquam mulierem ciendis affectibus intentam animaduertebat, tamen eo dissimulato, oculis in terram defixis, hoc unum pronunciauit: Bono esto animo mulier, nihil enim mali patieris. At Cleopatra in genti dolore correpta, quod neque affexisset eam Cæsar, neque de regno aut amore ullum fecisset uerbum, ad genua eius se proiiciens, fletumque edens: Viuere quidem, inquit, o Cæsar neq; uolo neq; possum, hanc autem à te per patris tui memoriam peto gratiam, ut quoniam ab eo me fortuna Antonio despondit, cum eo etiam moriliceat. Vxtinam uero statim post mortem Cæsaris uita excessisse: nunc quoniam ut haec perferram infatis fuit, mitte me ad Antonium, neque mihi communem cum eo sepulturam inuidet, ut quemadmodum eius causa pereo, ita etiam apud inferos cum eo sim. Ad haec uerba nihil Cæsar respondit, ueritus autem ne se ipsa occideret, iterum animo ut esset bono hortatus est: ac neque solitam ei uitæ ratione ademit, et accurate obseruari iussit, adhibiturus eam ad exornandum suum triumphum. Quod ita fore suspicata Cleopatra, ac infinitis mortibus id acerbius ducens, moriserio cupiuit, multisque Cæsarem precata, ut quæ cunque ratione uitam sibi ad imcret, multis idem ipsam dis tentauit. Sed cum frustra id esset, sententiam se mustasse finxit, ac multum spei in Cæsare, multum in Liua habere, ultróque se uelle nauigare dixit, cimeliaq; quedam quæ dono huic ferret, parauit: sperans futurum, ut secundum faceret se mori nolle, minisq; attentè custodita, nec sibi consciencere posset. Neq; ea haec spes frustrata est. Igitur ubi cum alij, tum Epaphroditus, cui custodia eius mandata erat, ex animo ita eam sentire putantes, de diligenter obseruandæ ipsis remiserunt: ad id se componens, ut quam minimo cum dolore diem suum clauderet, epis-  
tol

ftolam, qua à Cæsare petebat ut cum Antonio sepeliri ipsam iuberet, Epaphrodito dedit perfendam, obsignatam quidem, ut is aliud quiddam contineri ea existimans, occasione epistole Cæsari reddendæ è medio remoueretur: eoque digresso, rem propositam exequandam sibi sumens, ueste se omnium elegantissima induit, ac quam potuit pulcerrimè exornauit, omniq[ue] habitu regio assumpto, uita excessit. Quo mortis genere obierit, certum non est: puncturæ tantum exiguae in brachio eius reperiuntur sunt. Perhibent quidam eam in urna illatam aspidem, aut inter flores quosdam, corporis suo adhibuisse: alij acū ab ea, qua capillum componere soliti esset, ueneno inunctam tradunt: cuius ea fuerit natura, ut cum corpori a lias nullum damnum iniungat, ubi primum tamen sanguinem uel minimum attigerit, mortem & celerrimam, & absq[ue] omni dolore afferat. Hanc acum ab ea more suo in capite catenus gestatam, tum detractam, brachiōq[ue] in hoc fauciato, sanguini immissam fuisse. Ad hunc igitur Cleopatra modum, aut certe minime dissimili ratione cum ancillis duab. mortua est. Nam Eunuchus simul atque Cleopatra capta fuit, serpentibus sese ultrò mordendum præbuerat, morsusque in foueam præparatam sibi ad id inciderat. Cæsar audito Cleopatræ interitu, attonitus, corpus eius uidit, remediąq[ue] ei, & Psyllos adhibuit, si qua cārassitione uite restituere posset. Psylli enim hi uiri sunt (neque psylli, que enim foemella nascitur Psylla) qui possunt omnium serpentum uenenā ex hominibus nondum mortuis exuge Lucan. re, neque ipsis morsis à serpentibus incommodum ullum accidit. Nascuntur autem ex scipis, natosque aut serpentibus continuò iniectis, aut ipsis fasciolis in serpentes coniectis probant: nam serpentes neque lēdere infante possunt, & uestibus eius impositis, corpore corripiuntur.

Cleopatra  
mors.

Eunuchi f.  
des.

tur. Cum nullo modo ad uitam reduci Cleopatra posset, miratus eam, ac misericordia prosecutus, magnoperè doluit, omni se triumphisui gloria spoliatum esse ratus. Ita Antonius ac Cleopatra multorum malorū et Aegyptiis et Romanis autores, et bellum gesserunt, et morte operierunt, ac eodem modo conditi, in eadem arca sepulti sunt. Fuit autem hec utriusq; animi natura, et uitæ fortuna.

**Antonij in-**

**genium.** Antonius quæ ex usu essent intelligendo nemini concepsit, idemque multa imprudenter egit. in nonnullis rebus fortitudine claruit, multas propter timiditatem infeliciter gescit: par in eodem magnanimitas ac pusillanimitatis erat, aliena rapiebat, sua negligebat, multos preter rationem miserabatur, plures iniuste pleblebat. his artibus ex infirmissimo potentissimus, ex pauperrimo ditissimus effectus, neutro bono usus est: sed cum solus Romanorum imperio potiri cuperet, scipsum interfecit. At Cleopatra modum neque rei uenereæ, neque auaricie statuere noruerat, multa per ambitionem prodigalitate, multa etiam temeraria superbia utens, regnum Aegyptium amore prauerat, ac eadem arte Romanum quoq; adipisci intendens, et hoc non consecuta est, et suum insuper perdidit: cumque duos viros Romanorum suo tempore maximos sub se redigisset, propter tertium necem sibi ipsa consciuit. Haec illorum et uita fuit, et exitus. Ex liberis alterum eorum Antyllus, quamquam ei erat Cæsaris filia de quid statue sponsata, ac in patris eius facellū à Cleopatra factum constituit.

**Cæsar in li-**

**beros corū**

**terris**

**fugientis**

**Antylli &**

**Cæsari**

**interitus.**

**Cleopatra**

**Iubæ dupla.**

**Alexander.**

**Ptolemæus.**

**regno,**

**et paterno**

**etiam donauit:**

**bisque**

**etiam Alexan-**

**drum**

**et Ptolemæum**

**concessit:**

**sororis**

**suæfiliatus,**

**quod ex Ant**

**natura.**

**rebus**

**prodigalitate,**

**etiam**

**temeraria**

**superbia**

**utens,**

**regnum**

**Aegyptium**

**amore**

**prauerat,**

**ac eadem**

**arte**

**Romanum**

**quoq;**

**adipisci**

**inten-**

**dens,**

**et hoc**

**non con-**

**secuta**

**est,**

**et suum**

**insuper**

**perdi-**

**dit:**

**cumque**

**duos**

**viros**

**Romanorum**

**suo**

**tempore**

**maxi-**

**mos**

**sub se**

**redegi-**

**set,**

**propter**

**tertium**

**necem**

**sibi**

**ipsa**

**co-**

**sciuit.**

**Hæc**

**illorum**

**et**

**uita**

**fuit,**

**et**

**exitus.**

**Ex**

**liberis**

**alterum**

**eorum**

**Antyllus,**

**quamquam**

**ei**

**erat**

**Cæsaris**

**filia**

**de**

**quid**

**statue**

**sponsata,**

**ac**

**in**

**patris**

**eius**

**facellū**

**à**

**Cleopatra**

**factum**

**consti-**

**tuit.**

**fugientis**

**statim**

**iugulatus**

**est:**

**Cæsario**

**autē**

**in**

**Aethiopianis**

**fugiens,**

**interceptus**

**in**

**itinere,**

**necatus:**

**Cleopatra**

**autem**

**Iubæ,**

**Iubæ**

**filio**

**in**

**matrimonium**

**tradita**

**est.**

**Hunc**

**Iubam**

**Cæsar**

**in**

**Italia**

**educatum,**

**ac**

**suam**

**militiam**

**secutum**

**hoc**

**regno,**

**et**

**paterno**

**etiam**

**donauit:**

**bisque**

**etiam**

**Alexan-**

**drum**

**et**

**Ptolemæum**

**concessit:**

**sororis**

**suæfiliatus,**

**quod**

**ex**

**Ant**

**natura.**

**rebus**

**prodigalitate,**

**etiam**

**temeraria**

**superbia**

**utens,**

**regnum**

**Aegyptium**

**amore**

**prauerat,**

**ac eadem**

**arte**

**Romanum**

**quoq;**

**adipisci**

**inten-**

**dens,**

**et hoc**

**non con-**

**secuta**

**est,**

**et suum**

**insuper**

**perdi-**

**dit:**

**cumque**

**duos**

**viros**

**Romanorum**

**suo**

**tempore**

**maxi-**

**mos**

**sub se**

**redegi-**

**set,**

**propter**

**tertium**

**necem**

**sibi**

**ipsa**

**co-**

**sciuit.**

**Hæc**

**illorum**

**et**

**uita**

**fuit,**

**et**

**exitus.**

**Ex**

**liberis**

**alterum**

**eorum**

**Antyllus,**

**quamquam**

**ei**

**erat**

**Cæsaris**

**filia**

**de**

**quid**

**statue**

**sponsata,**

**ac**

**in**

**patris**

**eius**

**facellū**

**à**

**Cleopatra**

**factum**

**consti-**

**tuit.**

**fugientis**

**statim**

**iugulatus**

**est:**

**Cæsario**

**autē**

**in**

**Aethiopianis**

**fugiens,**

**interceptus**

**in**

**itinere,**

**necatus:**

**Cleopatra**

**autem**

**Iubæ,**

**Iubæ**

**filio**

**in**

**matrimonium**

**tradita**

**est.**

**Hunc**

**Iubam**

**Cæsar**

**in**

**Italia**

**educatum,**

**ac**

**suam**

**militiam**

**secutum**

**hoc**

**regno,**

**et**

**paterno**

**etiam**

**donauit:**

**bisque**

**etiam**

**Alexan-**

**drum**

**et**

**Ptolemæum**

**concessit:**

**sororis**

**suæfiliatus,**

**quod**

**ex**

**Ant**

**natura.**

**rebus**

**prodigalitate,**

**etiam**

**temeraria**

**superbia**

**utens,**

**regnum**

**Aegyptium**

**amore**

**prauerat,**

**ac eadem**

**arte**

**Romanum**

**quoq;**

**adipisci**

**inten-**

**dens,**

**et hoc**

**non con-**

**secuta**

**est,**

**et suum**

**insuper**

**perdi-**

**dit:**

**cumque**

**duos**

**viros**

**Romanorum**

**suo**

**tempore**

**maxi-**

**mos**

**sub se**

**redegi-**

**set,**

**propter**

**tertium**

**necem**

**sibi**

**ipsa**

**co-**

**sciuit.**

**Hæc**

**illorum**

**et**

**uita**

**fuit,**

**et**

**exitus.**

**Ex**

**liberis**

**alterum**

**eorum**

**Antyllus,**

**quamquam**

**ei**

**erat**

**Cæsaris**

**filia**

**de**

**quid**

**statue**

**sponsata,**

**ac**

**in**

**patris**

**eius**

**facellū**

**à**

**Cleopatra**

**factum**

**consti-**

**tuit.**

**fugientis**

**statim**

**iugulatus**

**est:**

**Cæsario**

**autē**

**in**

**Aethiopianis**

**fugiens,**

**interceptus**

**in**

**itinere,**

**necatus:**

**Cleopatra**

**autem**

**Iubæ,**

**Iubæ**

**filio**

**in**

**matrimonium**

**tradita**

**est.**

**Hunc**

**Iubam**

**Cæsar**

**in**

**Italia**

**educatum,**

**ac**

**suam**

**militiam**

**secutum**

**hoc**

**regno,**

**et**

**paterno**

**etiam**

**donauit:**

**bisque**

**etiam**

**Alexan-**

**drum**

**et**

**Ptolemæum**

**concessit:**

**sororis**

**suæfiliatus,**

**quod**

**ex**

**Ant**

**natura.**

**rebus**

**prodigalitate,**

**etiam**

**temeraria**

**superbia**

**utens,**

**regnum**

**Aegyptium**

**amore**

**prauerat,**

**ac eadem**

**arte**

**Romanum**

**quoq;**

**adipisci**

**inten-**

**dens,**

**et hoc**

**non con-**

**secuta**

**est,**

**et suum**

**insuper**

**perdi-**

**dit:**

**cumque**

**duos**

**viros**

**Romanorum**

**suo**

**tempore**

**maxi-**

**mos**

**sub se**

**redegi-**

**set,**

**propter**

**tertium**

**necem**

**sibi**

**ipsa**

**co-**

**sciuit.**

**Hæc**

**illorum**

**et**

**uita**

**fuit,**

**et**

**exitus.**

**Ex**

**liberis**

**alterum**

**eorum**

**Antyllus,**

**quamquam**

**ei**

**erat**

**Cæsaris**

**filia**

**de**

**quid**

**statue**

**sponsata,**

**ac**

**in**

**patris**

**eius**

**facellū**

**à**

**Cleopatra**

**factum**

**consti-**

**tuit.**

**fugientis**

**statim**

**iugulatus**

**est:**

**Cæsario**

**autē**

**in**

**Aethiopianis**

**fugiens,**

**interceptus**

**in**

**itinere,**

**necatus:**

**Cleopatra**

**autem**

**Iubæ,**

**Iubæ**

**filio**

**in**

**matrimonium**

**tradita**

**est.**

**Hunc**

**Iubam**

**Cæsar**

**in**

**Italia**

**educatum,**

**ac**

**suam**

**militiam**

**secutum**

**hoc**

**regno,**

**et**

**paterno**

**etiam**

**donauit:**

**bisque**

**etiam**

**Alexan-**

**drum**

**et**

**Ptolemæum**

**concessit:**

**sororis**

**suæfiliatus,**

**quod**

**ex**

**Ant**

**natura.**

**rebus**

**prodigalitate,**

**etiam**

**temeraria**

**superbia**

**utens,**

**regnum**

**Aegyptium**

**amore**

**prauerat,**

**ac eadem**

**arte**

**Romanum**

**quoq;**

**adipisci**

**inten-**

**dens,**

**et hoc**

**non con-**

**secuta**

**est,**

**et suum**

**insuper**

**perdi-**

**dit:**

**cumque**

**duos**

**viros**

**Romanorum**

**suo**

**tempore**

**maxi-**

**mos**

**sub se**

**redegi-**

**set,**

**propter**

**tertium**

**necem**

**sibi**

**ipsa**

**co-**

**sciuit.**

**Hæc**

**illorum**

**et**

**uita**

**fuit,**

**et**

**exitus.**

**Ex**

**liberis**

**alterum**

**eorum**

**Antyllus,**

**quamquam**

**ei**

**erat**

**Cæsaris**

**filia**

**de**

**quid**

**statue**

**sponsata,**

**ac**

**in**

**patris**

**eius**

**facellū**

**à**

**Cleopatra**

**factum**

**consti-**

**tuit.**

**fugientis**

**statim**

**iugulatus**

**est:**

**Cæsario**

**autē**

**in**

**Aethiopianis**

**fugiens,**

**interceptus**

**in**

**itinere,**

**necatus:**

**Cleopatra**

**autem**

**Iubæ,**

**Iubæ**

**filio**

**in**

**matrimonium**

**tradita**

**est.**

**Hunc**

**Iubam**

**Cæsar**

**in**

**Italia**

**educatum,**

**ac**

**suam**

**militiam**

**secutum**

**hoc**

**regno,**

**et**

**paterno**

**etiam**

**donauit:**

**bisque**

**etiam**

**Alexan-**

**drum**

**et**

**Ptolemæum**

**concessit:**

**sororis**

**suæfiliatus,**

**quod**

**ex**

**Ant**

**natura.**

**rebus**

**prodigalitate,**

**etiam**

**temeraria**

**superbia**

**utens,**

**regnum**

**Aegyptium**

**amore**

**prauerat,**

**ac eadem**

**arte**

**Romanum**

**quoq;**

**adipisci**

**inten-**

**dens,**

**et hoc**

**non con-**

**secuta**

**est,**

**et suum**

**insuper**

**perdi-**

**dit:**

**cumque**

**duos**

**viros**

**Romanorum**

**suo**

**tempore**

**maxi-**

**mos**

**sub se**

**redegi-**

**set,**

**propter**

**tertium**

**necem**

**sibi**

**ipsa**

**co-**

**sciuit.**

**Hæc**

**illorum**

**et**

**uita**

**fuit,**

**et**

**exitus.**

**Ex**

**liberis**

**alterum**

**eorum**

**Antyllus,**

**quamquam**

**ei**

**erat**

**Cæsaris**

**filia**

**de**

**quid**

**statue**

**sponsata,**

**ac**

**in**

**patris**

**eius**

**facellū**

**à**

**Cleopatra**

**factum**

**consti-**

**tuit.**

**fugientis**

**statim**

**iugulatus**

**est:**

**Cæsario**

**autē**

**in**

**Aethiopianis**

**fugiens,**

**interceptus**

**in**

**itinere,**

**necatus:**

**Cleopatra**

**autem**

**Iubæ,**

**Iubæ**

**filio**

**in**

**matrimonium**

**tradita**

**est.**

**Hunc**

**Iubam**

**Cæsar**

**in**

**Italia**

**educatum,**

**ac**

**suam**

**militiam**

**secutum**

**hoc**

**regno,**

**et**

**paterno**

**etiam**

**donauit:**

**bisque**

**etiam**

**Alexan-**

**drum**

**et**

**Ptolemæum**

**concessit:**

**sororis**

**suæfiliatus,**

**quod**

**ex**

**Ant**

**natura.**

**rebus**

**prodigalitate,**

**etiam**

**temeraria**

**superbia**

**utens,**

**regnum**

**Aegyptium**

**amore**

**prauerat,**

**ac eadem**

**arte**

**Romanum**

**quoq;**

**adipisci**

**inten-**

**dens,**

**et hoc**

**non con-**

**secuta**

**est,**

**et suum**

**insuper**

**perdi-**

**dit:**

**cumque**

**duos**

**viros**

**Romanorum**

**suo**

**tempore**

**maxi-**

**mos**

**sub se**

**redegi-**

**set,**

**propter**

**tertium**

**necem**

**sibi**

**ipsa**

**co-**

**sciuit.**

**Hæc**

**illorum**

**et**

**uita**

**fuit,**

**et**

**exitus.**

**Ex**

**liberis**

**alterum**

**eorum**

**Antyllus,**

**quamquam**

**ei**

**erat**

**Cæsaris**

**filia**

**de**

**quid**

**statue**

**sponsata,**

**ac**

**in**

**patris**

**eius**

**facellū**

**à**

**Cleopatra**

**factum**

**consti-**

**tuit.**

**fugientis**

**statim**

**iugulatus**

**est:**

**Cæsario**

**autē**

**in**

**Aethiopianis**

**fugiens,**

**interceptus**

**in**

**itinere,**

**necatus:**

**Cleopatra**

**autem**

**Iubæ,**

**Iubæ**

**filio**

**in**

**matrimonium**

**tradita**

**est.**

**Hunc**

**Iubam**

**Cæsar**

**in**

**Italia**

**educatum,**

**ac**

**suam**

**militiam**

**secutum**

**hoc**

**regno,**

**et**

**paterno**

**etiam**

**donauit:**

**bisque**

**etiam**

**Alexan-**

**drum**

**et**

**Ptolemæum**

**concessit:**

**sororis**

**suæfiliatus,**

**quod**

**ex**

**Ant**

**natura.**

**rebus**

**prodigalitate,**

**etiam**

**temeraria**

**superbia**

**utens,**

**regnum**

**Aegyptium**

**amore**

**prauerat,**

**ac eadem**

**arte**

**Romanum**

**quoq;**

**adipisci**

**inten-**

**dens,**

**et hoc**

**non con-**

**secuta**

**est,**

**et suum**

**insuper**

**perdi-**

**dit:**

**cumque**

**duos**

**viros**

**Romanorum**

**suo**

**tempore**

**maxi-**

**mos**

**sub se**

**redegi-**

**set,**

**propter**

**tertium**

**necem**

**sibi**

**ipsa**

**co-**

**sciuit.**

**Hæc**

**illorum**

**et**

**uita**

**fuit,**

**et**

**exitus.**

**Ex**

**liberis**

**alterum**

**eorum**

**Antyllus,**

**quamquam**

**ei**

**erat**

**Cæsaris**

**filia**

**de**

**quid**

**statue**

**sponsata,**

**ac**

**in**

**patris**

**eius**

**facellū**

**à**

**Cleopatra**

**factum**

**consti-**

**tuit.**

**fugientis**

**statim**

**iugulatus**

**est:**

**Cæsario**

**autē**

**in**

**Aethiopianis**

**fugiens,**

**interceptus**

**in**

**itinere,**

**necatus:**

**Cleopatra**

**autem**

**Iubæ,**

**Iubæ**

**filio**

**in**

**matrimonium**

**tradita**

**est.**

**Hunc**

**Iubam**

**Cæsar**

**in**

**Italia**

**educatum,**

**ac**

**suam**

**militiam**

**secutum**

**hoc**

**regno,**

**et**

**paterno**

**etiam**

**donauit:**

**bisque**

**etiam**

**Alexan-**

**drum**

**et**

**Ptolemæum**

**concessit:**

**sororis**

**suæfiliatus,**

**quod**

**ex**

**Ant**

**natura.**

**rebus**

**prodigalitate,**

**etiam**

**temeraria**

**superbia**

**utens,**

**regnum**

**Aegyptium**

**amore**

**prauerat,**

**ac eadem**

**arte**

**Romanum**

**quoq;**

**adipisci**

**inten-**

**dens,**

**et hoc**

**non con-**

**secuta**

**est,**

**et suum**

**insuper**

**perdi-**

**dit:**

**cumque**

**duos**

**viros**

**Romanorum**

**suo**

**tempore**

**maxi-**

**mos**

**sub se**

**redegi-**

**set,**

**propter**

**tert**

ex Antonio suscepserat Octauia, ac nutriuerat, pecunias  
 ex bonis paternis tribuit. Iulio Antonij & Fulviae filio li-  
 bertos eius confessim ea omnia dare iussit, quæ morientes  
 ei relinquere legibus iubebantur. Qui Antonij rebus fa-  
 uissent, eorum alios suppicio affecit, alios uenia, uel sua  
 sponte, uel amicis intercedentibus. Cumque inuenisset a-  
 pud Antonium permultos principum ac regum liberos,  
 alios obsidum nomine, alios per contumeliam educatos  
 fuisse, eorum partem domum remisit, partim coniugio in-  
 uicem copulauit, alios retinuit; ego cæteris omisis, duo  
 tantum exempli eius rei nominatim commemorabo. Iota =  
 pœm regi Medorum, qui ad se uictus confugerat, ultrò  
 rediit; Artaxæ autem, quia is Romanos, qui in Arme-  
 nia superuerant, occidisset, fratres suos quantumuis pe-  
 tenti non remisit. Aegyptiis porro, Alexandrinisq; uni-  
 uersis ignouit, ac nullum eorum occidit: cuius causar eue-  
 rah. ec fuit, quod nolebat tot talesque viros, qui multis in  
 reb. magnoperè Romanis profuissent, extremis malis af-  
 sicere. nam prætendebat huius suæ clementie causa, m,  
 Deum Serapin, Alexandrumq; urbis conditore, tertiumq;  
 Præter eos Areum Alexandrimum ciuem, cuius olim in Areus Phi-  
 losophia: opera ac conuersatione usus erat. Oratione  
 autem, qua causam ueniæ ipsis dat, exponeret, Græcè  
 habuit, ut intelligi ab ipsis posset. Deinde corpus Alexan- Corpus Ale-  
 dri inspexit, idque attractavit, ita ut nasi quoque (ita e-  
 nim fertur) particulam aliquam fregerit: Ptolemae eum  
 autem corpora, quamquam euostendere Alexandri eni-  
 xè uolebant, non spectauit, resగem se, non mortuos uoluif  
 se uidere dicens: eadēque de causa Apim quoque noluit Apls.  
 accedere, deos se, nō boues adorare confucuisse prohibes.  
 Aegypto autem ibutariæ factæ Cornelium Gallum præ-  
 fecit. Multitudine sanè hominum, urbium, ac agrorum, ac  
 præficiuntur.

mores eius gentis leues efficiebant, tum copia annonæ et pecuniae efficiebant, ut non modo committere prouinciam Senatori nulli auderet, sed et proficisci in Aegyptum potestatem, nisi ipse nominatim alicui permisisset, omnibus adimebat: adeò enim suspectos Aegyptios studij nouarum rerum habebat, ut nemini eorum Senatorem esse Romæ permiserit, sed ceteris quidem urbibus suo unicuique modo, Alexandrinis sine Senatoribus Rempublicam administrare iussit. Quæ eo tempore constituta, reliqua quidem omnia hodièque constant: Ses-

Alexandri- nati autem Alexandria sunt, et esse cœperunt sub ni quando Senatores Seuero Imperatore, Alexandrinique in Senatum etiam Romæ esse Romanum adscripti sunt à filio huius Antonino. Hoc pa ceperint.

Aegyptus in scrutitatem redacta est, omnibus qui re stitissent, paulo post subactis, quod ipsis diuinitus etiam

Prodigia seruitutem Aegypto præ dicentia. euidenter præmonstratum fuit. Nam et pluit iis in los cis, in quibus ante nulla unquam gutta deciderat: idque non aqua, sed sanguine: et simul arma in nubibus ap-

paruerunt, sonitusq; ab alia parte tympanorum ac cym= balorum, fistularumq; et tubarum uoces exaudite sunt.

Draco quidam immodicæ magnitudinis repente apud Aegyptios uisus, immensum sibilauit: apparueruntq; eodem tempore Cometæ, et mortuorum imagines, simulæ

Cometa. Maxima pœcilia Ro mani poti ti.

craque tristiciam pre se tulerunt, et Apis lugubre multum, ac lacrymas edidit. Ceterum magna pecunie uis in regi: reperta est (omnia enim frè etiam sanctissimum

templorum donaria sustulerat Cleopatra, ac Romanis prædam sine ipsorum scelere aliquo adauxerat) multæ etiam ab iis, qui criminis alicuius rei fierent, exigeban-

tur, ac reliqui seorsim omnes, quibus crimen nullum obii ci poterat, bessem bonorum suorum poscebantur. Inde o-

mnibus militibus stipendia debita numerata sunt: qui ue-

rò tur

rò tum quoque cum Cæsare erant, ducentos quinqueaginos singuli denarios acceperunt, ne urbem diriperent: omnibus qui mutuum antè aliquid dedissent, exolutum id est: multa Senatoribus ac equitibus qui in belli societate fuerant, dona data sunt. In summa, Imperium Romanorū ditatum est, templaque eorum exornata. His actis, Cæsar eo quoque ibi in loco quo pugnatum fuerat, urbem condidit, idemque ei et nomen, et ludos eosdem attrahuit: fossas autem quibus aqua ducebatur, partim expurgavit, partim nouas egit; omnibusque que ex usu erant constitutis, per Syriam in Asiam prouinciam profectus, hyberna ibi egit; simulque ex subditorum omnia negotia, ex Parthicum composuit. Coorta enim inter Parthos discordia, ac quidam Teridates contra Phraaten insurrexerat, et primum, quandiu res Antonij adhuc

Nicopolis  
in Aegypto.

Cæsar in A-  
siām it.

Parthicum  
negociū ve-  
Cæsar com-  
posuerit.

ac etiam post nauale predium poscentibus, nihil aliud quam deliberaturum se refondit, occupationem Aegyptiam pretendens, cum hoc uerè ageret, ut ipsorum mutuo bello uires attererentur. Tunc autem Antonio mortuo, cum Teridates uictus in Syriam confugisset, Phraates uictor legatos ad Cæsarem misisset, ius Cæsar amicè respondit: ac Teridati quidem auxiliū nullum promisit, ut tamen in Syria uersaretur, concessit: filiumque ab eo Phraatis beneficij loco acceptum, Romanum adduxit, obsidisque loco habuit. Hoc, et superiori tempore, permulta Romæ in honore Cæsaris propter uictoriā naualē sunt facta decreta: nam ei et de Cleopatra triumphus cōcessus est, et fornic trophæum gerens Brundusij, aliisque in foro Romano, utque sacrarij Iulij basis captiuarum nauium rostris ornaretur, ludique in honorem eius quinquennales haberentur, feriae essent natali eius die; ac ea die, qua uictorie nū-

Phraatis fi-  
lius obsec-  
Cæsare ter-  
uatur.

Honores Cæ-  
sari decreti.

cūs allatus fuit, utque ei in urbem ingredienti Vestales uirgines, Senatus, populusque cum coniugibus & literis obuiam irent. Iam enim superflū est uota, imagines, pri-  
mum in confessu locum, aliāq; id genus refre. Hęc igitur primò decreta sunt, ornamentiāque Antonij partim  
deicta, partim deleta, diēsque eius natalis nefastus iudi-  
catus: & edicto cautum, ne quis ex ea familia Marci p̄a-  
nomen ferret. Postquam uero mortuum eundem esse ana-  
nunciatum est, eo ipso anno, in cuius aliqua parte Cicero  
Ciceronis filius Consulatum gesit, quidam hoc non sine  
numinis alicuius consilio censuerunt accidisse, quod pa-  
ter eius fuerat ab Antonio occisus: Cæsarique præterea  
decreta sunt corone & supplicationes multe, cīq; etiā  
alius de Aegyptiis triumphus concessus est. Neque enim  
uel antè, uel tunc etiam Antonium ac Romanos qui cum  
eo fuissent, eo nomine habebant, ut de iis triumphandum  
esse statuerent. Diem quo capta fuit Alexandria, festum  
esse censuerunt, ab eoq; reliquis annis numerandi initii  
sumi, itque Cæsar per omnem suam uitam Tribuniciam  
potestatem haberet, eique qui ipsum implorassent intra  
pomerium, ac extra usque ac D. passus auxilium ferre  
posset, nemini quidem hoc Tribunoplebis concessum: uel  
que ad eum prouocationes fierent, ac ipse omnibus iudi-  
ciis suffragiū quasi Mimerua ferret, ut sacerdotes ac sa-  
cerdoti mulieres cum pro S. P. Q. Romano uota conciperet,  
pro ipso quoque uota ficerent: ut in coniuiis non modo  
publicis, sed priuatiss quoque pro colib. retur. Cæsare V.  
Sexto Apuleio Consulibus: præterea iuramento omnis  
eius acta confirmata sunt, Kalendis Ianuariis ipsis: cūm q̄  
etiam à Parthis literæ uenissent, decretum ut in hymnos  
iuxta diū immort. libus ipse adscriberetur, tribus Inlia  
ab eo denominaretur, corona triumphali omnibus ludis

Cicero lu-  
nior.

Quasi Mi-  
nerua, suspe-  
ctu lelio.

Anno V. C.  
7. s.

ad scriberetur, corona triumphali omnibus ludis  
natur

uteretur, Senatores socij eius uictorie in triumpho cum  
 ipso inueherentur uestibus purpura prætextis induiti, ut  
 dies qua in urbem intrasset, sacrificiis publicis celebrare  
 tur, semp̄rēq; festa esset; ut sacerdotes quotcunq; uellet e-  
 tiam neglecto numero antiquitū recepto constitueret:  
 quod quidem ab eo acceptum, deinceps in infinitum ex-  
 creuiet, ut mihi nequaquam opus sit de numero sacerdotiū  
 accuratē commentari. Cæsar omnia hec paucis demptis  
 admisit. id uero aperte recusauit, ne omnes qui in urbe  
 erant, obuiam sibi procederent. Sed ex omnibus his de-  
 cretis nullum ei maiori uoluptati fuit, quam quod porta  
 Ianus ab ipsis clausa sunt: quasi omnibus bellis confectis: Janus à Cæ-  
sare claus.  
 ac quod augurium salutis factū est, hactenus ob eas quas  
 dixi causas intermissum. Erant quidem tum quoq; in arc-  
 mis Treuiri, Germanis sibi adiunctis, & Cantabri, Vac-  
 cei, Asturēsq; uerū hos Statilius Taurus, illos Nonius  
 Gallus domuit: exstabāntque apud istos populos quidam  
 tumultus: sed quianihil magnū inde evenit, neque Roma-  
 nis bellum esse suscipiendo tempore uisum est, ego  
 quoque nihil insigne quod de iis scribam habeo. Cæsar  
 hoc tempore cū alia quædam egit, tum templum Romæ,  
 ac patris sui, quem herocom iulium uocabat, Ephesi & Ni-  
 cea fieri permisit, (hæc nū tum urbes Asie & Bithynie  
 clarissimæ habebātur) utque ab incolis Romanis co-  
 lerentur: extraneis autem hominibus, quos Græcos ipse  
 appellabat, concessit ut sibi ipsi quoque templa facerent:  
 Asiani quidem Pergani, Bithyni uero Nicomediae. Id ab  
 hoc initio tractum reliquorum in honorem deinceps im-  
 peratorum non à Græcis tantum factum est, sed & om-  
 nibus aliis populis Romano imperio subditis. nam Ro-  
 me quidem, & in Italia nemo unquam alicuius preciū ho-  
 mo id facere ausus est: quinquaginta defunctis imperato-  
Cæsar parv  
& sibi diui-  
nos hono-  
res dat.  
imperato-  
ribus

ribus diuini honoribus, qui imperio recte usi sint, cum alijs diuini honores dantur, tum sacraria tribuuntur. Hec ea hyeme acta,

& Pergamenis quoque ut ludos quos sacros dicunt, in honorem templi eius celebrarent permisum. Aestate in Græciam, atque hinc in Italiam Cæsar transmisit, eoque urbem intrante rem sacram & alijs fecerunt (quod de-

Valerius Postumus Cœsul.

Cæsaris ob aduentum Romæ sacrificatur. sicut ex priori biennio, Consulatum obtinente. Is

igitur Potitus publicè pro S.P.Q.R. propter aduentū Cæsaris sacrificauit, quod ante id temporis pro nemine unquam factum fuerat. Deinde Cæsar legatos suos collau-

davit, honorib[us]que decorauit, ut consuetudinis suæ erat: Agrippa ho-

nore afficietur, & milites donis, ac populo.

Agrippa h[ab]uit: Agrippa n[on]que in primis præter alios honores uexil-

lo cœruleo, quod uictorie naualis esset testimonium, exor-

nauit, militibus suis munera quedam præbuit, populo ui-

ritim quadringentos nummos diuisit, puberibus primum,

deinde etiam pueris, in gratiam Marcelli, sororis sue filij. Hæc, & quod ab urbibus Italæ aurum coronarium

non acceperat, omnia que ipse debebat, persoluerat, sibi debita etiam inum ab aliis nequaquam exigebat, (quod

debitum quale fuerit, supra memini ostendere) efficerat,

ut omnium malorum Romanorum obliuiscerentur, ac triumphos eius libenter admodum spectarent, tanquam de so-

lis exteris superatis ductos. Tantum enim pecunia per

uniuersam urbem ferebatur, ut & facultatum census au-

etus sit: & fœnus quod ante denario pendebatur, tum ad

Triumphi Cœsaris tres. tricentem eius reciderit. Prima die Cæsar triumphum egit de Pannoniis, Dalmatis, Iapydis, finitumisque eorum,

C. Carina res gestæ & triumphus. & nonnullis Galliæ ac Germaniæ populis. Nam C. Cari-

nas Morinos, aliòsq[ue] eorum rebellionis socios domuerat,

Sueosque Rhenum aliquoties transgressos profligauit:

rat; itaque et ipse triumphum (quamvis pater eius à Sylla  
 interfactus, et ipse cum eiusdem conditionis homini-  
 bus magistratum gerere prohibitus fuerat) duxit, et Cæ-  
 sar: quoniam uictoria ad summæ rei præfatum imperato-  
 rem referri solebat. Secunda die Cæsar de Actiaca naua-  
 li pugna triumphauit. Tertia, de subacta Aegypto. Erat  
 quidem reliqui etiam triumphi insignes, propter iuolia,  
 que tanta parta fuerant, ut apparatu omni facile suffe-  
 cerint; Aegyptius tamen preciosissimus fuit, et ornatisia-  
 mus apparatu. Inter alia que in eo triumpho infereban-  
 tur, Cleopatra etiam in culcitra portabatur, ad imitatio-  
 nem mortis eius efficta, ut quodam modo ipsa etiā inter-  
 reliquos captiuos, cum Alexandro filio suo, filiāq; Cleo-  
 patra, quibus Solis et Lunæ nomen indiderat, spectata  
 fuerit. His omnibus triumphis Cæsar in urbem inuenctus,  
 ex consuetudine nihil non egit, præterquam quod col-  
 legam et reliquos magistratus passus est præter morem  
 se subsequi cum Senatoribus uictorie sociis: alioquin ea  
 nim magistratus præcedere, subsequi autem Senatores  
 istos receptum fuerat. Deinde Mineruæ templū, et quod  
 Chalcidicū uocatur, tum Curiam Iuliam in honorem p[ro]p[ter]a  
 tris sui factam dedicauit, in eaque imaginem Victoriae po-  
 suit, que hodie quoque extat, Tarento olim Romanam adue-  
 ñta, ac à Cæsare tum in Curia posita, et spoliis Aegyptiis  
 decorata: quo Cæsar nimurum ostendebat, Imperium sc[ri]p-  
 tis in eo suspensis donariis ex præda Aegyptiaca exorna-  
 uit, multa etiam Ioui Capitolino, Junonique et Mineruæ  
 consecravit, cum ex S.C. omnia in eorum templis suspēsa  
 ornamēta, tanquam contaminata, essent detracta. Ita Cleo-  
 patra, quanquam uicta et capta, gloriā tamen consecru-  
 ta est, cum eius ornamenta in templis nostris affixa sint,  
Mineruæ et  
plum.  
Chalcidicū.  
Curia Iulia,  
Victoria i-  
mago.  
Cleopatra  
images



Ludi in cō-  
secratione  
iēpli Iulij. *et ipsius aurea imago in templo Veneris conspiciatur.*  
*Porrò in sacrarij consecratione, ludi omnis generis facti*  
*sunt, patriciique pueri Troiam lusserunt, viri q; simuli ra-*  
*tione equis celeribus, bigisq; et quadrigis certauerūt. Q.*  
*Q. Vintelio. Vintelius Senator pro gladiatore pugnauit, multe fere,*  
*ac animantia, et inter h.e.c Rhinoceros, et equus fluuid*  
*tilis (Hippopotamum Græci dicunt) tunc primum et uisi*  
*Rome, et occisi sunt. Hippopotamus quale sit animal,*  
*multi tradiderunt, multo plures uiderunt: Rhinoceros*  
*autem cetera elephantis similis est: cornu autem ex ipso*  
*naso prominens habet, hincque suum nomen insuenit. Tur*  
*ma quoque Dacorum et Sueorum depugnantes ini-*  
*scem introductae sunt: quarum altera Scythica est quodā-*  
*modo, altera Germanica natio, nam Sueui, si accuratē lo*  
*quamur, trans Rhenum incolūt, quamq; multi quoque as*  
*lij Sueorum nōmen sibi sumant: at Daci ex utraq; pars*  
*te Danubij habitant: quorum qui citra id flumē sunt, Tri*  
*ballorum uicini, Mysorum more uiuunt, ac Mysi ab omo*  
*nibus, nisi qui easdem regiones incolunt, appellantur:*  
*qui ultra Danubium degunt, Daci uocantur, siue Gete ij*  
*sint, siue Thraces, orti ab illis Dacis, qui Rhodopen quon*  
*dam incoluerunt. Hi Daci ad Cæsarem superioribus tem*  
*poribus miserant legatos, ac cum nihil corum que pete*  
*rent impetrassent, ad Antonium inclinaverant: uerū*  
*intestina seditione turbati nihil magnopere ei profue*  
*rant: ac deinde capti quidam, tum cum Suevis dimicare*  
*coacti sunt. Haec spectacula multis (ut par erat) diebus c*  
*debantur, neque propter ægrotationem Cæsaris interpo*  
*labantur, sed etiam coacti sente ab aliis curabantur, iisque*  
*ludis singuli Senatores unani diem in uestibulis domorū*  
*suarum epulati sunt, quod qua de causa fecerint, neque*  
*comperit mihi est, neque à quopiam traditum. Porrò*  
*autem*

autem Cæsare adhuc quartum Consulatum gerente, Stati-  
 lius Taurus Amphiteatrum in campo Martio suis sum-  
 ptibus absoluit, inque eius dedicatione munus gladiato-  
 rum exhibuit: i. d. c. q; ei à populo concessum est, ut quo-  
 tannis unum Prætorum eligendi potestatem haberet. Fe-  
 ré codem, quo hæc agebantur, tempore, M. Crassus in Ma-  
 cedoniam & Græciam missus, cōtra Dacos & Bastarnas  
 bellum gesit. De Dacis qui essent, & cur bellum susce-  
 pissent, diximus. Bastarnæ inter Scythes uerè numeran-  
 tur. hi tum transgreſſi Istrum, Myſiam ſibi oppositam, fi-  
 nitimōſque eius Triballos, Dardanōſq; ibidem habitan-  
 tes subegerant: & hacenus quidem nihil eis erat cū Ro-  
 manis rci. Postquam uero Acino monte ſuperato in Thra-  
 cum Dentheletarum, quibus cum P. R. fœdus erat, regio-  
 nem incurſionem fecerunt, ibi demum Crassus cū ſic-  
 ta Dentheletarum regi luminibus capto auxilium fer-  
 ret, tum uero ut Macedonia caueret, contra eos duxit:  
 ipſo ſuo aduentu perterritos ſine prælio ea regione ex-  
 pulit. Porro domum fugientes inſecutus, Segeticam occu-  
 pauit: in Myſiam inuasit, agrum infiſtavit: aggrefiisque  
 oppidum benē munitum, non uillos eorum quos præmia-  
 serat Myſis eos ſolos eſſe coniectatis, ac obuiam egressis,  
 perdidit: toto autem exercitu auxilio ſuis profectus, ho-  
 ſic repulit, oppidumque obſidione cepit. His agendis  
 intento Crasso, Bastarnæ in fuga ſubſtituerant ad fluuium  
 Cedrum euentum rei expectantes: hi cum Crassus uictis  
 Myſis aduersum eos quoque iret, miſſis legatis ne ſe in-  
 ſequeretur interdixerunt: neque enim ſe ullam Romanis  
 iniuriam feciffe. Crassus legatos retentos, tanquām po-  
 blicitate ſequitur, humaniter tr.ictauit, uinōque inec-  
 re ſolet, facilq; eo replētur; hācq; arte omnia corū con-  
 ſilia

Amphitea-  
 trum Stati-  
 lii Tauri.  
 M. Crassi  
 bellū cōtra  
 Dacos &  
 Bastarnas.  
 ſic rex De-  
 theletarum.  
 Cedrus flu-  
 uius.

filia expiscatus est. Interim in sylua de nocte progressus, speculatoribusque ante eam constitutis, exercitum quiete refecit. Bastarnæ speculatores confiscati, cum solos eos esse putarent, impetum in eos fecere: iisque in loca arboribus consita se recipientibus instantes, magna et ibi, et rursum fugientes clade affecti sunt. nam et à tergo curus ipsorum obiecti fugam impediabant, et uxores simul liberosque eripere cupientes, peribant unâ: et regem Deldo rex ipsorum Deldonem ipse Crassus interfecit, utique si immo-  
Bastarnarū perator ac propriis auspiciis rem gessisset, opima Ioui Fe-  
cilius. retrio spolia lecturus. Reliqui aut in syluam confugiens  
tes, cum ea cremati sunt: aut in oppidum evadentes, expugnatione capti, aut in Istrum incidentes, uel per regionē hinc inde dispersi perierunt. Quidam superstites loco munito occupato, per aliquot dies Crassum obſidentem sustinuerunt: post Rolæ Getarum regis auxilio eos Crassus cepit. Is Roles ad Cæsarem profectus, amicus ab eo sociusque dictus est. captiui inter milites diuisi. His gestis Crassus in Mysos se conuertit, quorum aliis persuadendo, aliis terrefaciendo, nonnullis ui in suam potestatem redactis, ac preter paucos admodum, tota eagentे subiacta, magno quidem cum labore et periculo: deinde quia hyems instabat, in sociorum terram reuersus est, multis a frigore, pluribus à Thracibus, per quos ut amicos iter faciebat, incommodis acceptis: quæ ei causa fuit, ut hunc regerendæ modum statueret. Sanè horum factorum causa non modo Cæsari, sed Crasso etiam sacrificia et triumphus decreta sunt: neque tamen (quod quidam tradidunt) imperatoris nomen Crassus accepit, sed solus Cæsar. Cum uero Bastarnæ calamitatē qua affecti fuerant, et grē ferrent, auditōq; eum ab expeditione contra ipsos facta destitisse, iterum contra Dentheletas et Sitam, quos causim

Roles Geta  
nū rex, adiu-  
uat Roma-  
nos.  
Myli suba-  
gi.

Bastarnæ  
iterū domi-  
ni.

causam sui mali fuisse unicam arbitrabantur, proficisciarentur. Crassus uel præter animi sui sententiam excitatus, maturato itinere, inopinatò eos adortus uicit, pacisq; pro suo arbitrio conditiones eis dedit. Ac quoniam semel arma cepisset, ulcisci Thracas statuit, à quibus in redditu ex Mysia Lesus fuisset, qui que iam tum oppida munire.

Traces à M.  
Crasso do-  
miti.

Ex bellum parare strebantur. Ex his, et si non minimo negocio, Merdos et Serdos prelijs superauit, captiuorumque manus amputauit, reliqua usque ad Odrysios populus est. His Bacchi cultoribus, cum sine armis obuiam sibi processissent, pepercit: eisq; regionem in qua Deum istum colunt, Besis tum eam obtinentibus ademptam, dono dedit. Hæc cum agentem Roles contra Dapygem quorundam Getarum regem bellum gerens ad se uocauit: isq; auxilio ueniens, equitatum hostilem in peditatum compulit: itaque utrisque perterritis, nulla pugna opus deinde habuit, sed utrarumque copiarum fugientium magna strage facta, Dapygem qui in castellum quoddam confugerat oppugnauit. Ibi Crassum obsidioni intentum quidam Græcè de muro salutauit, collocutusq; proditionem composuit, quo modo barbæri in hostium potestate cum uenisse se uiderent, mutuis cædibus se occiderunt: inter quos etiam Dapyx obiit, cuius fratrem captum Crassus omnis mali expertem dimisit. His perfectis, ad speluncam,

Dapygem  
Getatum re  
gem, Rolé  
adiuua ex-  
cindit Cras-  
sus.

cui Ceira est nomen, exercitum duxit. Is locus adeò magnitudine ac munimentis reliquis omnib. praestabat, ut fabulati sint Titanas ipsos à diis superatos eò confugisse, cum indigenæ occupauerant magna cum multitudine hominum: aliasq; res preciosissimas suas, ex greges eodem omnes contulerant. Crassus aditus omnes, qui et obliqui erant, et difficiles inuestigatu, perscrutatus cum obstruxisset, his quoque fame ditionem extorsit. Ita succeden-


Ceira Get-  
atum spelun-  
ca capitur.  
Titanum re-  
fugium.

Q.

tibus rebus , neque à reliquis etiam Getis , quamvis nihil  
 Genucla. ad Dapycem pertinentibus , abstinuit : sed ad Genucla,  
 Zyraxes Ge- tatum rex. quod omnium sub Zyraxis imperio oppidorum erat ua-  
 C. Antoni⁹ à Bastarnis lidiſſimum , profectus , quod ibi signa militaria adserua-  
 uiāus. ri audierat , que C. Antonio Bastarnæ apud Iſtrorum

urbem ademerant , oppidum id simul à terra & à fluo ( Nam Genucla ad Iſtrum edificata erant ) oppugnans , paruo temporis ſpacio , non tamē ſine magno labore ce- pit , Zyraxe quidem abſente: nam is simul ac de i[n]ſtituto Craſſi cognouerat , acceptis ſecum pecunijs in Scythas au- xilij cauſa profeſlus , nec dum reuertitus erat . H[oc] in Ge-  
 tis à Crasso geſta . Mysos autem qui à ſe ſubacti rebellio- nem feciſſent , aliorum opera recepit: in Artacios autem , aliósque nonnullos populos neque ſubiugatos unquam , neque dederſe uolentes , ac non modò hoc ſuo proposito ſuperbiens , uerū alios quoque ſuo exemplo ad i[n]di- gnationem ſolicitantes , ipſe arma conuertit : eōſque haud ſegniter ſe defendantes partim ui , partim quod captiuis ſuis metuerent , in ſuam potestatem rededit . Atque h[ec] quidem eo tempore acta ſunt . Ego autem ex h[ec] ipſa eo quo ab alijs tradita ſunt modo perſcripsi , ex ipſa etiam

Mysis quæ popolorum nomina . Nam antiquitus Mysis ac Getæ om- nem eam regionem quæ Aemum ac Iſtrum interiacet , in- coluerunt : progressu uero temporis , alia quidam eorum nomina acceperūt: Mysia q[uod] nomine omnis ea regio , quam Sauus in Iſtrum incidentis , ſupra Dalmatiam & Macedo- niam Thraciamq[ue] à Pannonia dirimit , uocari coepit , in qua Mysia cum aliæ multæ gentes ſunt , tum qui olim Triballi . Triballi appellati ſunt , iijq[ue] quos hodie etiam Dardanos nominant.



# DIONIS ROMANAЕ HISTORIAE LIBER Q VIN-

quagesimus secundus, Gulielmo Xy=  
landro Augustano in= terprete.

## INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

Quemadmodum Cæsar consilium Monarchiz deponendz inierit. &  
Ut imperator uocari incepit.  
Acta sunt hæc reliqua parte eius anni, quo Cæsar V. & Sextus Apu-  
lcius Consules fuerunt.



AE C itaque Romanis sub regibz, inqz; popnlari Reipublice administratione, ac certorum deinde hominam principatib. acta sunt annis ab urbe condita D C C= x x v. Hoc autē anno ucrē iterum penes unum hominē summa totius Reipublicæ esse cœpit: quam armorum deponendorū, resq; omnes Senatus popu liq; potestati tradendi consiliū Cæsar agitauerit. Ad quā deliberationem cum Agrippā Mæcenatemq; adhibuisset (nam cū his de omnibus suis ercanis cōmunicare solebat) prior in hanc sententiā Agrippa locutus est. Et si te, Cæsar, solo summa totius imperij præficio, multa inde ad me redierunt bona, mirari tamen non debes me ab ea Reipublice administratione te dehortari. Nam siquidem ea tibi quoque conducibilis futura esset, omni studio in e. tibi adseruanda laborassim: nunc cum longè di-

Quādo mo-  
narchia Ro-  
mana cepe-  
rit sub Im-  
peratord.

Q. 2

Agrippæ o-  
ratio, qua  
Cæsar ad  
deponendis  
principatū

Excedenda uersa sit huiusmodi Imperatoris. ex amicorum eius con-  
populo Romano pote-  
stacum ad-  
hortatur. la percipient, ille utrisque his sit obnoxius, non priua-  
tum meum commodum, quod ne in alijs quidem nego-  
cijs sequi soleo, sed tuam, ac publicam salutem spe-  
ctandam mihi esse censui. Proinde per ocium omnia ea,  
quæ adsunt imperio huic, quod unus supremum gerit,  
expendamus: eoque facto id sequamur, quod ipsa nobis  
ratio ostendet, neque enim quisquam dicet omni modo  
id imprium, et si munim: nobis expediat, esse à nobis ex-  
petendum. Nam si id quidem statuerimus, alterum hos

Non simili-  
citer esse ex-  
petandum  
monarchia rum accidat nobis necesse est, ut uel secundam fortunam  
terre non potuisse, successuque rerum prospero de sanita-  
te mentis deiecti uideamur: uel cum iam dudum summam  
rerum affectuissimus, pietatis in patrem tuum, inq; S. P.  
Q. R. præscriptione usi censemur, non ut hos insis-  
diatoribus liberaremus, sed ut ipsos in seruitutem redi-  
geremus: quorum sanè neutrum crimine uacat. Quis enim  
non indigne frat-alia nos in ore, alia in pectore gesisse  
cernens? qui uero non maioribus nunc odijs impetumur,  
quam si initio statim cupiditate nostra detecta regnum  
affectuissimus? Nam uero aliquid tentare, et si id cum iniue-  
ria aliorum coniunctum est, tamen humane naturæ conue-

Vis facilius  
veniam in-  
tenit, quanto  
simulatio. niens quodammodo esse existimatur: qui enim alios qua-  
piam in re præstat, ijs plus habere se æquum iudicat:  
sdq; si consequatur, fortune potentia: sin minus, sat legis-  
bus adscribitur. Qui uero insidioso ac malitioso idem co-  
natur, primùm fraudulentius, peruersus, improbus, praui-  
que ingenij homo esse iudicatur: ( quæ tibi aliorum uel  
sermone, uel opinione tribui satis scio te ferre non posse,  
si etiam orbis terrarum inde ad te redeat arbitrium) deinceps  
de uel adeptus id quod petebat, iniuste reliquis superior  
factus:

factus: uel si secus ei conatus ceciderit, meritum infortunium tulisse censetur. Quæ cum ita sint, certè non nunus crimen nobis impingetur, si etiam initio nulla huiusmodi cupiditate acti, nunc ea appetamus. Longè enim deterius est præsenti conditioni succumbere, et se continere nequire, donisq; fortunæ non rectè uti, quâni aduersis rebus impulsos alijs iniuriam inferre: hoc enim ijs faciunt, qui à suis calamitatibus ctiam inuiti utilitatis suæ causa aliquid peccare coguntur, cùm illorum impotentia uoluntaria sit, ac præter ipsorum quoque commodum ea agant. Iam qui nulla æquanimitate sunt prædicti, neque moderari oblitis sibi bonis possunt, quomodo eos putandum est aut alijs rectè imperaturos, aut res aduersas rectè toleraturos. Proinde ita nos hanc deliberationem incamus, ut neutro horum uitiorum laborare, aut imprudenter uelle quicq; quam agere uideamur, sed id fecuturi, quod consultantiis nobis optimum uisum fuerit. Dicam autem libere quod sentio, nam neque aliter ipse loqui possum: et mendacia adulatio[n]ibus coniuncta te nequaquam libenter auditur noui. Aequalitatis et nomen est speciosum, et res iustissima. Qui enim eandem naturam acceperunt, ex eadem gente sunt nati, ijsdem moribus educati, ijsdem legibus instituti, cundem corporum animorumque usum patriæ exhibent, qui non iustum sit eos cæterorum quoque omnium communitem habere, qui non optimum sit, neminem alteri nisi uirtutis causa preferri? Qui enim eadem sunt conditione nati, et equalitatem appetunt, eaque potiti gaudent, destituti dolent: hominesq; cum et ex Dijs sint orti, et ad eosredituri, sursum respiciunt, ac neque uolunt sub unius semper esse imperio, neq; ferunt se laborum, periculorum, impendiorumq; participes, rerum meliorum communicatione priuari: ideoq; si cogantur

Moderari  
fortunæ nō  
posse, turpe  
est.

Cominidat  
æqualitatē,  
cūm eodē  
in Republi  
ca iure uiui  
tur.

omnino aliquid huiusmodi tolerare cum à quo sibi uis faciat est odio habent. Omnes enim habere in alios imperium cupiunt, ac propterea ipsi quoque aliqua ex parte parere alijs dignantur: nolunt alios se potiores esse, ideoq; ipsi etiam alijs se ui non præfrunt: gaudent honoribus ab æqualis dignitatis hominibus, laudant supplicia ex præscripto legum irrogata. Qui, si hac ratione Respublica administratur, communia & bona & mala ducentes, nihil aduersi ciuium suorum ulli, omnia prospera contingere optant: ac si quis ipsorum uirtute aliqua præditus est, eam & ostendit promptè, & exercet studiose, & libenter illustrem facit: sin uirtutem aliquam in alio inesse animaducrit, eam & producere in medium paratus est, & omni studio augmenta cius adiuuat, honorēsque eius summos defert, ibi si quis improbè quicquam agit odio eum reliqui omnes, sin aduersam patitur fortunam, misericordia prosequuntur: commune totius ciuitatis & damnum, & dedecus quod inde accidat existimantes. Hæc fuit ubi populus in Respublica principatum obtinet: in unius principatu diuersa eueniunt omnia. Quæ ne singillatim

Cóparat i<sup>a</sup>  
Monarchiā persequar, nemo certè est, qui sibi boni aliquid adesse uideri uelit, nam plerunque id inimicitia eius qui summam rerum obtinet, sequitur: uerum huius mores unusquisque sibi regulā uitæ sua proponens, ipse etiam ea tantum exercet, unde sine periculo priuatum lucrum speret: quafit, ut plerique proprio tantum commodo intenti, omnes alios oderint, corumque felicitatem suum damnum, infornitia suum emolumentum putent. Quæcum ad hunc modum se habeant, non video quid te meritò ad principatum cum nemine alio communicandum incitare debet, ipsi principi Monarchiā cum non modò is populo molestus, sed tibi ipsi longè esse molestia sit futurus difficilior. Nónne enim uides quomodo urbs resq;

resq; urbanæ etiamnum sint conturbatae ? quād difficile sit futurum, plebi nostræ libertatem, in qua tot annos uixit, adimere ? quād arduum socios, subditosque , partim antiquitus populari imperio rectos, partim à nobis ipsis libertate donatos, nunc in seruitutem redigere , idq; tot cūm nobis instantibus hostibus ? vtq; ab eo quod pri-  
mum est, ac minimum, ordinar , pecunias te multas undiq; confidere necesse est, neque enim ex his qui nunc sunt re-  
ditibus cūm ad alia , tum ad alendos exercitus impense  
suppetent. Iam etsi nulla Respublica sine sumptibus con-  
stare potest, tamē in ea, ubi penes populum est imperium,  
multi multam pecuniam conseruant, etiam liberalitatis  
opinionem ut consequantur , ac pro ijs honores meritos  
adipiscantur : quōd si etiam uniuerso populo pensionem  
imperare necessitas postulat, tamen id cō perferunt, quōd  
sibi ipsis se obtemperare , ac in suam ipsorum usum con-  
serre pecuniam arbitrabantur. At contrā ubi unus om-  
nium dominatur , eum tuti diuiniti abundanter solum im-  
pensas facere æquum esse cuncti iudicant, studiosius reddi-  
tus, quād sumptus quos is faciendo habet, indagantes,  
ac neque priuatim libenter ultrōne aliquid pendunt, nea-  
que sua sponte publicas pensiones offerunt : quorum il-  
lud quidem nemio sacre animum induxit, ( neque enim  
facile diuitem se esse confitebitur quisquam ) neque ex  
usu principi esset hoc fieri , statim enim is qui ultrō pe-  
cuniam obtulisset, à uulgo ciuitatis studiosus iudicatus,  
animo elatus concutere præsentem statum Respublicæ in-  
stitueret. Hoc autem posterius omnino molestum ple-  
risque est, idq; eo magis, quōd darmum esse suum, emol-  
lumentum ad alios redire uident. Nam ubi popularis est  
Respub. gerende ratio, per multi quoque corum qui pe-  
cuniam pendunt, stipendia merere solent, atque ita quo-

I. Difficul-  
tas pecunie  
conficiēde  
in Monar-  
chia.

dam pacto cam recipiunt: sub unius dominio sive alijs sunt qui agros colunt, navingant, ac ciuilia munia obeunt, quibus præsertim pensiones incumbunt: alij uero arma ferunt, et mercedem nulitiæ accipiunt. Atque hæc una est

J I. Difficilias in iudicis exequis in monarcha. carum rerum, quæ tibi molestiam exhibebunt. Altera hæc est. Omnino opus est, ut unoquoque tempore in maleficos homines animaduertatur. Plerique enim (quod in

tanto imperio, tanta hominum multitudine, maxime statu Reipublicæ immutato fieri solet) non admonitionibus, non exemplis in alios statutis emendantur, sed necessitas exigit, ut ignominia, exilio, aut morte multati coercantur. Quibus si alios iudices constitueris, utique absolucentur fauore eorum damnatione euitata, hi in primis, quibus tu infensus esse putaberis, (nam iudices nonnihil potentie sibi arrogant, si quid contra principis sententiam fecerint) aut si qui condemnabuntur, ex compagno in tui gratiam damnati uidebuntur: sin ipse iudicis munus obire statueris, multis tibi æqualium tuorum (quod quidem durum est) supplicium irrogandum erit, omninoq; ira magis, quam iure in eos vindicasse existimaberis. Nemo enim credit eos qui uim inferre possunt, si iudicium munere fungantur, ex iusticia agere: uerum hæc omnium est opinio, speciem eos, ac quasi adumbratum quodam exemplar Reipublicæ propter uercundiam ueritati actionum suarum prætendere, ac sub iudicij nomine cupiditatem suam explere. Atqui ubi Respublica populi arbitrio gubernatur, longè secus evenit. Hic enim priuatis criminibus priuati iudices, publicis publici constituti sunt, quis forte lectisententias ferant: itaque iudiciorum exitum facilius homines firunt, cum eum neque potentia iudicis, neque gratiae imputare possint. Ad hæc præbiles viros, ter facinorosos, multi genere, diuinitüs, aut alia quidam reclati,

III. Sire-  
duos & no-  
biles viros.

clati, viri alioquin boni principatui tamen unius hominis  
 intensi existunt: hos neque si augeri patiare, tutus uiues:  
 neq; si opprimere coneris, iuste ages. Quānam igitur eos  
 ratione tractabis? Si generis eorum dignitatem deijcies,  
 diuitias immiuues, spiritus eorum magnos deprimes,  
 omni te subditorum benevolentia priuabis. Quis enim  
 ei bene cupiat, per quem neque nobili, neque honestis  
 diuitijs prædicto, neque potenti, neque forti, neque pru-  
 denti esse cuiquam liceat? Sim hæc singula crescere sines,  
 haud facile tibi erit rationem inuenire, quomodo ijs uta-  
 ris. Nam si unicus ipse ad ciuilia simul bellicaq; negotia  
 rectè ex suo quæuis tempore confienda sufficeres, ne-  
 que adiutores tibi ad hæc opus essent, alia nimirum suis  
 set ratio: nunc cum tibi ea omnino incubat necessitas,  
 ut multos habeas laboris tuis socios, quorum opera tot ter-  
 ras gubernes, eosq; omnes utique fortis esse prudentes=  
 que expedit, yonne si ijs exercitus ac prouincias commit-  
 tes, periculum erit ne tu, ac Reipublicæ sub te instituta  
 forma cuertatur: (neque enim vir egregius ullus sine ma-  
 gno animo nascitur, neque ea magnanimitas ex seru-  
 li uite ratione oritur: neque fieri potest, quin animo sub-  
 limi ac spiritibus altis præditus, libertatis cupiditate duca-  
 tur, dominumque omnem oderit) sin huiusmodi viros nul-  
 lis negotijs præficias, sed ea ignavis ac nullo in numero  
 reputatis hominibus iniungas, celerrimè ex strenuorum  
 iram propter contemptam à te eorum fidem concitabis,  
 ex maximis in rebus clades patieris. Quid enim præclarus  
 homo ignanus aut ignobilis gerat? quis eum non de-  
 spiciat hostis? quis ei socius obtemperet? quis militum  
 non dedignetur eius dicto audiens esse? Enim uero quæ in-  
 de mala proueniant pleraque, nihil opus habeo tibi, qui  
 ipse compertum hoc habeas, exponere; hoc omittendum

Gradatio.

Q. 5

unum non fuit, huiusmodi virum si rem male gerat, plus tibi damni, quam ab hostibus sit expectandum, daturum: sin recte aliquid egerit, statim eius animum, omnis nimis bona disciplinae expertem, amentia correptum iri, eumque inde tibi ipsi formidabilem fore. Quod mali à Republica statu eo, cui populus praest, longè abest: ubi quantum plures viri diuites ac strenui fuerint, tanto hi magis urbem liberalitate ac uirtute sua augent, iisque urbs letuitur, nisi si quis tyrannidem affectauerit: in eos enim

Exemplis  
ostendit De-  
mocratiam  
Monarchia  
praestantio-  
rem.  
Graec.

accerrime uindicant. Nam Graecorum etiam res hoc approbat, longe meliorem esse populi principatum unius alicuius Imperio: quia hi quoque quandiu unus solus Rerum publicam eorum gesit, nihil egregium perfecerunt: postquam autem eam populus administrare coepit, praeclarissimam famam adeptisunt. Apparet idem ex alijs etiam populis, quorum qui sub tyrannis uiuunt, apud eos perpetua seruitus, et insidiæ contra principem reperiuntur: qui uero annuis magistratibus, aut etiam ad longius tempus constitutis utitur, liberi ac suis legibus utentes agunt. Quanta quam quid attinet uti nos exteris exemplis, cum domestica suppeditant? Nos enim ipsi Romani cum ante diuerso modo Republica instituta multa pertulissimus incomoda, deinde libertatem appetivimus, eamque consecuti, ad presentem potentiam peruenimus, non alijs quidem ullis, quam popularis Reipublicæ administrationis adiutori bonis, cum et Senatus autor fieret, et populus inberet, cum et milites strenui, et duces liberales essent. In regno quidem nihil horum sit, ac propter ea eius tanto odio

Romanorum  
exem-  
plum.

De priuatis  
incommo-  
dis, quæ Cæ-  
sar Monar-  
chia sit sen-  
turies.

prisci Romani affecti fuere, ut detestarentur eam Reipublicæ formam. His onus sis, si etiam de tuo priuati commode dicendum est, quomodo laborem die nocte que tot tantis que reluis adiunstrandis impendendum toleraturum te putas?

te putas? quomodo uale studinem tuam ad id sufficieturam?  
 quomodo ijs te, quæ homines bona habent, frui turum?  
 Aut quomodo his spoliatus, filix futurus es? quando tan-  
 dem aut ueram uoluptatem aliquam senties, aut à ma-  
 gnis molestijs uacabis? Necessum enim omnino est, ut qui  
 tantum imperium gerat, multis curis ac timoribus confa-  
 ciatur, uoluptates minimè percipiat, molestissima quæq;  
 identidem & uideat, & audiat, & sentiat: quæ, nisi fal-  
 lor, causa Grecos Barbarosque nonnullos mouit, ut obla-  
 ta regna respuerent. Hæc igitur mature cognoscēs, prius  
 expende, quam ea tibi euenant. Turpe enim, aut potius  
 impossibile est cum qui se semel in ea demiserit, iterum  
 inde emergere. Neque imponere tibi debet uel poten-  
 tie magnitudo, uel diuitiarum abundantia, uel stipato-  
 rum frequentia, uel te demercentium turba: nam & ma-  
 gitudinem potentie occupationes multæ, & magnas di-  
 uitias impensaे ingentes necessariò sequuntur, & tantus  
 satellitum numerus propter multitudinem insidianum  
 contrahitur: adulatores uero ad perniciē quam salutē pa-  
 randā plus faciunt. Hæc igitur nemini sano causa appetēa  
 dissumū imperij debent esse: sicut ne hæc quidem, quod  
 locupletare, ac conseruare, multisque alijs beneficijs mul-  
 tos is qui solus summae rerum præst, immo uero etiam cō-  
 tumelijs ac iniurijs afficere quos uult potest. Nam qui  
 propter eacens et fastigium illud ambiendum esse, maxi-  
 mo errore is ducitur. Quia enim tibi commemorē, quam Reicctio.  
 turpe, quam periculosum, quam Dijs hominib; que ex-  
 xosum sit, libidini ac flagitijs se ardere, cum neque in te  
 hoc competit, & ipse statuerim dicere, non modò que-  
 re, qui potentia sua reclamè uti nesciat, mala edere possit, uer-  
 rum etiam quæ ijs & agenda & toleranda sint, qui om-  
 nium optime cam potentiam gerant. Iam quam plurimi is  
 posse

Obiectioni  
occurrit.

Beneficentiam à Monarcha difficultate posse exerceri, est hoc quidem dignum quod magno studio quisquam consequi curet, uerum si eam beneficentiam priuatus aliquis exerceat, tum et honesta, et uenabilius, et gloriofa, et tutu est. In unius principatu priuata non tanti est, ut reliqua incomoda, quae sunt multa, compenset, utque haec quoque propter eam sint ferenda, praesertim cum huius fructum alij sint percepturi, ad te uero solum istorum molestia redditura. Deinde non est perinde, ut uideri alicui potest, ea res simplex ac expedita, neque unus ille summans in omnia potestatem obtinet, omnibus qui aliquid beneficij desiderant, satisfacere poterit. Omnes enim fermè homines ab eo aliquid accipere postulabunt, etiam si nullum ijs beneficium debetur: (quippe ita comparatum est à natura, ut unusquisque sibi placeat, ac boni aliquid ab eo qui dare potest, adipisci uelit) atqui respectu tantæ eorum qui beneficia postulant multitudinis, facile numerus iniri eorum potest, quæ ipsis largiri ille queat, honorum inquam, magistratum, et aliquando etiam pecunia. Quæ cum sint, in odiu eorum qui id quod petebant nacti non sunt, faciliter incurrit, quam eorum fauorem consequatur, quorum uoto factum est. Hi enim, tanquam dabo bito sibi exoluto, alios quin etiam non existimantis magnam se ei qui dedit gratiam debere, cum sint nihil sua opinione amplius consecuti, præterea quoque gratiarum actionem subterfugiunt, ne care se indignos acceptorum beneficiorum suis profiteantur: illi spe sua frustrati, duplcem iniquum id animo ferendi causam habent, unam: quod priuati re sua (præcipiunt enim animo omnes ea quæ cupiunt) sibi uidentur: alteram, quod sibi alicuius culpæ conscijs, eā quin impetrarent id quod sperauerant, obstitisse putant. Nam qui beneficia conferre recte intendit, is pro suo ununque

quenque merito utractet, prouidet. ac ita alios munera-  
tur, alios præterit: ut iam huius ipsius iudicium aliorum  
animos extollat, aliorum indignationem ipsa conscientia  
eos stimulante excitet. Que si quis ueritus, distribuere  
beneficia discrimine isto neglecto statuerit, uchementer  
errabit. nam & mali inconuenienter honore affecti, de-  
teriores fient, uellaudari se tanquam bonos, uel tanquam  
formidabiles demulceri opinantes: & boni, cum se malis  
potiores non haberí, neque plus illis sibi tribui uidcant,  
maiorem ex eo quod malis equati sint molestiam, quam  
ex beneficio gaudium percipient: ac proinde omisso uir-  
tutis studio, deteriorum uitam imitabuntur. Quo effici-  
tur, ut ab hac ipsa munificentia neque bonus aliquis ad  
principem redeat fructus: & qui beneficijs afficiuntur,  
peiores abeat: ut si prorsus aliquid in regia potestate im-  
est quod te delectet, certè intelligas difficilimā tibi hanc  
rem futuram. Quapropter hæc, & quæ paulò ante retus Conclusio.  
li, cum animo tuo cogitans, consilium dum res patitur ca-  
pc, ac populo arma, prouincias, magistratus, & pecunias  
redde. quod si ultrò nunc feceris, cum summa id tua apud  
omnes mortales gloria, ac securitate fiet: si expectabis,  
dum uis tibi instratur, fortassis malum aliquod cum de-  
decore patieris. Documento sint Marius, Sylla, Metellus, Exempla  
ac Pompeius iniò, qui rerum potiti, statim à domina-  
tione se abstinentes, omnia pericula evitauerunt: contrà  
Cinna, Carbo, Marius alter, Sertorius, atque idem Pomp-  
eius postea temporis principatum affectantes, malè pes-  
ricrunt. Haud facile enim hæc urbs, quæ tot annos popu-  
li arbitrio gubernata est, tot populis imperat, seruire  
alicui dignabitur. Audiuit etiam hoc, quemadmodum Camilli ext  
Camillum maiores nostri, quod albis equis in triumpho  
usus esset, in exilium egerint: ut Scipionem euerterint, Scipio  
quod

Julius Cx.  
Car. quòd eum Rēpublicam defraudasse iudicassent, mea  
ministi quæ in patrem tuum statuerint, quòd regnum  
eum petere sufficarentur: at certè præstantiores his uiri  
nulli unquam extiterunt. Neque ego tibi suaded, ut tan-  
tum principatū deponas, sed ut prius omnia quæ ex usu  
Rēpublicæ sint, agas, tuumq; principatum edictis ac le-  
gibus, quas fieri expedit, claudas, Syllæ exēplo, cuius et si  
pōst quædam statuta abolim sunt, pleraque tamen et po-  
tiora supersunt. Neque est quod obijcas, futurum ut hoc  
modo seditiones quidam excitent, multo enim minus (ut  
prius ostendi) sub unius potestate esse tolerabunt. itaque  
si omnia quæ expedire possunt, præmediti fuerimus,  
absurdissimum fuerit profectò potius seditionum quas po-  
pularis Rēpublicæ status secum fert, metu moueri, quām  
tyrannidis, quæ ex unius imperio enasci solet: cuius de-  
malis dicendum mibi non duxi, quis non consilio traduc-  
cendi rem alioquin criminationibus opportuniſſimam,  
hēc uerba feci, sed ut ostenderem hanc esse eius naturam,  
ut neque boni uiri

Desūt haud  
pauca, per-  
orationem  
Agrippæ, &  
primā par-  
tem cōple-  
xa eius ora-  
tionis, quā  
Macenas  
ad Cæsarē  
habuit, ad  
retinendū  
imperium  
eum cohortan-  
tis.  
Macenatis  
oratio.  
Libera ali-  
cuius pote-  
neque persuadere facile aliquid propter libertatem sui  
dissimilibus possunt, etiam si res iis dissidentibus pro-  
spere gerat. Quamobrem si tibi patria cordi est, pro qua  
tanta bella obijsti, cui lubens etiam animum impenderis,  
transforma eam, ac in meliorem formam castigatam redi-  
ge. Nam licentiam habere omnia ex animi sui sententia  
agendi loquendique, id si in sapiente homine spectaueris,  
esse causam publicæ felicitatis inuenies: si uero in stulto, cō-  
munis perniciet: ideoq; qui eam potestatem homini fatuo  
cōcedit, in fantis cilicet hic, aut in sa no gladiū porrigit: qui  
autem prudenti eam tribuit, hoc efficit, ut is omnibus, ip-  
sisque ad rō fatu: is nec uolentibus salutē afferat. Quare te  
quoque

quoq; uelim nō ad uocabulorū decorā speciē respicientē decipi: sed ea quæ inde sequuntur præmeditantem, frō-  
ciam plebis compescere, administrationem Reipublicæ ti-  
bi optimisque alijs uiris sumere, ut prudentissimi consilia

stas quomo  
do Reipu-  
blicæ virilis.  
Ratio bo-  
nz Monar-  
chiz. \*

ineant, artibus imperatorijs instructissimi exercitus du-  
cant, robustissimi ac pauperrimi stipendia faciant. Hac  
enim ratione fiet, ut cum suas quisque partes studiose ob-  
eat, mutuæq; opera tradantur, neque suum quisquā de-  
fectum sentiat, & uerum populi imperium, libertasq; tu-  
ta parentur. Illa enim plebis licentia, qua optimus quisq;  
seruire cogitur, & acerbissima est, & utrisque commun-  
nem perniciem adfert: hec autem, in qua modestia ubique  
præfertur, ac unicuique id quo dignus est tribuitur, om-  
nes ea utentes ex aequo felices efficit. Neg; enim id exis-  
timare debes, autorem me tibi esse, ut tyrannidem in S.P.

Q.R. in seruitutem redactum tenet, quod neque dice-  
re meum, neque facere tuum est: uerum hec ego consulo,  
que & tibi & urbi honesta ac utilia sint futura, nēc ut  
tu cum optimatibus omnia quæ ex usu sint, decernas, ne-  
que contradicente, neque repugnante quoquam ex popu-  
lo: utque uestro arbitrio bella gerantur, oninibus reliquis  
mandata uestra exequētibus: ut uestra sit potestatis crea-  
re magistratus, præmiāq; ac supplicia irrogare: ut quod  
tu optimatesque communi sententia statueritas, id sta-  
tim legis uim habeat: ut bella occulte ac per occasiones  
hostibus inferantur: ut quibus ea comittuntur, iij nō for-  
te aut ambitione, sed uirtutis gratia ad id deligantur: ut  
boni citra inuidiam honoribus ornētur, mali sine seditio-  
ne plectantur. Sic demum Respublica rellē geretur, cum  
neque omnibus consilia de ea inita uulgentur, neque in  
aperto ea agitentur, neque ijs qui ultrò se se obtrudunt  
mandentur, neque ob corum ambitionem in periculum  
ueniant.

Ostédit De-  
mocratiā  
seditionib⁹  
quām ma-  
ximē obno-  
xiāt̄ esse.

ucniant. Ita nostris nobis licebit perfrui bonis, neque bela  
la periculosa, neque impias seditiones monentibus. Atqui  
hac mala usūuenire solent ubi penes populum est summa  
Reipublicæ: cum potentiores & ad primatum aspirent,  
& infirmiorum operas mercede conducant, atque ita om-  
nia perturbent. Sensimus hac ipsiā diu, neq; alia preter  
eam quam dixi, ratione finis eis imponetur. Cuius rei ex-  
uidens signum est, quod longo iam tempore bellis & se-  
ditionibus uexamur propter hominum multitudinem, ac  
rerum magnitudinem: quia & homines tam uarij natio-  
nib⁹ ac natura, ac tam multipliciter diuersis affectibus  
præditis sunt, & res ipse cō perdūcta sunt, ut difficulter  
administrari possint. Id me uerè loqui, res ipse testantur  
quæ euenerunt nobis. Nam quantissime neque ingens fuit  
Romani populi multitudo, neque multo prestanter uis-  
cini, & ciuitas bono in statu fuit, & Italia frē tota ab ijs  
subacta est. Postea quām uero extra Italiam progressi, in  
uarias terras insulasque traiecimus, omnia maria, omnes  
terræ nomine potentiāque nostra repleuimus, ex eo iam  
nihil boni nobis accidit: sed primum domi atq; intramus  
in exercitus quoque id mali propagauimus. Itaque urbs  
nostra nauis onerariæ magna similis est, que repleta ua-  
ria turba, ac destituta gubernatore cūm sit, multis nunc  
seculis uarijs procellis agitata fluctuat, ac hinc inde nul-  
lo retinaculo firmata iactatur. Eam tu ne tempestate cō-  
flictatam negligas: uides enim ut iam plurimum aque  
hauf. rit, neque abrumpi retinaculum prorsus patere: est  
enīm conuassata iam, neque diutius durare poterit: sed  
quoniam dij miserati patriam, ei te rectorem ac magistrū  
dederunt, noli eam projecere, quin sicut ea per te nunc  
paululum respiranit, ita effice, ut sequentibus quoque se-  
culis

culis tuta permaneat. Ac iamdudum quidem te meum consilium, quo te ut sub unius tui imperio populus regatur adhortor, probare existimo. Quod si ita est, agendum id imperium tu promptus ac paratus suscipe, immo uero ne depone. Neque enim de eo deliberatio nolis est, quanam id ratione adipiscaris, sed ne id amittas, ac præterea in pericula incidas. Quis enim tibi parcet, ubi omnes res uti nunc ea sunt, populi, aliorumque potestati permittes, cum ex permulti a te sint offensi, et omnes ferre summam rerum tentat:ri, quorum alteri et ulcisci te, alteri aduersarium sibi te è medio tollere cupient? Argumento fit Pompeius, qui cum potentia sua ultrò cessisset, contemptui inde habitus, insidijsq; petitus, eo periret, quod recuperare eam non ualuit: pater item tuus cum idem facere uellet, interiit, quod idem Mario quoque ex Sylla accidisset, nisi morte præuenti essent, quamquam sunt, qui Syllam quoque cum hoc ipsum timeret, morte sibi conscientia aduersarios anteuerteri dicant: certè permultæ eius leges ipso etiamnum uiuente, antiquari cœperunt: ut tibi etiam multi Lepidi, Sertorij, Bruti, Cassijq; sint expectandi. Hæc tu cernens, reliquias etiā rationibus subduxis noli uitanda eius opinionis gratia, quasi sponte tua principatum appeti:sses, teipsum et patriam prodere. Primum enim et si quis maximè hoc suspicabitur, tamen is certè conatus non est ab hominis natura alienus, sed honestus, deinde quis nescit, qua necessitate ad hæc agenda compulsus fuerit: ut si quid culpari in hac re possit, id omnino iustissimè patris tui occisoribus imputetur: qui nisi ita impie ac misere cum trucidassent, neq; tu quidem aut armas:mpsisse, aut exercitam colegisse, aut cum Antonio et Lepido paclum icisse, aut in hos ipsos deinde vindicasse. Que omnia te recte et iuste egisse, nemo est qui

periculosæ  
fore Cæsari  
depositionē  
Imperijs con-  
firmat.

Exempla.  
Pompeius.  
Iulius Cæ-  
sar.  
Marius.  
Sylla.

Diluit A-  
grrippæ ar-  
gumentum  
fore dicen-  
tis ut si Mo-  
narchiā re-  
tineat Cæ-  
sar, uide-  
tur eius gra-  
tia omnia  
priora egil-  
le.

Translatio  
culpx.

ignoret : ac si quid adeò delictum est tutò id corrigerem non licet. Igitur & nostrum ipsorum, & ciuitatis causa, agendum pareamus fortunæ , tibi uni imperium deferenti: agamusq; ei ingentes gratias , quod non bellis tantum ci- uilibus nos repleteuit , sed constitutionem quoque Reipu- blicæ à te fieri uoluit: cuius cum eam quam par est, curam gereres , manifestum efficias ab alijs motus illos ac mala fuisse edita , te uero esse bonum ciuem. Neque uero ma-

Magnitudi-  
nem impe-  
rii non esse  
meruenda ,  
alterū quod  
obiecerat  
Agrippa,  
soluit.

gnitudinem imperij metuere debes, quod quanto maius est, tanto plura etiam quibus constructetur habet: longeque fa- cilius est parta tueri, quâni adipisci quicquam, cum ad hoc labores & pericula requirantur, illud curam tantum me diocrem desideret. Quod si in eo gerendo meum consiliū sequi institueris, nihil est quod uerear , ne non & summa cum securitate tibi uiuere, & omnibus homini con- cessis bonis frui possis. In quo meo consilio explicando si pluribus uerbis sum usurpus, non debes iudicare, uoluis- se me à proposito sermonem deflectere , aut loquacitatis studio in id deductum esse : sed à me hoc fieri in hunc fa- nem, ut perspicuum tibi reddam, hominem prudentem pos- sc, ac facile quidem posse & recte, & sine periculo sum-

Precepta fe-  
mæ rerum præcasse. Principiò igitur statim Senatores oni-

liciter admi-  
nistriadi Im-

perij Roma

ni.

Senatus de-

leatus.

Etiam pere-

grinos in

Senatum al-

legendos.

naces accuratè examinandi , ac delectus eorum tibi haben- dus(nam multi in eum per seditiones parum doneci adsciti sunt ) boni retinendi, reliqui autem expungendi sunt: hic neminem bonum virum paupertatis causa remouebis , uer- um ipsi pecuniam potius quanta opus habet , dabis: & in locum reiectorum , nobilissimos optimosque & ditissi- mos sufficies , non ex Italia tantum , sed à confederatis etiam ac subditis desumptos, sic fieri, ut neque multis re- rum agendarum socijs opus habeas , & omnium populo- rum primarios viros in tuto constitues; ac neque populi,

qua

cum nullum præclarum ducem habent, presentem conditionem labefactabunt, & qui apud eos primas gerūt, cum uideant te secum imperium communicasse, amore te prosequentur. Idem in equestri ordine faciendum. In hunc ordinem omnes eos, qui ubiq; locorum genere, virtute, ac diuitijs secundum locum merentur, adscribes. In Senatoribus autem, equitibusq; legendis, nihil anxius de numero, omnes quotquot tibi digni uisi fuerint, recipies: quanto enim plurcs uiri eximij tecum erunt, tanto facilius omnia quæ facto usus erit, perficies: subditosq; in hanc persuasionem adduces, quod eos non seruorum, aut deterioris quam Romanis sint conditionis hominum loco habent, sed cum eis omnia nostra bona, ac ipsum etiam imperium communices, ut ipsi quoque maiori studio in id ad se quoque pertinens tuendum incumbant. Tantum uero abest ut hoc quasi non recte à me dictum retractandum arbitrer, ut hoc in super addam, omnibus ijs esse ciuitatem donandam, ut huius quoque participes fideles nobis socij sint, nostram quasi unicam urbem ipsi quoq; incolentes, eamq; uerè urbem, suas autem patrias agros et pagos putantes. Verum de hoc accuratiū postmodò consultabimus quid sit statuendum, ne simul eis omnia largiamur. Ceterū in equestrem statum allegendi, octodecim annos etatis habere debent, hac enim etate potissimum et corporum firma affectio, et ingenium consicitur: in Senatum uero adscribendi, annos uiginti et quinque, quomodo enim non sit turpe administrationem concedatis, his qui eam nondum attigerint, rem publicam nos credere ijdēmque cum quaesturam, edilitatem, ac Tribunatum plebis gesserint, annum etatis trigesimum habentes Praetores fiant: ad quos magistratus, ut ad Consulatum etiam, solos Romanos si-

Equestris ordinis examen & alleatio.

Ciuitatis sociis dandā.

Aetas alegendorum.

Praetura.

bi diligendos censeo, partim propter institutorum patriæ memoriam, partim ne protinus immutare Republica statum uidearis. Eos magistratus ipse tu constitues, neque plebi aut populo potestatem eorum creandorum permiseras, contentionum evitandarum causa, necq; Senatui, alioquin enim per ambitum petentur: magistratum autem

**Magistratum potestas immixtuenda.** potestatem antiquitus ijs concessam nequaquam seruabis, ne eodem res recidat: sed honore eorum integro relisko, tantum potentiae detrahes, ut neque dignitas corum diminuatur, neque noui aliquid molicendi facultas ulli adsit.

Id cum alijs rationibus tum hac præcipue consequeris, si eos omnes in urbe tantum geri iusserris, ac neque magistratus tempore, nec statim ab eo, sed interposito quantum sanguis fuit uidebitur tempore, armatis cõmitess; ita neque magistratus titulo elati, insuperq; exercitu compotes facti, ad concutiendum Rcpub. præsentem statum accendent: et mitiores eo efficientur si aliquandiu priuatim post gremium magistratum uixerint. Hi autem, ut singulorum crit officij, ludos ac iudicia omnia præterquam de cæde, tēpore urbani sui magistratus edat, nam iudices quidem etiam ex reliquis Senatoribus ac equitibus sunt diligendi, summa tamen rei penes istos sit. Præficius etiam urbis ex primariis uiris quidam creandus est, qui omnes magistratus, quos geri ante hunc conuicit, gesserit, non ut per absentiā magistratum Rempublicam administret: sed ut cum reliquis in rebus urbi presit, tum causas quoque eas quibus prouocatio competit, capitelesq; etiam omnes ijs exceptis quas post dicam, in urbe, ac extra eam usque ad LXXXI millia passuum dijudicet. Alius quidam ex eodem ordine deligi debet, qui genera, facultates morēsque Senatorum et equitum, adultorum iuxta ac puerilis etas, itemq; mulierum, et familiæ totius examinet ac proscr

Præfector  
urbis.

ret, eaq; corrigat, quæ cùm supplicio nondum digna sunt, tamen neglecta multis ac magnis malis occasionem präbent: de maioribus autem ad te referat. Hoc munus pатrício alicui post präfectum urbis prästantissimo, potius quam equiti iniungendum est, noménque à tua Censura (nam omnino in hac te primas gerere conuenit) haud absurdè habebit, ut Successor ille dicatur: hisque duobus magistratus per omnem suam uitam prorogetur, nisi quis aliquid crimen admiscerit, morboe aut senectute confectus sit: nam ex diuturno hoc magistratu nihil potest mali accidere, cum alter omnino armis careat, alter paucos milites habeat, ac coram te maiorem partem sui magistratus obeat. At reliquos qui gerent magistratus, lèdere aliquem aut iniqui aliquid agere magnoperè uerbuntur, cum se priuatos rursum, aliósque cum potentia futuros präuideant. His etiam occupationum ac dirigitatis nomine premium aliquod dandum est. Prouinciae porrò tantum prätorijs uiris sunt mandandæ: reliqui eo quem monstrabo ordine Proprietores sint semel atque iterum, et ad Consulatum ea ratione accedant, si präturas rectè gesserint, ac deinde maioribus praficiantur imperijs. Hoc autem est meum de ordinanda hac re consilium. Vniuersam Italiam, quantum eius ultra XCIII. nullia passuum ab urbe distat, ceterásque omnes nobis subditas terras insulásque secundum populos ac nationes distribue, ita ut singulis urbibus, que unius alii cuius bonumis mero imperio possunt gubernari, milites imponantur, ac Consularis unus, et duo Prätorij uiri cis pràfint, quorum alter tunc prium extra Romanam aman- datus, priuatorum negotijs, rebusque necessarijs parandis occupetur: alter iam antè hoc munere conclus, & republi- cam urbiū procuret, ac imperium in milites obtineat.

Primum,

De admini- stratiōe Iu- liz, &amp; pro- uinciarum.

Consulates, P्रætorij.

exceptis his casibus, in quibus ignominia aut morte plementum est. Hi autem omnes casus ad Consularem referuntur, nisi qui ad Centuriones ac primarios priuatorum hominum pertinent: quorum puniendorum nemini alijs potestatem facere tu debes, ne is ideo formidabilis alijs fiat, ut contra te etiam aliquando quicquam conetur.

Quod autem dixi, alterum ex praetoriis debere milibus praefici, ita accipendum est, si pauci quidem milites in exteris urbibus sint, aut una legio urbana: sin due urbanæ legiones eodem in loco hyberna habeant, (plures enim his ut uni committas, ne quaquam tibi autor fuerit) oportebit duos praetorios diuisio imperio, legionibus, ac rebus ciuitatum priuatorumque hominum praesesse. Consularis uero cum ea que dixi munera obibit, tum eas causas, in quibus à praetoriis ad ipsum sit prouocatio, cognoscet. Porro quod Italiam in tot partes distribuendam tibi consulo, mirari non debes: cum enim ex magna sit, et hominum in ea summa frequentia, ab urbanis magistratis rectè gubernari non potest, oportet enim praefectos semper ijs quos regendos habent, adesse, neque eis alia quam que exequi possint negocia incumbere. Ceterum omnes illi, quibus aliquid extra urbem imperium

præmiū ma- committitur, singuli rationi sui officij congruentem acci-  
gistratuū, piant mercedem: nam neque ex suis facultatibus in alienis locis uiuere eos consentaneum est, neque rursum immensis ac nullo certo modo definitis sumptibus eos uti. Idcirque neque minus triennio (nisi quis quid deliquerit) neque plus quinquennio magistratum obeant, nam ex annis illi magistratus, ac paucō tempore circumscripsi hoc habent, ut cum quis aliquid in ijs addidicerit, prius decedat, quam eius specimen exhibere possit: et diuturniora im-  
peria multos ad fastum, ac tentandas res nouas extollunt.

Qnamo

Quamobrem maiora imperia nequaquam unum ex alio  
eidem tribuenda censco, cum quod nihil interest, in ea=  
dem ne aliquis prouincia, an uero in diuersis continentur,  
diutius quam expedit cum imperio sit, tum quod hi ali= Equites qb;  
quo inter magistratus suos interieclo intruallo, domum rebus præ-  
reuersi, ac priuatim uiuentes, meliores redduntur. Ac ficiendi.  
de Senatoribus quidem, quæ officia ijs essent assignan= Preſecti fa-  
da, satis dixi. Proinde ex equitibus duos quosdam præ= tellitioi  
stantiſſimos satellitio tuo præficies. Nam uni id committ= tere, periculo, multis uero, turbis non caret. Duo igitur  
sint, ut si alter etiam infidias tibi create conetur, tamen  
habeas adhuc qui te custodiat. Hi ex ijs qui aliquoties mi= litiam fecerint, diligendi sunt, qui que multis alijs etiam  
officijs functi sint, imperium autem obtincent in stipato= res, omnesq; per Italiam totam milites ita, ut capite etiam  
fontes pleſſandi potestate habeant: deceptis tam en Cen= turionibus, ac reliquis, in quos Senatorijs magistrati= bus tantum est potestus, ac ea ipsa quoque libera, ut pœ= nas aut premia suo arbitrio imponere possint. Verum  
hi duo, quos dixi, satelliti; tui præfecti, in cæteros per to= tam Italiam milites ius habeant, ac in Cæſarianos etiam  
qui in tua sunt familia, reliquosq; omnes, quorum aliqua  
est habenda ratio. Vicarios autem habeant hi suos ne= ceſſe est, alioquin pluribus, quam quibus sine expedien= dis onerati negotijs, ex cuius ea quæ usus postulat, omni= busq; simul istis præceſſe non poterunt. Hi, quemadmodum  
etiam præfectus urbis, et subcensor, magistratum omni= uit e sue tempore retineant. Præterea ex equitibus pro= ximæ dignitatis, unus nocturnæ custodie magister, et  
alius qui annonam procuret, ad certum tempus, ut Sena= torij quoq; magistratus, constituantur: et rarij quoq; publi= ti, ac fisci, præterea negotiorum aliorum Romæ, et pœ

Equeſtes qb;  
rebus præ-  
ficiendi.

Preſecti fa-  
tellitioi

Nocturnæ  
vigilla-  
rum preſe-  
ctus.

Italiam administratio equitibus mandetur. His ipsis etiam merces, que honori ac functioni eorum respondeat, danda est, quia Senatoribus pauperiores, Romae etiam nequeunt obeuentes aliquem magistratum ex suis facultatis uinere: sed tamen ijs quoque officia quedam committi, ex usu est, cum neque fieri possit, neque expediat, ut ijdem et exercitus, et pecuniam in sua potestate habent: ac praestat per multos publica negotia administrari, ut et complures hinc emolumentum sentiant, et experientiam rerum gerendarum consequantur, ita enim et subditi maiori te benevolentia prosequentur, multipliciter bonis publicis fruentes: et tu semper copiam eorum habebis, quibus ad quasque necessarias res conficiendas utaris. Ceterum Romae satis est ad unamquaque rationem pecuniae colligenda, foris autem in singulis prouincijs, unico equite, qui quot opus fuerit administratos sub se habeat ex equitibus sumptos, ac ex libertis. Nam hos quoque eis adiungi prodest, ut et famulis tuis premium uirtutis extet, et non defint tibi, ex quibus uel inuitus cognoscere possis, si quid peccatum fuerit. Iam si quis eques in Senatum multis negociis obeundis adeo clarus euadat, ut dignus sit qui in ordinem Senatorium recipiatur, id etas eius quo tib. adscribi bendi. minus fiat impedire nullo modo debet: quinetiam ex ijs qui ordines in ciuilibus legionibus duxerunt, in Senatum adscribendi aliquando nonnulli sunt, modone stipendia meruerint: quippe turpe ac probrum sit, eos in Senatorum numero haberi, qui aliquando storaes accorbes gestauerint: alioquin ex ijs qui centuriones ab initio fuere, nihil impedit quin praestantissimi inter Senatores reseruantur. Hoc quoque te summoperehortor instituas, Studia puerorum & adolescentium agunt, ludos literarios frequentent: adolescentes autem

autem facti, equos et arma tractare discant, ad utrumque  
doctoribus publicis certo stipendio conductis. Ita enim statim a puero discentes ac exercentes omnia ea, que adul-  
tis sunt ursurpanda, ad omnia negocia aptiores habebis.

Optimi enim ac egregij principis est, non modo ipse ut  
omnia ex officio agat, uerum ut qua ratione etiam reli-  
qui omnes quam optimi fiant prospiciat. Id autem tu ita  
præstabis, si non permittas omnia eos ex libito agere, ac  
deinde delinquentes corrigas: sed si prius quam pecca-  
uerint quicquā, omnia eos doceas, que exercentes et ti-

Boni principis officiū.  
Disciplina,  
& institu-  
tio prime  
xatus bo-  
na quid pos-  
sit.

bi et sibi ipsis maiori sint usui: ac si omnem occasionem  
propter diuitias, nobilitatem, aut aliam quancunq; pre-  
stantiam uitæ per desidiam, molliorem, aut præua studia  
ducendæ occasionem præcidas. Etenim per multi metuen-  
tes ne istiusmodi bonorum nomine inuidiae ac periculis  
sint obnoxij, multa scipsis indigna agunt, quo tutius ui-  
uere possint, atque inde misericordiam consequuntur: quia  
hoc ipsum iniqueis accidisse uidetur, quod sibi rectè ui-  
uere opinati sint. ad principem uero et damnum, bonis  
uiris destituto, et infamia huius cause reddit. Id igitur ne  
stat, caendum tibi est: neque metuendum, ne quis eo  
quem dixi modo educatus, institutusque, consilium con-  
uellendi status Reipublice sit initurus: quinimò id a di-  
sciplina nulla formatis, a libidinosis timendum est: hi e-  
nim facilime eò adducuntur, ut turpisima ac pessima que-  
que in se et alios statuant. Qui uero rectè educati insti-  
tuti sunt, cum aliū nemine iniuria afficeret, tum mini-  
me omnium cum nolunt, qui ipsis educationis huius ac di-  
scipline autor fuit. Quod si omnino quis peruersus in-  
gratusque existet, nullum ei huiusmodi negocium com-  
miserit, unde aliquid malis facinoris edere possit: aut si ni-  
hilominus aliquid molietur, convictum supplicio affi-

ce: neq; est quòd uereare, ne quis tibi id uitio uertat, qui nō magis propter punitū malum culpaberis, quām mede-  
cus propter uita aut excisa corporis uitia: ille uerò ab o-  
mnib. accusabitur, qui eodem quo reliqui modo eductus  
ac institutus, periculū tibi creare ausus fuerit. Ac de Se-

Milites quo modo ha-  
bendi.

natoribus quidē & equitibus haſtenus. Milites autē per-  
petuò alēdi sunt, ex ciuibus, fōder. tis, ac subditis delēcti,  
ad prouincias tutādas, pro ratione neceſſitatis temporis  
bus diuersis plures pauciores ſue, qui ſemper in armis ſint,  
bellicāſque artes aſſiduò exerceat, hyberna locis oppor-  
tunissimis habeat, certum militiae tempus expleant, ita ut  
nonnihil etatis etium ante ſenium ſuperſit. Non enim  
ex tempore contractis auxilijs amplius uti poſſumus, qui  
& tā procul ab extremis imperij nostri finibus diſtamus.  
& undique conterminos nobis hostes habemus; ac ſi om-  
nibus qui integra ſunt etate, armorum & rei bellicae  
uſum concedamus, ſemper ſeditiones ab ijs, & bella inte-  
ſtina excitabuntur: iam ſi armorum eis uſu interdicamus,  
ac pōſt ſuppetias ab eis accipere opus habcamus, pericu-  
lum eſt ne imperitis ac inexcitatis militibus utendam  
nobis ſit. Itaque hæc m̄ea eſt ſentētia, ut robustissimū om-  
nes, quique ſiōi alendis quām minimē ſufficiunt, in exer-  
citus conſcribantur, ac in armis exerceantur, reliqui om-  
nes ab armis & re bellica uacent. Nam & illi ſoli militiae  
dediti, rectius eam facient: & hi facilius agriculturam, na-  
uigationes, reliquāſque pacis actiones exercebunt, cum  
neque ad arma concurrere opus habeant, & alij eorum  
defendendorum cauſa excubent. Iam ea honinum multi-  
tudo, quæ etate ac uiribus ualidiſima, rapto uiuere po-  
tiſſimum cogitur, citra ullius iniuriam aletur, & reliqua  
pars ſine periculo degent. Vnde ergo, inquietes, pecunie in-  
hos, & in alias res impendendæ ſuppetent? Enim uerò id  
mox

De Ratione  
pecuniaria &  
rei expli-  
candæ.

mox ostendam, hoc præfatus, etiam si Reipublicæ sum= Agrippæ sen  
 tam penes populum esse sinamus, utique tamen pecunia tentiam re=  
 opus nobis futurum, cum impossibile sit et sine bello nos  
 tutos esse, et nulites sine stipendio habere, ne iam uel  
 unius principatum quasi is solus necessariam pecunie col=  
 lectione requirat, accusemus, uel propter hanc ab eo aba=  
 borreamus: sed ita consilium capiamus, ut qui noueris=  
 mus in qualicunque Reipublicæ forma pecuniam neces=  
 sariò esse conficiendam. Porrò quod ad eam rem attinet,  
 primò omnium debes, ut ego quidem sentio, omnes publi=  
 cas res (cuiusmodi bellis partas esse multas video) uen=  
 deres, paucis omnino tibi admodum utilibus ac necessariis  
 exceptis, præciumque earum mediocri fænore omne mu=  
 tuò dare. Hac ratione et terra fertilior erit, dominorum  
 opera propria cum colatur, atque hi ea occasione locuple=  
 tiores cum euadant, plus in publicum conferent, Resque  
 publica reditus sufficientes ac perennes habebit. Deinde  
 horum omnium, ac corum quoque que ex metallicis fodia=  
 nis, aut aliunde certò ad nos redeunt incunda est ratio: ac  
 contrà computande impense, que non in milites modo, sed  
 etiam in alia ad urbis rectam administrationem facien=  
 tia insumentur, tum que in repentina bella, aliq; ex tem=  
 pore accidentia necessariò conferuntur: sic cōparatis ra=  
 tionibus, ut reliqui sumptus suppeditent, pensio imperans  
 da est de omnibus ijs, que aliquem possessori quecumque fea=  
 runt, uel ligaliaque imperanda omnibus nostris subditis.  
 Iustum enim et quimque est, neminem horum neque pri=  
 uatum hominem, neque populum immunem esse, cum  
 ex quo ad omnes utilitas eorum, in que insumentur,  
 redeat. Exactores porrò ubique locorum constituendi  
 sunt, qui singulis suæ functionis temporibus ex omni=  
 bus redditibus quantum per est exigant: ita cum paulatim  
 ac cer

Penso.  
Veigalia.

ac certis spacijs subditi nostri ea pendant quæ debent, ac non aliquandiu neglecti, pòst simul omnia poscantur, & pensionem istam exolentibus ea res haud minimum commodi afferet, & exactoribus facilior erit sui officij ratio. Neque clam me est, nonnullos tributa ac ueligatio constituta egrè laturos esse: uerùm hi ipsi, si neque alio preterea damno afficiantur, & re ipsa compriant, hæc ipsorum salutis causa, utque ceteris suis bonis tuò perfrui possint, exigi, preterea cum plerique ipsorum eam pecuniam, alijs magistratum gerentes, alijs præfecti regionum, alijs militantes accipiunt, magnas etiam tibi gratias agent, quod exiguam suorum reddituum partem tibi conferentes, reliqua omnia sine damno percipere possint. idq; eo magis fiet, si te continenter uiuere, ac nihil prodigere uideant.

Quis enim, cum uideat te in re familiari summa parsimonia uti, in publica liberalissimum esse, non ultrò uelit aliquid conserre, cum tuas diuitias suam securitatem ac copiam esse iudicet? Itaque pecunie etiam plurimæ tibi suppetent. Reliqua ad hunc modū tibi meo iudicio sunt peragenda.

Romam omni magnificencia exornabis, omni ludorum genere decorabis: nam quia multis imperamus gentibus, conueniens est nos omnibus alijs hac in re præstare: atque hæc res efficit quodammodo etiam, ut socij nos obseruent, hostes referuiscent. Quod ad exterros pertinet, neque populus ullus cui in squam rei potens sit, neq; in concionem omnimo coacta nā neq; boni quicquā statuerint, & subinde turbas aliquas excitabunt, id: quæ ne nostro quidem populo cōcedi debet, ut ad iudicia, comitia, ali: due huiusmodi conciliū rei alicuius sciscendæ causa conueniant. Aedificijs neque numerō neq; mole quam pro necessitate maioribus utantur, neque in ludos multos ac uarios sumptum faciant: ne uelanis

Obiectioni  
occurred.

De sumptibus ædificiorum & ludorum.

uanis studijs occupentur, uel sumptibus absurdis certantes ad inimicitias mutuas progrediantur. Ludos quoque & spectacula sua habeant, excepto nostro equestri certamine, non tamen ita, ut rem publicam familiarémque suā corrumpant, cogántque peregrinos apud sc̄ aliquid sumptuum facere, aut omnibus qui quocunque certamine uicerint, cibum perennem tribuant: Nam rationi consencta neum non est, ut diuites extra patrias suas cogantur impensas facere, & præmia certantibus ubique constituta sufficiunt, nisi quis Olympiaca, Pythia, aut alia id genus certare uelit certamina: his enim solis cibus præbēdus est, ut neque urbes frustrā impendijs onerentur, neq; nisi dignis opera certaminibus quisquam exerceatur, cum possit aliquid aliud patriæ, sibi q; utilius tractare. Porro ludi equestris qui sine Gymnicis certaminis sunt, nulli alij urbi exhibēdos censco, ne uel multu& pecuniae ab re insumentur, uel homines ad malum furorem exagitentur: ac præcipue ideo, ut militantibus copia optimorū equorum sufficiat: hi itaq; ludi non alii i quām Romæ dari debent, in reliquis eam moderationem adhiberi, ut singulis in locis spectacula & musica cum fiant tolerabilibus impendijs, locus sit modestie ac tranquillitati. Vti prætereat a numismate, ponderēque uel mensura peculiari urbs nulla debet, sed nostris: neque ad te legationem nisi res discussionem tuam requirat, ullam mittant, sed quæ uoluerit, præfecto suo indicet, ac per eum ad te de sua uoluntate referant: ita & sumptus, & turpis rei conficiendæ ratio uitabitur, ac integrar' responsa sine ullo impendio ac labore auferent. Reliqua etiam omnia uideris mihi, haec ratione optimè omnium confclurus, si legatos ab hostiis, aut à confederatis regibus populifisque missos priuūm in Senatum introducas: (aliоquin enim è dignitate Reipublice

De legatio-  
nibus.

Reipublicæ est, uideri omnia esse in potestate Senatus, ac multos esse corum aduersarios, qui eum spernant) deinde Senatorum opera omnia de eis statuas que legib. sunt sanctæ, nihilque iniussu eius cum quoquam agas. hoc pacto & dignitas Imperij magis confirmabitur, & legum instituta aperta ac conspicua omnibus erunt. Tertium est, ut Senatorcs, liberosque & mulieres

corum, si quod crimen perpetrauerint, ignominia, exilio, aut etiam morte plectendum, nullo facto præiudicio in curiam adducas, integrâmque de causa cognitionem Senatus permittas, ut & fontes citra tuam inuidiam rei coram suæ sortis hominibus peracti plectantur, reliquique metu publici iudicij meliores euadant. Hæc de ijs criminib. loquor, de quibus & leges extant, & iudicia secundum eas fiunt. Nam quòd conuicium tibi quisquam fecerit, aut obtrectauerit, neque deferente aliquo audire, neque ulisci debes. Turpe enim fuerit te id credere, inuentum quite neminem ledentem, omnibus benefacientem ignominia affecerit, idque soli mali credunt principes, quos ad fidem dicti habendam conscientiam mouet. Deinde iniquum est ea & grè ferre uelle, quæ si uera sunt, præstat non admisisse; sin falsa disimulare. cum multi hæc uindicantes, pluribus ac grauioribus de se sermonibus occasione prebuerint. Hic igitur est meus sensus de obtrectationibus, ac conuenit te omni altiore esse iniuria, & neque ipsum id in animum tuum inducere, neque alijs eam opinionem subjcere, extare qui in te contumeliosus esse auit: ut iam idem de te, quod de dijs immortalibus iudicetur, esse te uenerandum. Quòd si perniciem tibi machinus fuisse quistiam culpetur (quod sanè fieri potest) cum tu ipse neque iudicabis, neque præiudicium contraria afferas (est enim absurdum cundem & accusatoris, & iudicis pat-

Negligenda & contemnenda conuicia sibi faciat. Cæsare docet.

De insidiatoribus.

toribus.

eis partibus fungi) sed in Senatum adductū, causam dice-  
re iube, ac si conuincatur, quām fieri potest moderatissi-  
mo supplicio plecte, ut fides crimini fiat. Nam plerique  
difficulter omnino adducuntur ut credant ab inermi in-  
sidias armato structas: quod hac solum ratione conseque-  
ris, si neque ex ira, neque extremo supplicio (quantum  
quidem ciuius fieri licet) in huiusmodi reos animaduertas.  
Hic tamen eos exclusos uelim, qui cum exercitum obti-  
neant, palam contra te insurgunt: neque enim hi in iudi-  
cium per trahendi, sed hostium exēplo puniendi sunt. Pro-  
inde hæc, & plerasq; alias res maximè ad Rem publicam  
spectantes Senatus potestati permittes: nam ex Rempu- In sedicio-  
blicam communi consilio administrari par est, & natura  
ra suapte homines gaudent ijs, quæ tanquam conditione  
æquales à maiori adipiscuntur, omniāq; quæ is cù ipsorum  
consilio decernit, tanquam propria laudant, ac tanquam ultrò  
à seipsis statuta diligunt. De his itaq; ad Senatum referre  
te iubeo, omnēsq; Senatores ex æquo de plenisq; rebus sen-  
tentiam ferre: sed ubi quis Senator reus agitur, nō omnes, In damna-  
nisi reus aut Senator nondum sit factus, aut Quæstorius do quo mo-  
adhuc sit. Est enim à ratione alienum, eum qui nondum du sententia  
Tribunus plebis, aut Aedilis fuerit, de eo qui hos magistra-  
tus obierit, suffragium dicere, aut hos de Pratorijs, uel  
rursum hos de Consularibus: uerum Consularib. licet  
de omnibus suam sententiam ferre, reliquos de equalibus,  
aut minoribus. Ipse autē seorsim de causis in quibus pro- Prouoca-  
uocatione certatur, iudicium facies, quæ à minoribus  
magistratibus, tutoribus, prefecto urbis, subcensore, prae-  
sidibus prouinciarum, & nonne procuratore, & nocturne  
custodie magistro ad te refruntur. nemo enim itame- rum imperium obtinere debet, ut non ab eo prouocari  
possit. De his igitur causis, & equit. m, Centurionūque, priuato

priuatorumq; primariorum cognosces, ubi de capite aut ignominia erit controversia: nam hec ad te solum debent referri: ac nemo, ob eas quas dixi causas, alius iudicare debet.

Quomodo cōsiliariis, & bellorū legatis vi- durn. ijs debet. Adhibere autem unoquoque tempore ad ea iudi- cicia potes præstantissimos quosq; patricij equestrisque ordinis uiros, aliosque ex Cōsularibus & Prætorijs, alios

alio tēpore, ut & tu prius moribus eorū hac ratione cer- tius perspectis, reclēuti eis possis: & illi consuetudine habita tuorum morum ac consiliorum, ita demum in pro- uincias exēat. Hos in causis grauioribus sententias nō a- pertè rogabie, ne necessariis suis fauentes, non liberè quid sentiant pronuncient; si dā in tabella eas scriptas ad te so- lum, ne cui alij innotescat, perferri, ac deleri statim letas iube. Sic enim uniuscuiusque sententiā certissimē cognosces, si eam illi à nemine alio cognitum iri persuasum ha- beant. Prætereā ad iudicia, ad literas, ad urbium decretū, ad priuatorum hominum postulata, ad aliāque omnia que administrationi imperij competunt, adiutores admī- nistrōsque ex equitibus quosdam habebis: sic & facilius singula peragentur, & neque tu per errorem falleris,

neq; solus omnia conficiens fatigaberis. Liberam dādi tibi ex animi sui sententia consiliis omnibus potestatem facies, proposita securitate: nam & si cuius tibi sermo probabi- tur, multum inde utilitatis ad te, & si non placebit, nihil incommodi redibit: quorum consilium sequendum exi- stimabis, eos collauda, ac honora: (nam illorū inuentis glo- riā tibi paries) quorum uero rei cies, nequaquam eos aut ignominia afficies, aut culpabis, cum ad eorum tibi no- luntatem, non successum eius sit respiciendum. Quod idē Legatorum in re bellica etiam tili obseruandum est, ne uel fortuito opéra, alicuius infortunio succenseas, neque re bene gesta in- videas: ita libentes alacréisque pro te omnes pericula sus- scipient

Sciپient, cum neque infeliciter regestas supplicium, neque prospere, in fidias sibi timendas persuasum habeant. Nam multi cum eorum penes quos summa esset imperij metue rent inuidiam, cladem accipere quam uictoria potiri, maluerunt, eoque se se tutos praestiterunt, damno illis iniuncto: quare tu, ad quem utriusque euētus uel commoda uel incommoda maxima sui parte referentur, nequaquam debes uerbo quidem aliis, re autem ipsi tibi inuidere. Ea autem dices, ac ages, quae sentire ac facere praefectos tuos uelis: id enim facilius eos officium suum docet it, quam metus legum: cum alterum imitatione constet, alterum timore: ac facilius meliora imitentur homines cum ea in re ipsa conspiciant, quam peiora uitent, uerbis eas prohibita audientes. Ipse igitur omnia summa cum diligentia ages, nihil tibi ipsi ignoscens: sed certum hoc habens, omnia tua ex dicta ex facta statim omnibus nota futura. Via ues enim ueluti in quodam orbis terrarum theatro, nec fieri potest, ut uel minimum tuum peccatum latcat: nihil enim sine arbitris, sed semper in magna hominum multitudine ages, et perscrutari acta principum omnes homines libentissime solent. Qui si semel compererint te alia aliis precipere, alia ipsum agere, non iam minas tuas metuent, sed facta imitabuntur. Aliorum uita inspicienda quidem tibi, non tamen grauiter inquirendum: sed quae ab aliis accusantur crimina, de iis iudicandum: reliqua accusatore carēti: tu quoque disimula, nisi quid in Républicam sit delictum: de his enim exigenda est merita pena, etiam si nemo defrat. Priuata autem cetera, cognoscenda quidem sunt, ne erres aliquando huiusmodi inepto homine ad functionem aliquam adhibito, non tam coarguenda. Nam natura multos homines eō rapit, ut contrarie leges delinquant; que si quis omnia accurate

Quomodo  
aliorum vi-  
tia & virtu-  
tes redde tra-  
decantur.

Aequitas, delicta persequi uelit, aut neminem, aut per paucos im-  
 punitos relinquat: si humi niter aequitatem iuri misceat,  
 fortassis eos emendet. Lex enim quanquam necessariò poe-  
 nas graues statuit, tamen naturam coercere non semper  
 potest: cæterum homines quidam cum occulta esse sua pec-  
 cata putant, aut saltem mediocriter uerbis castigantur,  
 uitam enuendant, partim quòd metuunt ne manifesti de-  
 lictorum sint, parem denuò peccare ueriti: iidem pa-  
 lam factis uitiis suis pudore proiecto, aut immodicè puni-  
 ti, omnia iura confundiunt ac concubant, solisque natura  
 impetibus seruiunt. Quamobrem neque facile est omnes  
 peccantes punire, neque decorum eos qui aperte libidin-  
 e mala scruntur, negligere. Habet rationem peccata ho-  
 minum, nisi extrema omnino sint, tractandi. At egregia  
 eorum facta etiam maiori quam mereantur honore sunt  
 ornanda. Ita enim potissimum efficies humanitate tua, ut  
 à deterioribus abstineant: et munificentia, ut meliora  
 sequantur. Neque enim timendum est, ne te aliquando  
 pecunie, aliue, quibus compenses uirtutem tuorum, des-  
 ficiant. nam te in tot terras ac maria imperium habente,  
 citius arbitror defuturos, qui donis tuis digni sint. ne quo-  
 id uerendum, ne qui à te ornati, ingratos se exhibeant,  
 cum nulla alia res perinde hominis ingenium subigat ac  
 conciliet, quam si is non modò nulla iniuria sed etiam be-  
 neficio afficiatur. Eum te aliis ut praetreas consulo. Iam  
 quod ad te ipsum attinet, nihil insolens, aut superbū ad-  
 mittere debes, tibi uel ab aliis uel à Senatu uerbis aut re-  
 oblitem. Ut enim alios honores à te dati ornant, ita tibi  
 maius his que habes dari nihil potest: sed quidquid das  
 tur, multam fuci suspicione secum fert. nemo enim est, qui  
 sponte sua aliiquid tale ei qui summa rerum obtinet, decer-  
 nec uideatur: que uero sibi ipsi quispiā tribuit, neq; l. uis  
 dari so-

Immodici  
honores nō  
admirandi,

risolent, ex risu excipiuntur. Ideo splendorem tu tibi  
 præclaris facinorii us para, statuas tibi neq; auricas neque  
 argenteas fieri unquam sine n: m: nō modò magnis sum=ptibus ex constant, sed insidiis etiam opportune, ac parū  
 diuturnæ sunt; bene faciendo autem alias statuas in a= nimis hominum nulli interitui obnoxias effice. Tcimplum  
 quoque nullum tibi paterere edificari. Quippe in huiusmo<sup>parissimo.</sup>  
 di res incassum multæ pecunie insumuntur, quas necessaria  
 riis rebus impendere præstat. Etenim dinitiz magna  
 non tam multa accipiendo, quām non multos sumptus  
 faciendo colliguntur: ex id genus res nullam gloriam  
 adferunt. Ac uirtus multos Diis æquat; nemo autem un=quam mortalium suffragiis Deus effectus est. Ita tibi si  
 bonus fueris, ac recte imperaueris, uniuersa terra tem=plum erit, pro delubris omnes urbes, omnes homines pro  
 statuis, quorum in animis semper cum gloria insidebis: qui  
 uero imperium summum male gerunt, eos ista ornamen=ta,  
 quanquam in omnibus urbibus positi, tantum abest ut  
 decorent, ut etiam reprehensionibus eos hominum expos=nant, cum sint trophae quædam malicie eorum, ac iniu=sticiæ monimenta: quæ quo diutius perdurauerint, cõlon=gus quoque infamia istorum permanet. Itaque si reuera  
 immortalis fieri cupis, ita ut dixi agendum tibi est. Deos <sup>Pictas.</sup>  
 quoq; semper ex ubiq; ita cole, ut moribus patriæ est re=ceptum, ad eundemq; cultum alios compelle: peregrina=rum uero religionum autores odio ex suppliciis prose=quere, non modò Deum gratia, quos qui contēnit, haud=dubiè nihil quoque aliud magnificet, sed propterea etiam, quod qui noua numina introducunt, multos ad pe=regrinis legibus utendum pellicunt: inde coniuratio=nes, coitiones, ex conciliabula existunt, minimè unius prin=cip: uti comoda res. Itaq; neq; deorum contemptorem,

neque præsigiatoꝝ ullum tolerabis. Nam diuinatio quidem necessaria eſt, id eoque omnino arufices & augures tibi ſunt conſtituendi, quos conſulere poſſint qui uolunt: magi uero omnino ferendis non ſunt, qui cum ſex penumerò uera etiam dicant, tamen frequentius mentient do hominibus nouorum rerum tentandarum cauam prætent. Quod idem philosophiam, quoque profitētes haud p. uici faciunt: quos ipſos quoque caue te iubeo. Neque enim quia Arcum & Arthenodarum bonos ac honestos uiros expertus es, omnes alios idem ſtudium præ ſe ferentes ſimiles eorum iudicare debes, cum bac ſpecie uſi multi inſinuita mala populis priuatissime hominib. adferat. Animo quidem te quam maxime pacis ſtudioſo, nihilque præter ea que poſſides appetente eſſe decet, interim tamen ad bellicam rem paratiſſimum, ut neque uelit quidem, neque auſit quiſquam te laedere: aut ſi omnino id co-

Auſcultato-ribus quae-  
nus creden-  
dum.

uetur, facile & exempli plecti poſſit. Ac quandoquid ob hanc & alias cauas habergo te oportet auſcultatores ac exploratores, quorum opera omnes tui imperij res co-  
gnoscas, ne quid custodia aut emendatione indigens te fallere poſſit: memento non omnia ſtatim que ab his re-  
ſtruntur, credenda, ſed diligentem conſiderationem ad-  
hibendam eſſe. permulti enim eorum uel odio aliorum,  
uel eorum bona ſibi petentes, uel in gratiam quorundam,  
uel irati ob poſtulatam ab aliis ac non acceptam pecuniam,  
falso crimine ſeditionis tentatae, aut contra Imperatorem  
alicuius facti uel dicti improbi eos onerant: ideo non faci-  
lē iis animus eſt aduertendus, ſed omnia accuratē indus-  
ganda. Quod ſi enim tardius fidem adhibueris, nullo tuo  
magno id fiet damno: feſtinando autem fieri potest ut pec-  
atum aliquod irreparabile admittas. Ad hanc libertoru-  
te tuorum ac familiarium optimum quemque in honore  
habet

habere oportet, quia id est decus tibi magnum, et secundum  
ritatem affert; nulli tamen nimia est indulgenda poten-  
tia, sed ita moderandum omnibus, ut ne in quam te repræ-  
bensionem coniiciant. Nam quæcunque uel recte, uel sec-  
cus egerint, omnia tibi imputabuntur: talèmque te om-  
nes iudicabunt, qualia eos facta exercere permiseris.

Ergo potentibus omnibus iniuria alios afficiendi, calum-  
niandi que facultatem adimes, ut si nihil etiam delinquat,  
tamen ne posse quidem id culpari queant. Inferioribus  
sortis hominibus iniuriam pañis omni opera succurre,  
ita tamen ut eorum querelas haud temerè accipias, sed  
rem ipsam per se intuearis, neque potentiores omnino  
suspectos, neque inferioribus in omni re fidem habens.  
Operantes, artibusque utilibus deditos honoribus affici-  
to, socios aut negotiis prauis intentos odio habeto, ut  
illa utilitatis gratia amplectentes, hec propter damna  
omittentes, et priuata et publica rei magis conducant.  
Expedit porro priuatorum ciuium controversias quam-  
sieri potest maxime dirimere, ac quam celerrime compa-  
nere: id uero magis adhuc prestat, populorum studia in-  
hibere, ac cum uota facientes pro imperio, salute, et  
fortuna, cogere aliquos uolunt, ut aliquid ultra facula-  
tates suas agant impendantue, id non concedere: preter-  
ea inimicitias eorum contentionesque penitus preclida-  
re: neque concedere, ut inani cognomenta, aut alia unde  
discordie incidere possunt, sibi sumant. In quibus, in-  
que aliis omnibus, facilius tibi omnes et priuatim et pu-  
blicè parebuit, si nihil horum ulli preter alios permise-  
ris. Nam inæqualitas etiam ea quæ bene in unum coaule-  
runt, dissipat. Itaque omnino pati non debes, ut quis ho-  
rum quicquam a te petat, quod ei a daturus non sis: sed  
hoc summo perè conari debes, ut ne quid uetitorū pescat

Quotiodio  
tractandi sa-  
miliaes.

Potentes.

Inferiores.

Aequalitas.

quisquam. In summa autem id tibi consilium do, ne quan-  
**Potentia re-** do abutaris potentia tua: neque eam putes esse diminua-  
**et vendu-** tionem eius, si non simul omnia facias que possis. sed quae-  
 to magis omnia que statueris, potes perficere, tanto ma-  
 gis cura, ut optima queque tibi proponas. semper tecum  
 ipse expende, recte an secus quid egeris, quo facto a-  
 morem tibi concilies necne: atque ita haec uita, illa susci-  
 pe. Neque si neminem te incusare audias, ideo existimas  
 re debes te iure posse aliquid contraria agere: neque expe-  
 etare debes, dum eò quispiam insaniè progrediatur, ut a-  
 perte tibi obtrecent: hoc enim nemo etiam summè lèsus  
 faciet: quinimò multieos à quibus iniuriam accepérunt,  
 palam laudare coguntur, dum id efficere conantur, ne  
 succensere videantur. At principis est, non ex sermone  
 aliorum de animo ipsorum conjecturam facere, sed ex iis  
 que eos sentire sit uerisimile. Haec te et simili: horū age-  
 re uelim. Multa enim prætereo, quod simul ea omnia di-  
 ci non possunt. Vnum dicam, quod caput est et summa o-  
 mnium eorum que uel dicta sunt, uel ad dicendum restat.

**Caput tertii** Si haec tua sponte omnia egeris que uelles aliū in te im-  
**adhortatio-** perium habentem agere, nulla in re peccabis, omnia pro-  
 sperè conficies, uitamque exinde et suauissimam et tu-  
 eissimam duces. Qui enim non patris ac seruatoris loco  
 te omnes et suspiciant, et diligant, cum videant te mo-  
 destum, uite integræ, bello ac pace præstantem? cum ne-  
 minem contumeli, neminem iniuria afficias: cum uite et  
 qualitatem serues: cum non ab aliis pecuniam exigens,  
 ipse diuitias asserues: cum non alio: affigens luxuricris  
 ipse: cum non alios castigans, ipse libidini indulgeas, sed  
 in omni re tuam uitam eorum moribus accommodes? Ita  
 que fatus eo præsidio, quod in te ipso, si neminem lese-  
 ris, magnum habebis, crede mihi, neminem tibi neq; infes-  
 tum

stum futurum, neque periculum creaturum: quo praesente, utam esse iucundam omnino necesse est. Quid enim dulcius, quid felicius, quam cum iustitate omnibus humanis bonis fruentem, usdem alios quoque impetrare posse? His itaque, ac reliquis quae recensui omnibus consideratis, assentire mihi, neque aspernare fortunam, que te ex omnibus delectum summorum præfecit. Quod si unus imperij sumnam re ipsa tibi sumens, regni nomen ut execrabilis reformidas, potes eo omisso sub Cæsaris nomine omnia in tua potestate habere: sin alias etiam appellationes desideras, dabunt tibi Imperatoris titulum, etiam patri tuo quondam datum, exornabunt autem te preterea alio etiam quopiam cognomento, ita ut regni omnibus bonis sine eius inuidiosa nuncupatione perfriaris.

His Mæcenatis peroratis, conticuit. At Cæsar cum utrumque sapientiae, copioseq; & literæ orationis causa magnopere collaudasset, Mæcenatis consilium prætulit: non tamen omnia statim quæ sis suassisset, agere inquit, uteritus ne si subito homines in alium traducere statum cuperet, res ea primum sibi esset successura, is deoque alii confitimus mutauit, alia postea temporis: nonnulla etiam sequentibus Imperatoribus perficienda reliquit, que successu temporis commodius constitui posse iudicabat. Neque uero nñori Agrippa, quamvis contrariam sententiam tulisset, in hoc exequendo instituto est usus industria, quam si ipse autor eius fuisset. Hæc sunt, & ea que ante has orationes retuli, que Cæsar egit eo anno, quo Consul quintum fuit. Eodem anno etiam Imperatoris nomen accepit, non quale propter uictoriam tribui uctusto more solebat, (id enim saepius & antea, & postmodò ex ipsis actionibus reportavit, uicies quidem Imperator dictus) sed quo summa ini-

Mæcenatis  
senectua pta  
lata,

imperato-  
ris nomen  
Cæsar adiu-  
mit.

Censura Cx  
fari, & le-  
gio Sena-  
tus.

perij demonstraretur, quod patri quoque eius Iulio, &  
cuius filius fuerat decretum. Deinde Censor collega Agrip-  
pa fuit, emendauit que cum alia quedam, tum Senatu exas-  
minauit. Nam in eum ordinem multi equites ac plebei im-  
digni bellis ciuilibus adsciti erant, ita ut ad millenarium  
numerus Senatorum peruenisset. Hos ut remoueret, jul-  
lum eorum ipse deluit: sed cum horatus fuisset, ut sua ipsi  
conscientia teste de genere & uita sua iudicium ferrent,  
primum quinquaginta uiros permouit, ut Senatu cede-  
rent, deinde ad horum exemplum sequendū alios CXL.  
adegit. Horum nomina edidit, at primis quod nulla in-  
terie etiā mora dicto paruisse, hanc quoque ignominia  
remisit. Porro hi sponte sua priuati facti sunt. At Q. Sta-  
tilium idem iniustissimum quidem Tribunatu, qui eidesti  
natus fuerat, prohibuit: alios quosdam Senatores effecit:  
in numerum Consularium duos ex patribus retulit, C.  
Cluuum, & C. Furnium, quod Consules designati, cum  
magistratum ab aliis praeuenti non gerissent. Patriciorū  
etiam familias Senatu id permittente, quia pleraque pe-  
rierant, suffecit: quippe præsertim nobiles in bellis ciui-  
libus pereunt, at qui patriciis ad plerosque patrios magis-  
tratus obeundos opus est. Præterea edixit, ne quis Se-  
nator iniussu suo permissoque extra Italiam abiret, id  
quod hodie etiam obseruatur, cū nulli Senatori aliò quam  
in Siciliam, Galliamq; Narbonensem licet peregrè pro-  
ficiisci: eo autem propter propinquitatem, ac quia pacata  
sunt regiones armisque uacant, etiam sine uenia impeta-  
ta licet quoties uelint Senatoribus proficiisci, iis qui ali-  
quam ibilocorum habent possessionem. Ac quoniā mul-  
tos etiamnum Senatores, aliorumque ordinum homines  
parum ipsi fidere animaduertebat, eosque ne quid noui-  
machinarentur uerebatur, omnes sc̄ literas in Antonij  
scribit

senatorib⁹  
peregrina-  
tionib. In-  
terdictum.

Antonij li-  
terae.

scrinii repertas combusisse dixit: nam re uera nonnullae erant perditæ, at plerasque summo studio adseruabat, quibus in posterum uti haud dubitauit. Carthaginē quoque denuò coloniam deduxit, quia Lepidus partem eius cum habitatoribus orbasset, uidebatur ius coloniæ dissoluisse. Antiochum Commagenum ad se exciuit, quod is fratris sui, cum quo litem habebat, Romam missum legatum dolo occidisset: eum Antiochum in Senatum adductum, damnatumque interfecit. Capreas à Neapolitanis, quorum antiquitus erant, permutatione agri redemit: hæc sita est insula haud procul à Surrentana cōtinente, ad nullem quidem rem utilis, nomen tamē adhuc hodie, propterea quod ibi habitauit Tiberius, obtinens.

Colonia  
Carthaginē  
sis instaura-  
ta.  
Antiochus:  
Commage-  
nus capite  
plegitur.  
Capreas Cæ-  
sar emit.

## DIONIS ROMANAЕ

HISTORIAE LIBER QVIN  
quagesimustertius, Gulielmo Xy-  
landro Augustano  
interprete.

### INDEX CAPITVM HVIVS LIBRI.

- De dedicatione templi Apollinis in Palatio.
- Quomodo Cæsar in Senatu orationem de deponendo imperio habuerit, ac deinde cum Senatu prouincias partitus sit.
- De constitutione praefectorum, qui in prouincias mitterentur.
- Vt Cæsari cognomentum Augusti sit datum.
- De nominibus, quæ Imperatoribus dantur.
- Septa quemadmodum fuerint consecrata.
- Cæsar vt bellum contra Astures & Cantabros obletit.
- Quomodo Galeria à Romanis regi cœperit.
- De dedicacione porticus Nep:uni. & baluci Agrippæ.
- De Panthei dedicatione.
- Quemadmodum Augusto necessitas legibus paredi sit remissa.
- De expeditione in Arabiam felicem suscepta.
- Annis gesta hæc V I. in quibus Cols. fuere

- Anno V. C. 716 Cæsar V I.  
 M. Vipsanius L.F. Agrippa II.  
 717 Cæsar V II.  
 Agrippa III.  
 718 Cæsar Augustus V III.  
 T. Statilius Taurus.  
 719 Augustus I X.  
 M. Junius Silanus.  
 720 Augustus. X.  
 C Norbanus. C.F. Flaccus. I f.  
 721 Augustus X f.  
 Cn. Calpurnius Piso. Cn. F.



Agrippe cu  
Cæsare affi-  
nitas, hono  
rēque ab il  
lo ei exhibi-  
biti.

Census:

Apollinis te  
plum.

Ludi quin-  
quennales.

III. Sacer-  
dorum gene-  
ra.

N N O in sequenti Cæsar Consul V I,  
 cùm alia omnia secundum instituta ma-  
 iorum egit, tum fasces cum Agrippa  
 collega suo partitus est, ita ut dimidia  
 ipse parte ut eretur: ac perfunditus ma-  
 gistratus eo iuramentum patro more  
 præstítit. Quæ postmodò etiam an fecerit, incertus sum.  
 Profectò enim Agrippam plurimi fecit: cui etiam soro-  
 ris suæ filiam in matrimonium locauit: & si quando si-  
 mul in bellum profici serentur, tabernaculum sui simi-  
 le dedit, ac signum militare ut ab utroque acciperetur  
 iussit. Eo quidem anno censum etiam peregit, principeps=que Senatus ipse in eo dictus est, pro eo more, qui in-  
 tegro etiamnum populi in Republica statu erat rece-  
 ptus: præterea Apollinis in Palatio templum, ac Bi-  
 bliothecas perficit, & dedicauit: ludos propter Actia-  
 cam uictorianam decretos cum Agrippa exhibuit, & in  
 ius equestre certamen per pueros & uiros patricios per-  
 egit: iisque deinceps ad nostram usque ætatem ludi quin-  
 decimales quoque anno facti sunt, eorumque curatio quatuor  
 sacerdotum collegiis per ordinem incumbit, Pontificis  
 bus ninirum, auguribus, septemuiris, & quindecim  
 uiris. Gymnici quoque ludi, stadio in campo Martio  
 extit

55

extructo ligneo, acti sunt: et munus gladiatorium de-  
pugnantibus captiuis exhibitum. Hæc per aliquot dies  
spectacula edita, neque propter inualetudinem etiam  
Cæsaris intermissa, cius quoque partes Agrippa ob-  
eunte. Ad ea Cæsar sumptus suis ex facultatibus suppe-  
ditauit: cumque publicum ærarium pecunii segeret, mu-  
tuo sumptus in id contulit. instituit etiam, ut adminis-  
trationi ærarij quotannis bini prætorij uiri præficerentur.  
populo quadruplum frumenti prioris diuisit. Se-  
natoribus quibusdam pecunias est largitus, cum eorum  
multi adeò essent re tenui, ut propter impensarum  
magnitudinem nemo eorum uellet Aedilitatem gerere.  
sed cum alia, tum iudicia ad eum magistratum pertinen-  
tia Prætoribus, ut fit, partim urbano, partim peregrino  
mandarentur. Prætorem urbanum Cæsar ipse constituit,  
idque aliquoties etiam inferioribus temporibus: spon-  
siones que Reipub. factæ fuissent ante pugnam Actia-  
cam, omnes suscepit, exceptis his que essent de ædificiis:  
syngraphas antiquas corum qui Reipublicæ aliquid  
deberent, cremauit: Aegyptiis diis sacra fieri intra  
Pomerium non est passus: templorum tam encuram ges-  
sit, ut que priuatus quispam fecisset, ea ab horum  
filii ac posteris, si qui superessent, adornarentur: re-  
liquæ ipse refecit. Horum refectorum gloriam ipse sibi  
non uendicauit, sed iis qui ea instaurassent, eam attri-  
buit. Ac quoniam multa omnino in seditionibus ac bel-  
lis intestinis, præsertim in Triumuiratu iniuste et ini-  
què constituta fuerant, unico edicto ea omnia antiqua-  
uit, sine iis que abrogaret, sexto suo Consulatu posito.  
Ob que cum esset in oculis omnium, ac laudibus afficcre-  
tur, ad ostendendam nouam magnanimitatem, quo ma-  
gis

Aegyptiis  
dij.

Triumuir-  
tus a & a bo-  
lita.

gis suus honor augeretur, in imperiū mque in Republica u-  
nius hominis uolentibus ciuibus, ne coacti uideri pos-  
sent, stabiliendum animum adiecit. itaque septimū Con-  
sulatum gerens, cum ad id aptissimū quemque Senatorū  
sivi comp̄rasset, in Senatum uenit, atque hanc de scripto  
orationem recitauit: Satis compertum, Patres, habeo  
**Cæsar** in  
Senatu' ora fore ut nonnullis uestrūm incredibile propositum meum  
tio, quæ uideatur: quæ enim nemo facere ipse uelit, eas si alium se  
imperio abi turum polli facturum dicere audiat, ne quaquam fidem habet. quò ac-  
cetur.  
Sed etiam cedit, quod cùm superioribus omnes inuident, iis de se  
ipsis loquentibus èò promptius diffidant. iam ne hoc qui-  
**Fidem** sibi dem me fallit, hos qui ea dicant, quibus fides habenda nō  
conciliat. uideatur, nō modò non persuadere auditoribus, sed scur-  
ras etiam iudicari. Verùm enī uero si quid ego huius-  
modi polliceri instituisse, quod non confestim essem re-  
presentaturus, profectò haud facile animum induxissem  
id proferre, ne malam pro bona gratiam iniirem: nunc  
cum uerba mea statim, hácque ipsa die sim re confirmatu-  
rus, equidem confido me non tantum in nullam mendacijs  
infamiam incursurum, uerùm omnes homines honesto  
nomine superaturum. Proinde posse me perpetuum in-  
potestatem suam prædi cat.  
uos obtinere imperium, ipsi cernitis. Nam et aduersarij  
mei omnes aut supplicio coerciti sunt, aut misericordis  
affetti ad sanitatem redierunt, et auxiliarij mei benefi-  
ciorum talione mei sunt iuris facti, societateque rerum  
muniti, ita ut nemo ad res consurgere iam nouas possit.  
Quod si quis tamen ausus fuerit, contra eum auxilia mi-  
hi uel maxima in promptu sunt, cum et exercitus habca-  
nulidos, et benevolentiam roburque eorum, et pecunias,  
et socios, ac, quod præcipuum est, cum uos populis que  
eo in meis animo, ut praesesse me uobis omnino uelitis.  
Neque uero diutius uos uerbis suspensos meis tenebos,

neque est quòd dicat quisquam omnia quæ ante hoc tem-  
 pus egi, esse à me propter summum mihi imperium pa-  
 randum facta. Iam enim id imperium omne depono, resti-  
 tuo uobis omnia protinus, arma, leges, prouincias, neque Promittit se  
 et tantum, quæ mihi cōmisisti, scil hæc etiam omnia, quæ cessurū im-  
 ego deinde paraui: ut iam ex re ipsa perspiciatis, me ab  
 initio nequaquam potentiam aliquam animo propositam  
 habuisse: sed hoc uerè cupuisse, ut patris mei misere-  
 interfecti cædem ulciscerer, utrēcumque magnis & conti-  
 nencibus malis liberareni. Utinam quidem nunquam mia Suas actio-  
 hicæres suscipienda fuissent: utinam, inquam, mea opera nes, & cari  
 nunquam ad hæc negocia indiguisse ciuitas: sed quomodo finem addu-  
 do olim maiores nostri in pace & concordia etatē trans-  
 egerunt, ita nobis quoque licuisset. At quoniam fatum a-  
 liquod, ut uidetur, eò rem deduxerat, ut me quoque quā-  
 uis paruo tum natu, opus uobis esset, usque: quamdiu  
 res mecum auxilium desiderauit, omnia studio summo, ca-  
 tiā suprà quām anni meis ferrent feci, omnia felicius quām  
 pro viribus adeò meis geſſi. neque me illa res à subsidio  
 uobis in periculo uersantibus frenendo auertit, non labor,  
 non terror, non inimicorum minæ, non amicorum preces,  
 non multitudo seditionis, non furor aduersariorum  
 qui propter uos me in omne discriben prorsus darem,  
 eaque & agerem, & sustinerem, quæ nota sunt, & un-  
 de nihil mihi quām liberatio patriæ, uobis autem scilicet  
 & quies parta est. Quando igitur fortuna, ut par fuit,  
 pacem sinceram, ac concordiam tranquillam uobis mea  
 opera restituit, recipite iam nunc libertatem, & pristinā  
 Reipublicæ formam, accipite arma, gentesque uobis sub-  
 ditas, & uestro more rem publicam gerite. Neque uero  
 mirum uobis uideri potest, quòd ita sentio, si bonitatem  
 meam in cæteris omnibus rebus, clementiamque, & trā-  
 quilli

guas ipsius  
virtutes præ-  
dicar.  
Iustum &  
vile.

quillitatis studium consideretis; ac reputetis, nihil me una  
quam fastuosum, aut cæteris sublimius, quamquam multa  
uobis mihi huiusmodi decernentibus, accepisse. Neq; studi-  
ticiæ me damnabitis, quod imperium in uos, ac principa-  
tum tot terrarum ultrò asperner: nam si iusticiam quis-  
quam respiciat, ego sane iustissimum esse censeo, uos uero  
stræs res ipsos administrare: sin utilitatem, mihi utilissi-  
mum esse iudico, ne negotiis destinear, neue inuidic et  
inſidiis sim obnoxius, uobis autem, ut in libertate placide  
ac amicè rem publicam teneatis: sin gloriam, ( propter  
quam multi bella sæpe et pericula suscepereunt ) nonne  
summa nubi sit gloria, à tanto me imperio abstinuisse,  
ac sponte mea ex tanto principatus fastigio ad priuatam

Factū suum  
de redden-  
da Republ.  
extollit cō-  
paratione  
siquorū.

uitam descendisse? Etenim si quis uestrūm est, qui in alio  
quodam homine nullo tantum continentie esse, aut uerē  
cum haec de se dicere posse putat, is tamen mihi hæc tri-  
buere debet: nam cum multa possim, et magna mea, pas-  
trisque mei in uos beneficia referre, propter quæ merito  
nos plus cæteris et amare et honorare debeatis, nullum  
tamen aliud est quod potius prædicem, aut quo magis glo-  
rier, quam quod regiam potestatem et is à uobis dae-  
tam repudiauit, et ego cam habens depono. Cum quo be-  
neficio quis tandem comparare uelit Galliam subactam,  
aut Myssiam captam, Aegyptum domitam, aut Panno-  
niam in seruitutem redactam? quis Pharnacem, Iuban,  
Phraatem, expeditionem Britannicam, Rbeni trāſitum?  
Hæc quidem tot tantaque sunt, quot quantaque patres  
noſtri omniſuperiore tempore non præſtiturunt. Verum  
neque horum ullum præſenti facto est conſtrendum, neq;  
hæc etiam, quod bella ciuilia maxima ac multiplicata, eis  
démque continua, et conſecimus prospere, et uictoriā  
summa humanitate temporauiimus, omnibus aduersariis,

t. 1. q

tanquam hostibus, superatis, omnibus subiectis, tanquam  
 amicis, conseruatis, ita ut si in fatis ita sit, rursum no-  
 stram urbem laborare, optandum sit, eo iterum modo ca-  
 seditionibus agitari. Id uero humano amplius est inge-  
 nio, nos, cum in nostra uos essetis potestate, cum nos tamen  
 tum uirtute ac fortuna florcremus, ut uolentibus nolent-  
 ibus, uobis imperare possemus, tum nos neque animis claus-  
 tos fuisse, neque ad regnum aspirasse, sed patrem meum  
 id a uobis oblatum respuisse, me id acceptum reddidisse.  
 Neque hoc a me temerè iactatur: (nam si quid mihi his  
 uerbis queri putassem, nunquam omnino ea protulisse)  
 sed ut intelligatis, cum multis nos in Rempublicā merita-  
 tis, multis nostris ornamentis gloriari possumus, hoc nos  
 maximè exultare, q[uod] ultrò ab his abstiuerimus, que alij  
 per uim etiā sibi querunt. Quis enim me (ne defunctū pa-  
 trē denuò cōmemorem) animi magnitudine diuinitatēq[ue]  
 præstet? Ego enim, proh Deūm fidem, cum habeam tot  
 tantosque milites, ciues et socios qui me amant, cum fe-  
 rē totimari mediterraneo imperem, in omnib[us] continēti-  
 bus terris urbes et populos possideā, cum nemo uel exte-  
 rus bellum, uel ciuiis seditionem moueat, cum uos omnes in  
 pace, concordia, et felici statu agatis, quodq[ue] maximū est,  
 sponte uox stra mihi paratis, tamen ultrò, nemine iubente;  
 tanto imperio tantisque diuitiis abeo. Quod si Horatius,  
 Mucius, Curtius, Regulus, ac Decij pericula et mortem  
 sustinere uoluerunt, ut magnificati atque præclarí ali-  
 cuius nomen sibi pararent, cur non ego id potius egis-  
 sem, quo consequi possum, ut uiuus etiam istos, et mor-  
 tales omnes gloria excellam? Nolite enim ita existima-  
 re, priscos illos Romanos uirtutis ac fame studiosos  
 fuisse, nunc omnem animum uirilem ex ciuitate eva-  
 nuisse. Neque suspicari quisquam debet, me uolis præ-  
 teri

Magnani-  
 mitate, & di-  
 uinx natu-  
 ræ similitu-  
 dinem suā  
 iactat.

teritis, summam Reipublicæ malis quibusdam hominibus, aut turbæ (unde non modò boni nihil, sed extrema mala nunquam non proueniunt) tradere instituisse, quinam imò uobis, uirtute & sapientia præstantissimis Rempublicam ego committo. illud enim nequaquam facturus fui, etiam si uel nullus mihi moriendum, uel omnino regnandum fuisset: hoc uero in meam ex ciuitatis utilitatem facio. ipse enim laboribus & ærumnis consecutus sum, nesciitatem que iam uel corpore uel animo perdurare possum: deinde præuideo odia & inuidiam, que multi contra optimos etiam uiros suscipiunt, insidiásque ex iis nascentes, ideoq; priuatim potius cum gloria uiuere, quam regnum gerere cum periculo statui. Res autem publica rectius cōmuni consilio, & à multis, non uno aliquo gubernabitur. Quapropter summis precibus à uobis omnibus contentudo, ut mecum hoc propositum studiose approbetis, ac uobiscum reputantes, que & bello & pace à me prouectra salute acta sint, pro istis omnibus eam mihi gratiam referentes, reliquam ætatis partem me per quietē traducere sinatis, intelligatisq; me scire non tantum imperare, sed etiam imperiis aliorū ostēperare, omniāq; que aliis mandauit, pati ut mihi uicissim iniungantur. Evidē spero me tutò uiatur, ac neq; uerbo . neq; re à quoquam læsum iri, tantum mea conscientia uestre iubet tribucrē benevolentiae: quod si quid mihi, quemadmodum multis evenit, securus accidet (neque enim possibile est, ut unus homo, præsertim qui tot bella ciuilia externaque, totq; magnarum rerum administrationem obierit, omnibus placeat) paratior sum omnino etiam ante definitum mihi à fato tempus mori priuatus, quam rex perpetuo uiuere. Id enim ipsum laudimihic edet, quod tantum absuerim à quoquam occidendo, regni mihi parandi causa, ut mortem ad eo

ad eo oppetierim , ne rex essem. Qui uero me interficiet , is utique à diis & uobis suum inueniet supplicium , quemadmodum patri quoque meo contigit. Is enim inter deos relatus , consecutusque est sempiternos honores , cum eius occisores dignos suis factis interitu perierint. Immortalitas .  
 hec ipsa quodammodo uita honesta , honestaque morte nobis paratur. Quibus motus ego , cum alterum iam habeam , alterum sperem me adepturum restituo uobis arma , prouincias , redditus , legesque : hoc tantum addens , ne uel magis difficultateque eas administrandi terribili animo situs trepido : uel ijs contemptis ac facilem esse earum rerum tractationem putantes , negligenter uos detis. Quanquam non piget me de singulis maioribus rebus in summa uobis consilium quod sequamini dare. Primum igitur leges firmiter retinete , neque quicquam in pub. Præcepta  
nè admini-  
strandæ Rel  
pub.

bis mutate: nam que eadem semper manent . et si sint non-nihil uitiosa , utiliora tamen sunt his que subinde , etiam si in melius , innouantur. Deinde que legibus præcipiuntur , ea uos exequi , que prohibent , ab ijs cauere iubeo: nec uerbo id tantum , sed facto: et non publicè modò , sed priuatum: unumquenque in eo esse , ne prenam , sed præmia consequatur. Præterea prouincias et pacatas , et in quibus bella sunt , optimis ac prudentissimis mandate , non iniudentes hic cuiquam , neque certorum hominum commoda , sed urbis incolumitatem et felicitatem spectantes. Porro hos honoribus , diuerso modo in Republica uersantes , penitus afficite: res priuatas ciuitati tanquam publicas exhibete: à publicis tanquam alienis abstinetе: res uestras diligenter adseruate , aliorum nequaquam desiderate : socios neque iniurijs afficite , neque expilate : hostes neque iniuste ledite , neque timete: arma semper in manibus

T

habete: uerum ijs neque contra uos mutuò, neque contra pacatos utimini: multibus alimenta quæ satis sint, prebete, ne per egestatem alicnas res appetant: ita uero eos continete in disciplina, ne quid mali ex frocio eorum nascatur. Sed quid attinet multis me uerbis omnia quæ agenda sunt uobis exequi, cum ex dictis reliqua facile intelligatis? Vnum hoc addendum est, si qua dixiratione, Rempublicam geretis, felices eritis, gratiasque nubi agctis, qui uos male seditionibus fluctuantes accipiens, ad hunc statum perduxisti: si uero committetis ut horum quæ consului quicquam non agatur, me quidem ut facti pœnitentia efficietis: uos ipsos autem rursum in bella multa, ac ingentia pericula coniugietis. Hæc cum Cæsar ita recitasset, mirè Senatorum animi affecti sunt. Euerunt pauci, qui eius animum intelligent, idéoque astipularentur: reliqui aut suspicabantur quo hæc consilio dicta essent, aut fidem ijs habebant. Horum alteri artificium in callide occultanda sua sententia Cæsaris admirabantur: alteri hoc eius propositum, alteri cœgrè eius uersutiam, alteri pœnitentiam cœpte Reipublicæ procurationis serebant. Iam enim extiterant, qui popularem Reipublicæ formam ut turbulentam odissent, ac mutationem eius approbarent, Cæsarisque imperio delectarentur. Ex his diuersis affectionibus eadem tamen omnium sententia proueniebat, nam neque qui credebant eum ex animi sententia locutum, gaudere, (quod eos, qui abire Cæsarem imperio uoluissent, metus, qui noluissent, sibi sue iaciura à leticia detinebat) neque qui fidem orationi non habebant, eum reprehendere aut coarguere poterant: quia uel audacia his, uel uoluntas deerat. Ita que ei omnes cum aut uerè crederent, aut credere se simularent, laudare tanien nemo eam orationem

tionem ausus est, cum alteris ea non probaretur, alteris metus obstatet. Proinde cum frequenter etiam dicenti adhuc occlamassent; ubi perorauit, multis omnes eum uerbis precati sunt, ut solus imperij summam gereret: multisque quibus id ei persuaderent, adductis argumentis, tandem eō compulerunt, ut principatum solus obtineret. Tunc

Cæsar cogi  
tur solus Ré  
publicā re-  
gere.

statim stipatoribus eius, quo accuratori custodia nimurum munitus esset, duplex eius quod reliquis militis bus pendebat stipendum ut daretur decretum est. Hac arte Cæsar, cum se uelle imperium deponere simulasset, effecit ut ei à Senatu, populōque confirmaretur. Is ut popularis opinionem sibi nihilominus aliquam pararet, recepera in se omni Republice cura, negavit se omnes uelle prouincias obtinere, aut quas regendas sumpsisset, in perpetuum gubernare, ideoque infirmiores, nimirum quia essent pacatores, alii attribuit, potentiores provincias, ut quæ plus periculi ostenderent ac uel hostes accolas haberent, uel nouos per se ipse aliquos motus turbare posset, sibi retinuit. Id faciebat sub hac specie, ut cum Senatus tuto bonis imperij perfueretur, ipse laboribus et periculis obiectus uideretur: at sub eo praetextu eum uerè inermen imbellemque efficiebat, et ad se folium arma militesque transferrebat. Hac de causa Senatui populoque Africa, Numidia, Asia, et cum Epiro Græcia, Dalmatia, Macedonia, Sicilia, Cræta, Africa Cyrenaica, Bithynia cum Pontio finitima, Sardania, atque Hispania Bætica a scriptæ sunt: Cæsari autem Hispaniae quæd reliquæ erat, ut Tarracoensis, Lusitaniaque, tum omnis Gallia et Narbonensis et Lugdunensis, Aquitaniaque, et Celtica, cum iis populis qui eorum coloni essent, nam Celtæ quidam, quos Germanos vocamus, cum omnem Celticam regionem, quæ ad Rhenum est, occupassent, efficerunt ut ea Germanas

Divisio pro  
uinciarū in  
ter Cæsarem  
& s... q. Ko  
manum.

Germania  
duplex.

nia vocaretur, superior eaque Rheni fontibus propior est: inferior, quae ab hac usque ad Oceanum Britannicum se extendit) item Cœlesyria, Phœnice, Cilicia, Cyprus, Aegyptus: ex his tamen postea temporis Cæsar Cyprum ac Galliā Narbonensem populo reddidit, pro eiusque Dalmatiam recepit, quae permutatio etiam, ueluti in processu operis dicam, in alijs quibusdam prouincijs est facta. Recensui autem prouincias hoc modo, quoniam nunc eorum que uisuum habet peculiarem praefectum, cum antiquitus binis uel ternis singuli praefuerint: ceteras, que uel tum temporis nondum à Romanis erant subactæ, aut subactæ quidem fuerant, suis tamen legibus adhuc utebantur, uel regibus concessæ fuerant, non recensui, quærum que post id tempus sub Romanam ditionem peruererunt, semper Imperatori accesserunt. Cæsar quo longius Romanos à suspicione regiae potestatis sibi propositæ adduceret, Imperium in suas prouincias decennale Imperiū de cennale Cæsar suscepit, hoc etiam iactanter addito, si breuiori spacio eas posset pacare, eo citius se imperio destiturum. Deinde utriusque sortis prouincijs Patricios praefecit, Aegypto tantum equestris dignitatis virum, ob eas quæ supra sunt commemoratae causas: annuas autem esse eorum praefectorias iussit, nisi quis multitudinis liberorum, aut nuptiarum ratione priuilegium haberet, utq; de communii Senatus consilio mutterentur, neque gladio accincti, neque militari habitu utentes: Proconsules autem eos dici uoluit, non modo duos istos Consulares, sed reliquos etiā Prætorios, aut qui præteriorum loco haberentur, utq; lictores utrisque tot, quot in urbe permisum est legibus habere, adessent, ut imperij insignia statim atque extra pomœrium uenissent, adsumerent, et usque ad redditum in urbem ca seruarent: qui neque Consulares, neque Praetorij

torij essent, ipse delegit, ac legatos suos, et Proprætores nominauit. Nam cum hæc nomina diu admodum in priori Reipublicæ forma floruisse, Prætores inquā et Consulis, Prætoris nomine, ut bellis maximè ab antiquis inde temporibus conueniens, à se delectos insigniuit, Proprætores eos nuncupans: Consulum appellatione reliquos, ut paci propinquiores affectit, Proconsules dicens. Hæc nomina in Italia Cæsar reseruauit, qui extra Italiam imperarent, quasi corum locum tenentes, Præfectos appellati. A se porrò designatis præter nomen Proprætorum hoc etiam tribuit, ut plus quam annum essent cum imperio, quatenus uidelicet ipse statuisset. ut militarem habitudinem gestarent, gladiumque, et ius capite plectendi militis haberent. Neq; enim ulli Proconsuli aut Proprætori Præfectus licebat gladio se accingere, quo ipso licentia Gladij gestæ di ius. necandi militis admicabatur: nam et Senatoribus, et equitibus, quibus alterum conceditur, alterum quoque adest. Omnes autem Proprætores, ac qui non sunt pro Consulibus, sex utuntur lictoribus, noménque inde apud Graecos habent Εξαπέλεκτος: utrique autem imperij insignia statim atque uenerint in prouinciam ipsis destinatam, accipiunt: perfunctique eo, statim deponunt. Ad hunc itaque modum decretum est, ut cum in Cæsaribus, tum in reliquis prouincias Prætorij ac Consulares præsides mittantur, eosque Imperator in quas uisum est ipsis regiones, ac quando ipsi uideretur, dimisit: multiq; etiamnum Præturam aut Consulatum obeentes prouincias administraverunt: quod nostro ctiam tempore nonnunquam fit. Senatoribus autem scorsim Africam et Asiam, prætorij sre liquas prouincias adscripsit: utrisque autem ex equo interdixit, ne ante quintum annum a gesto in urbe magistratu prouincias sortirentur: ita fiebat, ut et si eorum

numerus quām prouinciarum erat maior , tamen ad omnes tandem imperium perueniret. Post Cæsaris autem Octavianit tempora , cum nonnulli eorum male geſiſſent magistratum ſuum, Imperatori iſte quoq; prouincie ſunt adiectæ, ac ſic hiſ etiam iſpis quodammodo iſ prouincias aſignabat : nam iubebat tot uiros, quoſ eſſent prouincie, ſortem inire : quidam Imperatores etiam à ſe delectos in iſtas prouincias legatos miferunt, ac nonnullis per plures annos imperium prorogauerunt, & aliquando loco Paſtriciorum equites preſecerunt. Hec ergo ita ſtatuta ſunt de Senatoribus ijs, qui potestatem mortis in ſubditos ha- bent. Mittuntur enim & quibus ea non eſt in eis prouin- cias que populi Romani eſſe dicuntur, ijq; ex Quæſtori- bus & legatis eorum qui prouincias gubernant, ſorte de- liguntur. Hos legatos ſeu aſſeffores potius aut confilia- rios ſuos ſinguli ſibi prouinciarum preſecti adſiſcunt, unicum quidem Prætorius ex ſui aut inferioris ordinis hominibus, tres autem Consularis ex eiusdem dignitatis ui- ris accipite eos, qui iſpi Imperatori probentur. Etsi enim de hiſ quoque posteriorcs Imperatores nonnihil innoua- runt: quia tamen id ſtatiſ deſiſt, ſatis erit ſuo loco indi- caſſe. Satis diſtum, quomodo legatos preſecti prouincia- rum P. R. accipere nt. At in prouincias Cæſaris, & urba- nis legionib. una plurib. inſtructis preſectis, ab iſpo Cæſare legati mittuntur, plerunq; quidem ex Prætorijs, nonnun- quam tamen ex ijs etiam qui Quæſturam aliumue inter- medium magistratum geſſerint. Atq; hæc de Senatoribus. At equitum Imperator eos, qui tribuni militum, aut in Se- natu fuerint, aliisue ijs rebus, de quibus ſuprà diſlum eſt, preſtant. partim ad moeniorum Romæ, partim ad urtium aliarum tutelam conſtituit, ſicut tunc ab iſpo Cæſare eſt curatores. inſtitutum : Imperator etiam curatores ( ſic enim ijs uo- cantur,

Aſſeffores  
ſeu confilia-  
rii.

Cæſaris pro-  
uincijs ut ad  
ministren-  
tur.

Curatores.

tantur, qui publicos redditus colligunt, certaque impensas faciunt) in omnes provincias suas ac populi Romani ex equitibus alios, alios ex libertis nuntit: eo dempto, quod Proconsules quibus locis praesunt, ipsi tributa exigunt. Certum etiam stipendium istis curatoribus, ut etiam Proconsulibus, edicto constituitur: quia tum etiam Cæsar ut merces eis sua daretur, censuerat. Antiquitus quidem qui aliquod à Republica munus sibi sciebissent, omnia suis ipsi stipendiis agebant, sub Cæsare primum accipere stipendium coeperunt, non idem omnes sed quicunque admodum numeris eorum rationi congruebat: sane curatoribus istis ipsum nomen sui officij à numero pecuniae quam eius nomine acciperent, inditum est. Hæ uero leges ad omnes ex equo provinciarum administratores erant factæ: ne quem decllam militum agerent: ne pecuniam præter tam quæ constituta erat, exigenter Senatus Imperatoris uice iniussu: cui successor nūssus esset, is ut statim ex provincia abiret, ac ne in redeundo domum tempus tereret, sed intra tertium mensem Romanam reuertetur. Hæc omnia eis tempore ita sunt instituta. Atre ipsa Cæsar unus in omnibus rebus plenum erat imperium habiturus, cum eis pecuniam (nam et si suas ab aerario separatis habebat, tamen his quoque suo arbitrio utebatur) & milites in sua haberet potestate. Ei cum primum decennium exiuisset, aliud quinquennium, atque eo circumacto rursus aliud quinquennium, post decennium, ac eo finito aliud iterum decretum est, ita ut continuatis decennijs per totam uitam summam imperij obtinerit. Quam ob causam posteriores quoque Imperatores, et si non ad certum tempus, sed per omne uite spatiuum ijs Imperium defratur, tamen singulis decennijs festum pro eius renovatione aequaliter, quod hodie etiam fit. Cæsari cum orationem de c-

stipendiis.  
Leges generales.

Aeraria duo.

Honore Cæsari decreti. iurando regno ac diuidendis prouincijs habuisset, multi  
erant honores delati, nempe ut ante ipsius domum in Pa-  
latio lauri poncentur, ac super eas coronæ quernæ su-  
spenderentur, nimurum quod perpetuus hostium uictor,  
Palatum. ac ciuium esset scruator: ( Imperatoris autem ædes Pa-  
latium nominantur, non quod ita aliquando decretum sit,  
sed quod in Palatio Cæsar habitabat, ibique Prætorium  
eius erat, ac non nihil domus eius nomen ab eo monte, pro-  
pterea quod ibi quondam Romulus inhabitarat, splendo-  
ris accepit: ideoq; et si alibi Imperator domicilium suum  
habeat, tamen id quoque Palati nomen obtinet. ) Sed po-  
stequam ea quæ pollicitus fuit, re ipsa perfecit, ibi de-  
nun Augstus à Senatu populoque appellatus est. Ete-  
Augusti co-  
gnomen Cæsar  
tar accipit. nim cum statuissent peculiari cum quodam cognomento  
insignire, ac alijs alia referrent ac probarent, Cæsar quan-  
uis Romuli nomen uicementer appetebat, tamen cum sen-  
tiret hinc se suspectum affectati regni fieri, eo omisso,  
Augustus, quasi hominis natura amplior ipse, cognomi-  
natus est: augusta enim ea quæ honore dignissima, ac san-  
ctissima sunt, dicuntur, idcōque οὐβατὸν Græci Augu-  
stum interpretati sunt, quasi uenerandum dicas. Hoc pa-  
et o omne populi Senatusq; imperium ad Augustum rea-  
dijt, ab eoq; perfecta

Censor

Vnius enim dominatio, et si aliquando duo vel tres si-  
mul rerum potitisunt uerissimè dicitur. Evidem nomen  
eius imperij, quo omnis penes unicum aliquem esset pote-  
stas, adeò iniuisum Romanis fuit, ut ne Dictatorem quidem  
nominare sustinuerint, cum tamen ad Imperatores summa  
Reipub. referatur, fieri non potest, qui in sub regno Roma-  
ni sint. Nam qui ex prescripto legum magistratus haben-  
tur, plirung; nunc etiam

\*

Censorum constituuntur, ceterum omnia ex sententia imperatoris aguntur. Quod ne videatur Imperatores ex potentia potius quam legibus habere, omnia que in populari forma Republicæ multum ualuerat Senatu populoq; uolentibus, ea cum ipsis nominibus in se recipiunt, excepta Dictatura. Consules enim sunt sæpen numero, ex De potesta-  
tate & cognomentis Imperatorum. Consulatus.  
quoties extra pomærium sint, Proconsules dicuntur, non  
ménque Imperatoris, non modò si qui aliquam uitioriam retulerint sed et alias reliqui omnes, ad significandam plenam suam et perfectam potentiam, semper gerunt, loco nominis regij et Dictatoris: quæ semel è Republica sublata ut non imponunt sibi, ita eorum uim ac rem ipsam imperatorio titulo confirmant. Horum nominum ratione exercitus scribendi, pecunie confiendi, bella suscipiendi, pacem faciendi, peregrinis atque urbanis rebus perpetua et in omnia ualente potestate imperandi, atque etiam intra pomærium equites Senatorésque necandi, aliisque omnia que Consulibus aliisque cum pleno imperio magistratibus facere licet, agendi ius habet. Ex Censura.

Censoria autem appellatione in uitam et mores inquirendi, census agendi, in equestrem ac Senatorium ordinem adscribendi, aliosque ex ijs remouendi pro suo arbitrio licentiam consequuntur. Quod autem omnibus sacerdotiis inaugurati sunt, ac plerosque in ea collegia adsciscunt, semperque unus eorum (si quidem duo uel tres simul Imperatores sunt) summum Pontificatum gerit, eofit ut omnes religiones et sacrificia in sua habeat manu. Tribunicia potestas, quam præclarissimus quisque potestas.

At Tribunicia potestas, quam præclarissimus quisque potestas.

Imperator habuit, efficit ut intercedere ijs, quæ ab alijs contra ipsorum placitum mouetur, possint, ac sacrosandi sint, ita ut si uel minimo sermone se ab aliquo lessos existi-

ment, indicta eum causa tanquam qui se piaculo obstrinxerit, necare queant. Gerere quidem tribunatum plebis nefas ducunt Imperatores, cum utique ipsi patricij sint: omnem uero Tribuniciam potestatem, quanta unquā maxima fuit, accipiunt; & quia quotannis eam cum Tribunis plebis eius anni renouant, annorum Imperij ipsorum hinc summa concipi solet. Hęc igitur singula cum legibus facient stabilitę in ea Republicę institutione, qua pēns populum est summa rerum, Imperatores cum ipsis nominibus sibi sumunt, ut nihil sili à subditis non datum habere uiācantur. Aliud porro quoddam ius habent nulli unquam Romano aperte & in omnibus rectus concessum. Legibus enim soluti sunt Imperatores: quo ipso solo & ea quae retulimus, ac reliqua etiam omnia agendi licentia, eis datur. Ad hunc itaque modum ratione eorum nominum, que in populari ciuitatis statu usurpariunt, omnem totius Republicę potestatem accipiunt: ac regiam elią, nisi quod inuidiam nominis uitant. Nam Cæsaris & Augusti uocabula, nihil eis quidem ea potentiae adiiciunt pecularis, sed alterum successionem stirpis, alterum splendorem dignitatis significat. Patris autem nomen tametsi eis aliquod ius in subditos tribuit, quale est parentum in liberos, tamen initio non in hunc finem eis impositum est, sed honoris gratia, utque admonitioni esset ipsis, ut subditos liberorum loco, hique rursus ipsos reluti parentes suos charos haberent. Hęc sunt appellationes istae, quibus Imperatores secundum leges, ac instituta nostri etiam temporis utuntur: nostra uero atate omnia eis hęc tribuuntur, Censorio excepto, ac olim singula ex legibus decretae eis sunt. Censoris autem nomen etiam quidam Imperatorum more antiquitus recepto acceperunt, idque Domitianus per totam suam gessit uitam, nunc uero

Legibus sol  
ui.

Patris no-  
men.

Censurā Im-  
peratores  
non omnes  
gerunt.  
Domitia-  
nus.

non amplius fit. Cum enim rem ipsam nostri temporis Imperatores habeant, neque diliguntur ad Censuram gerendam, neque eius magistratus nomen, præter quām in agendo censu, scrunt. Enim uero quē ad modum Respubli ca in meliorem ac salubriorcm formam (neque enim fieri poterat, ut sub populi imperio ea diutius esset incolus mis) fuerit, ordinemq; commutata, expositum est hactenus. Cæterū quæ postea res gestæ sunt, eodem modo quo superiorum temporum acta perscribi non possunt. His enim omnia quæ uel procul ab urbe agerentur, Senatui populōque recitabantur, id ēque multi ea stylo persequabantur: et quamvis non de crant, qui mitui aut gratia, inimicitia, &c q; uel amicitia in condenda historia aliquid tribuerent: tamen apud reliquos, ac in publicis Commentarijs ueritas reperiri quodammodo poterat. Verū d tempore immutate Reipublicæ, quia pleraque occulte agi cœperunt, parum fidei eorum narratio i: uenit: quin etiam si quid aperte ac publicè ageretur, tamen ei quoque non multum certitudinis, rei quippe non satis exploratae tribuitur. Est enim suspicio, omni. i dici agiq; ad arbitriū Imperatorum, eorumq; qui horum sunt potētiae comites: inde fieri, ut multa conficta diuulgantur, multa quæ uerè acta sint, ignorentur, denique omnia secus quām euenierint, edantur. Nam ipsius etiam imperij moles ac rerum multitudo efficit, ut difficilimum sit omnia accurate memoriae prodere. Etenim per multa quotidie Romæ, multa in sociorum regionibus, multa contra hostes geruntur, de quibus præter eos qui ea conficiunt, nemo quicquam certi cognoscit, plerique etiam ne facta quidem esse audiunt. Idcirco deinceps omnia ego ea, quæ recisere operæ est, ita ut ab aliis indicata sunt, commemorabo, siue ita rei ueritas, siue etiam aliter; mea tamen nonnunquam ap- posita

Causas redit, cur sequentes historigiæ minus certe tradiqueat.

posita opinione , si quando fieri potuit, ut ex multis his  
 quæ legi, uidi, audituue accepi, aliter rem quam tradita  
 Omen. sit gestam coniectarer. Cesari, cum Augusti cognos-  
 mentum, quemadmodum retuli, accepisset, signum haud  
 nullius momenti ea ipsa nocte euenit. Tiberis enim exun-  
 dans ita omnia quæ in plano iacerent Romæ loca reple-  
 uit, ut nauigabilis esset: id sic interpretati sunt arioli, ut  
 cum ad magnum fastigium eiusurum, totamque urbem in  
 sua manu habiturum dicerent. Cum alijs alij immodecè ei-  
 modis gratularentur, Sextus quidam Pacuius, quem alijs

Sextus Apuleius seu pa-  
cuius se  
Cesari Augusto con-  
fessat. Apudium nominant, omnium studia superauit, more His-  
 spanorum se Cesari consecrare: idemque ut facerent, alijs  
 autor existens. Id cum Augustus impediret, ad multitu-  
 dinem adstantem (Tribunus enim erat plebis co tempore  
 re) profiluit, eosque, & reliquos per compita & angi-  
 portus circumuagando, ut suum factum imitarentur, ac se  
 Augusto consecrarent, adegit. Vnde tractum, ut hodie e-

Consecratio  
Imperatori. tiam qui Imperatorem uerbis adhortantur, sc̄ ei dicant  
 esse sacros. Is igitur Pacuius obtinuit, ut ab omnibus  
 sacrificaretur ob hanc rem, ac in plebe aliquando pro-  
 fessus est se Cæsarem heredem ex æquo cum filio suo  
 nuncupaturum, non quod possideret quicquam, sed ut  
 Augustus cum huius studij causa remuneraret, quod eti-  
 am factum est. Porro Augustus cum alia quæ ad imper-  
 ium pertinarent maiori iam studio, quippe cui id ultero  
 esset oblatum, egit, tum multas leges condidit: quarum  
 ego actionum, preter eas quæ conducere nostro aliquid  
 opcri possunt, singulas persequi opus non habeo: idem in  
 reliquis etiam facturus, ne molestus lectori sim, ea intro-  
 ducens, quæ ne hi ipsi quidem accurate recitarunt, qui ma-  
 xime hoc propositum sibi habuerunt. Enim uero non om-  
 nia proprio consilio Augustus egit, sed multa publicè de-  
 liberan-

Augustus  
consiliariis  
vitus.

liberanda proposuit, ut si quid alijs displiceret, corrigere  
 id posset: omnes uero adhortatus est, ut suum sibi consiliu  
 aperirent, si quid rectius inuenirent, libertatem omnem  
 eis concedens, eorum motus sententijs quædam retrah  
 ettauit: presertim uero à Consulibus, aut si ipse Consula  
 tum gereret, à collega suo hoc contendit. Ex reliquis e  
 tiam magistratibus singulos, ex Senatoribus sorte quin  
 decim delegit, qui per sex menses consiliarij sui essent,  
 ita ut uideretur per hos etiam reliquis omnibus ea que  
 statueret communicare. (de nonnullis quidem ad uniuers  
 sum Senatum retulit, tamē præstare ratus est, ut cum pau  
 cis per oculum de plerisque ex maximis rebus consilium  
 caperet.) Hos etiam iudicijs aliquando adhibuit, cum nibi  
 lominus Senatui quoque sua essent, ut prius, iudicia, ac le  
 gatis ex oratoribus populorum regumque responsa de  
 dit. Comitia uero populi et si nihilominus habebantur, Comitia.  
 tamen nihil preter uoluntatem Augusti agebatur: magis  
 stratus partim ipse designabat, alios populo plebique  
 creando permittebat, id modo curans, ne qui indigni per  
 coitiones aut ambitum designarentur. Hec fuit Au  
 gusti generalis Imperij administrandi ratio: nunc sin  
 gula, que necessaria relatu uidebuntur, ordine prosc  
 quar cum Consulibus, sub quibus acta sunt. Anno eo,  
 quem supra demonstrauimus, cum uideret Augustus vias Viatum re  
 extra urbem aliquandiu neglectas, difficilia itinera ex se dio.  
 bibere, reliquias patrum quibusdam proprijs sumptu  
 bus reficiendas mandauit: Flaminium, quoniam ea du  
 sturus erat exercitum, ipse procurauit, estque ea statim  
 instaurata, ac ob id statuae Augusti sunt supra aras in  
 Ponte Tiberis, ex Arimini posite. Reliquæ uie posterio  
 rit tempore refectæ, siue publicis, (neque enim Senatores  
 libenter sumptus faciebant) siue ipsius Augusti sumptu  
 bus hoc

bus hoc factum quis dicere uelit: neque enim inter huius, et publicum aerarium quid interfuerit, satis video, quantum Augustus statuas nonnullas suas argenteas, ab amicis sibi et populis datas, in numisma conciderit, quod existimaretur ex suis facultatibus omnia que prae se ferret impendere. Itaque mihi animus non est dicere, pecuniae sua, aut publica Imperatores quicquam perficerint, cum utrumque sepius obtigerit: neque mihi es alia num factum, aut donationes, et alia id genus referre luet, cum hec omnia populus cum Imperatore semper conseruerint.

**Augustus munia habuerint.** Augustus his peractis cum exercitu ab res Gallicas & Hispanicas compo urerum postquam in Galliam uenit, cum Britanni oratores petitum pacem ad eum misserint, componendis Gallis rebus, quae quia subactis illis statim bella ciuilia subsecuta fuerant, etiam in iuriis fluctuabant; Gallorumque agendo censu, uitaque et Republica formanda aliquid temporis extraxit. Inde in Hispaniam profectus, eam quoq; provinciam constituit. Anno sequenti, Augusto V 111.

**An. V.C. 718.** **Agrippa Septa exornata.** **Tilio Tauro Consulibus,** Agrippa, quia nullam uiam sternendam susceperebat, Septa dedicauit. Septa locus est in Campo Martio, eum ad habenda tributa Comitia Lepidus undiquaque porticibus circunductis edificauerat, rasilis lapideis et picturis a se exornatum Agrippa, Septa Iulia ab Augusto cognominauit. Hic quidem Agrippa eo facto non modo iniuidia nullam, sed magnos honores apud Cæsarem omnésque alios inuenit: nam omnibus rebus Cæsari quam maxime clementium, glorio sarumque utilium actionum autor adiutorque cum esset, nihil tamquam eius glorie sibi arrogabat, honorisque ab eo sibi tributos non in priuatum suum commodum aut uoluptatem.

**sed in Augusti ac Reipublicæ utilitatem conuertebat.** At cor

Cornelius Gallus ad libidinem ex honore sibi ab Augusto dato præcipitauit, ita ut multa contra Augustum uana dicta deblateraret, ac multa flagitiose ageret, statuas sibi ipsi per uniuersam propemodum Aegypti ponens, suāq; acta in Pyramides inscribens. His de causis accusatus à Cornelij Galii interclusus.

Valerius Largo.

Valerio Largo, qui socius eius & conuictor fuerat, ignominia ab Augusto affectus est, prohibitusque intra provincias eius degere. Eo facto, multi quoque alij Gallum aggressi, uaria eius crimina detulerunt: decretumque est ab uniuerso Senatu, ut iudicio damnatus exularet, bona eius augusti essent, ac rem sacram eius rei causa Senatus ficeret. Gallus dolorem non frens, morte uoluntaria damnationem præuenit. Documento fuit is Galli casus, quām parum sincerè plerique benevolentia alios prosequerentur: quando eos se Gallo, quem adulati hactenus furrant, præbuere, ut eum ad inferendas sibi manus adegerint, & ad Largum, quoniam eum iam crescere uidebant, studia sua conuertere, proculdubio si quid similis rei euenisset, eadem in ipsum statuturl. Certè Proculius ita de Largo sensit, ut obuiam eo forte facto, nares suas osque manū compresscrit, ijs qui secum erant significans ne respirare quidem Largo præsente quenquam tutò posse. Alius quidam Largum accedens, adhibitis arbitris, Largo ipse Poculij de Largo sententia.

ignotus, percontatus est. Notusne ei esset: & abnegante id Largo, rem in tabulas adsignauit: quasi uero homo improbus non posset iam ignotum calumnijs impetere. Adeò autem plerique magis actiones aliorum, quamlibet prauas, imitantur, quām infortunia eorum cauerit, ut tum temporis etiā M. Egnatius Rufus, qui cum Aedilis plebis fuisset, eōq; in magistratu præter ali. multa rectè facta, edificijs quoque suo anno incendio correptis servitorum suorum, alior. mque mercede conductorum opera

M. Egnatij Rufi ædilis in Augusti cōcūrvelia.

opera succurrisset, id èq; ei à populo sumptus in cum magistratum dati, et ipse præter leges Prætor creatus esset: animo propter hec sublato, Augustū despexerit, ac publi gè scriptum proposuerit, sese illæsam integrāmque successori urbem tradidisse. Id iram cùm aliorum in Republica principum, tum ipsius Augusti mouit, qui paulò post Egnatium ne quid præter ceteros sibi fumeret, edocaturus,

Aedilib. in tunc satis habuit Aedilibus mandasse, cauerent ne quæ cendiorum cura man- incendia existarent, aut si extitissent, ignis restinguendi data.

Polemo so- curam gererent. Eodem anno Polmo rex Ponti in socios cius Roma ac foederatos P. R. adscriptus est, ac prima subsellia in norum fa- theatris per totum eius regnum Senatoribus tribut. Aus

Salassorū, gustumiam in Britanniam, quia de pacto non conuenieba Cantabro- tur, expeditionē animo agitantem, Salassi, Cantabri; Astu

nū rebellio. rèsque rebellionem facientes redhibuerunt: quorum, Sa- An.V.C. laffij sub Alpibus habitant, ut suprà dixi, alteri uero res

719. Terentius giones Hispaniae planas ad Pyrenaeum montem, ac mu- Varro Salaf- nitissimas Pyrenei partes incolunt. Igitur Augustus, qui

mat. tum nonum Consulatum, M. Silano collega gerebat, ad- uersum Salassos Terentium Varrenem misit, ipse bellum

contra Cantabros et Astures suscepit gerendum. Varro in terram hostilem multis simul locis, ne coire inter se, ac

iunctis uiribus uictoria distinere possent, irrumpens facili- ciliè Salassos, non magnis nimirum sibi agminibus occ

currentes, uicit, et ad accipiendas pacis conditiones ad- egit: tum certam argenti summam eis imperauit, quasi nihil prætereà damni accepturis, ad id argentum exigendū

undique dimissis militibus, omnes qui essent iuuenili aetate, comprehendit: uicndiditque ea conditione, ne quis

corum ante uicesimum annum liber fieret. Agri eorum pars optima cohortibus prætorianis data, urbs Augusta

Augusta  
Prætoria.

Prætoria fuit. Cum Astures ac Cantabri, simul bello à

Cesare

Cesare petiti, neque dederent sc̄ locorum naturae confisi,  
 neque etiam manum consererent, quippe & numero longe  
 inferiores, & uelites plerique, cumque eum, si quā se  
 commoueret, subinde editioribus locis occupatis, ac sylue  
 stribus conuallibus insidias collocantes, frequenter infi-  
 starent: Augustus in summis difficultatibus constitutus,  
 ac ex labore curisque in morbum prolapsus, C. Antis-  
 tio ei bello præfecto, Tarragonem se contulit. Antistius  
 in cuius belli administratione multa præclarè gesit, non  
 quod artibus imperatorijs Augusto anteiret, sed quod eo  
 contempto Barbari, ausi sunt prælio congredi, idque si-  
 strum fecerunt: ita & multa ipse oppida cepit, & T. dein =  
 de Carisius Lanciam, quæ est maxima Asturie urbs, de-  
 fercit, occupauit, multaque alia in suam potestatem rede-  
 git. Finito hoc bello, Augustus emeritos milites exautora-  
 uit, urbemque eos in Lusitania, Augustam Emeritam no-  
 mine, condere iussit: ijs qui militari etiamnum erant & tū-  
 te, spectacula quædam per Marcellum ac Tiberium, qua-  
 si Aediles, in ipsis castris exhibuit: iubæ pro paterno re-  
 gno Getulie quasdam partes quoniam pleræque ad mo-  
 rem Romanum compositæ erant, & Bocchi Bogudisque  
 ditiones dedit: Amynta mortuo, regnum filijs eius non tra-  
 didit, sed prouinciam P. R. fecit, atque exinde Gallogra-  
 cia cum Lycaonia Romanum habere præfectum coepit: op-  
 pida Pamphylie, quæ prius sub Amynta fuerant, sue  
 sunt libertati restituta. Ferè hoc ipso tempore M. Vini-  
 cius Germanos quosdā ultus, qui Romanos uiros in ipso-  
 rum regionem commercij gratia ingressos obtruncueran-  
 tant, ipse quoque nomen Imperatoris Augusto paravit,  
 triumphiq; ei propter hanc, aliasq; res tum gestas decre-  
 ti sunt: quos cum recusasset, Fornix trophyum ferens in  
 Alpibus ei positus est, dataq; potestas Calendis Ianuarij

Cæsar bello  
Catabrico  
agrotat.

C. Antistius  
Astures uincit.

T. Carisius.  
Lancia.

Augusta E-  
merita.

Spectacula  
castralia.  
Iubæ regnum

Amyntæ  
mots. Galatia &  
Lycaonia prouincia  
Rom. fiunt.

M. Vinicij  
de Germanis uictoria

singulis corona& uestis triumphalis gestande. Augustus  
Iani templū belli ad hunc modum consec̄tis, Iani templum, quod pro-  
pter hæc bella fuerat reseratum, clausit. Agrippa autem  
codem tempore proprijs sumptibus urbem exornauit:

**Agrippa** porticū Neptuni & balneum Laco-  
nicū & Pantheon ex-  
truit.

nam & porticum Neptuni propter victorias nauales ex-  
truxit, & Argonautarum pictura decorauit, & sudato-  
rium Laconicum fecit. Lacedæmonicum autem vocatur id  
genus balnei, quoniam hi tum nudari corpora, & inungi  
oleo præcipue uidebantur. Pantheū quoq; perfecit Agrip-

pa; id sic dicitur fortassis, quod in simulacris Martis &  
Veneris multas Deūm imagines acciperet: ut uero nūhi  
uidetur, inde id nominis habet, quod forma conuexa fasti-  
giatum, cœli similitudinem ostenderet. Voluit Agrippa in  
eo Augusti quoque statuam collocare, nomenq; operis ei  
adscribere: neutrum autem eo accipente, in Pantheo ipso  
Cæsaris superioris statuam, suam & Augusti in uestibu-  
lo posuit. Quæ quoniam non eò, ut cum Augusto de libe-  
ralitate contenderet, sed firma erga hunc benevolentia,  
& perpetuo Reipublicæ studio ab Agrippa fierent, non  
modò nō culpauit Augustus, sed magnis potius est prose-  
cutus honoribus. Nam cum propter morbum nuptias fi-

Nuptię Marcelli & Iuliæ.  
Agrippa co-habitor Augusti.

lia sue Iuliæ, & Marcelli ( erat is sororis Augusti fi-  
lius ) Romæ non posset facere, Agrippæ eas celebravit o-  
pera: cumq; domus in Palatino monte, quæ prius Antonij,

deinde Agrippæ & Messalæ concessa furat, incendio es-  
set absympta, argento Messalam donauit, Agrippam in  
suam domum ad se recepit. His rebus haud equidem iniu-  
ria animum Agrippa sustulit. C. etiam quidam Tora-  
nius nullam culpan meruit, quod Trib. plebis patrem suū,  
libertum quidem cum alicuius, in theatrum introduxisset,  
ac in subsellio Tribunicio apud se collocasset. Innotuit  
quoque P. Scruilius, qui ludis quibusdam ursos trecentos,  
& totidem

C. Toranius  
in partē pie-  
tas P. Scruili-  
lius feratu-  
confector.

Et totidem alias Africas belluas interfecisset. Augusto  
 X.C.Norbano Consulibus, Calendis Ianuarijs Senatus iu-  
 raminto confirmauit se eius acta approbare: cumq; iā ur= An. V. C.  
 bi appropinquare diceretur (nam propter morbum diu = 730. In acta  
 tius absuerat) ac pollicitus populo uirilim cētenos esset de- Augusti Se-  
 narios, negassetq; se prius id proscripturū, quām Senatus Augustus le-  
 assensisset omni eum legum necessitate Senatus liberauit, gibus solui-  
 ut, ueluti demonstratum à me est, uerè cum plena potesta- tur.  
 te perfecte q; sui iuris, legibusq; solutus, agere aut non age Marcello et  
 re omnia suo posset pro arbitrio. Hęc absenti Cæsari de- Tiberio tē-  
 creta. Postea quām in urbem aduenit, alia pro salute et  
 reditu eius acta, ac præterea decretū, ut Marcellus inter  
 Prætorios in Senatu esset, decennioq; maturius quām le-  
 ges postulant, Consulatū peteret. Tiberioq; permissum, ut  
 singulos magistratus quinquennio ante quām constitutū  
 fuit, adire posset, statimq; alteri Questura, alteri Aedilia-  
 tas data est: Et quia iij qui Questores prouinciarū essent,  
 numerū non explebant, sorte ad id delectisunt omnes qui  
 citra hoc officiū superioribus usq; ad decimū annis Questores  
 fuissent. Hęctum in urbe memoratu digna acta  
 sunt. Cæterū Cantabri et Astures, ubi primū Augus-  
 tius ex Hispania, L. ei Aemilio præposito, discēpsit, rebel-  
 lione exemplō facta, ad L. Aemilium prius quām ei quic-  
 quam sui consiliū indicarent, miserūt qui dicerent, frumentum  
 ipsos aliasq; quasdam res exercitiū donare: atque ita  
 cum nacli essent permultos Romanos milites ad ea ap-  
 portāda profectos, in loca sibi opportuna adductos inter-  
 ficerunt. Sed hoc eis gaudium diuturnum non fuit quin  
 agro ipsorum uastato, incensis oppidis, et maximē + ce-  
 leriter manu caperentur. Interm alia quoque expeditio  
 quedam simul et cepta moueri, et defici. In Arabiā Feli-  
 cē, cuius tum rex erat Sabos, Aclius Largus exercitū ad-

Cantabro-  
rum et A-  
sturum re-  
bellio.

L. Aemilius

Aelij Largi  
in Arabiam  
Felicem in-  
felix expedi-  
tio.

ducebat. Cui etsi primò in conspectum nemo prodiret, tamen haud exiguo id iter labore stetit: nam solitudo regio-  
nis, sol quoque aquæ natura infestæ, ita eos afflixerat, ut maior pars exercitus periret. Morbus ipse nulli notorum assimilis, in caput decumbebat; eoque exiccato, multos statim perimebat: qui uero euasissent mortem, ijs in pedes per totum corpus transibat, eosque ita afficiebat, ut remedium nullum prodesset, nisi quis oleum uino mixtum libereret, eoque se inungeret, quod sanè paucissimis licebat facere, cum neutrum in ijs locis nascatur, neque ipsi eius secum copiam attulissent. Inter haec mala barbari, qui prius si quando prelium commisissent, semper inferiores discesserant, ac oppida quædam amiserant, morbo auxilio suo usi, Romanos aggressi sua receperunt, reliquosque Romanos sua regione expulerunt. Hi primi, atque, ut mea fert sententia, ultimi etiam Romanorum eo usque in Arabia ista bello progressi sunt: Athlulorum enim tenuis

Athlula.  
An. V.C. 731  
Augusti  
morbus gra-  
uissimus.

( urbis ea insignis est ) peruererant. Augustus x i Consul, cum Calpurnio Pisone, adeo graui morbo decubuit, ut nulla salutis spes adesset: itaque omnibus ita ut fato con-  
cessurus dispositis, magistratibus, & Senatorum equitum que primoribus ad se conuocatis, nemine sibi successore ( cum omnes putarent, Marcellum ad hoc ab eo destinatum iri ) constituto, cum quædam ijs de publicis negotiis exposuisset, Pisoni libellum, in quem exercituum & redi-  
tuum publicorum indicem conscripserat, Agrippæ annu-

Antonius  
Musæ Augu-  
stum icti-  
tuit sanica-  
ti.

lum tradidit. Antonius uero Musæ, cum nihil Augustus eorum que maxime ad sanationem opus erant, possit faceare, lauacris frigidis, frigidisque potionibus sanitati restituavit: quam ob rem etiam pecunia ei ab Augusto & Sena-  
tus multa, ususque annuli aurei ( libertus enim erat ) datus est, immunitasque non ipsi modo, sed omnibus, candem artem exerc

Immunitas  
medicis co-  
cessa.

exercentibus in posterum quoque tempus concessa. Verum enim uero ut palam communetur hic Musa opus fortunae fatique sibi arrogasse, evenit paulo post ut Marcellus ægrotans, eademq; ratione à Musa eodem curatus, mortem obiret: quem funere publico elatum, laudatum= que pro more Augustus in sepulcrum ab ipso factum con= didit, memoriæque eum thatri eius quod anteceptum à Cæ= sare, Marcelli dictum est, honestauit; iussitque ut ludis Ro= manis effigies Marcelli aurca, aureaque corona, et sella curulis in theatrum inferretur, mediaque inter praefectos ijs ludis magistratus collocaretur. Verum hæc postea tem= poris acta sunt. Tum uero Cæsar ualeitudine recuperata, testamentum quod fecerat in Senatum intulit, uoluitque recitare, ostendens hominibus neminem se sui principa= tus successorem constituisse, ne tamen legeret, ab omnibus prohibitus fuit; id uero summam ciuius apud omnes adiu= rationem excitauit, quod Marcellio, quem sororis sue fi= lium, generumque suum amauisset, quem tot honoribus ornasset, cuius munus Aedilicium ad eo splendidè adorna= uisset suo auxilio, ut per totam cœstatem supra forum co= nopea suspenderit, equitem saltantem, insignemque mulie= rem in orchestrā introduxerit, tamen ei principatum non credidisset, sed ei Agrippam prætulisse. Nimi= rum Cæsar nondum animo iuuenis Marcelli satis fisis erat, et uel populum libertatem suam recipere uolebat, uel Agrippam summae rerum ab eo præfici, quem cum= compertum haberet à populo summopere diligiri, tamen no= lebat ipse ei imperium mandare. Porro Augustus alleua= to corpore, cum intelligeret his de causis Marcellū simul= tam aliquam contra Agrippam suscepisse, ne si uno in lo= co mansissent, offensæ inter eos ac contentiones interce= derent, Agrippam cōtinuò in Syriam amandauit. Agrip=

Agrippa ob=  
litumates  
cum Mar= cello in Sy= riā aman= datus:

pa urbe præfatus, in Syriam non perrexit, sed adhuc ma-  
iori usus moderatione, eò missus legatis suis, ipse Lesbi per-  
mansit. Augustus uero decem tantum Prætores, quia plus

Decem Præribus opus non haberet, constituit, idq; in plures etiam an-

torer. nos: quorum reliqui eadem que prius officia exequeren-  
tur, duo uero administrationi singulis annis præfēt. His  
singulis ordinatis, in Albanum exiit, ac Consulatu se se ab-  
dicavit. Quoniam enim ipse iam inde à compositione Rei  
publicæ ac nonnulli alij toto anno Consulatum gesserat,  
inhibere eum more cupiens, ut ad plures Consulatus per-  
ueniret, extra urbem magistratu abiit, ne impediretur.

Laudatum est hoc eius factum, idq; etiam, quod in suum lo-

L. Sestius Cō cum subrogauit L. Sestium, qui uir semper Brutis rebus

fauerat, omnibusq; in bellis ei adfuerat, ac adhuc eius me-  
moriā colebat, imagines eius habebat, eumq; laudare

solebat: amicitiae uero obscurantiam, fidemq; Sestij non

Honores modo non odio, sed honor etiam habebat Augustus. Ea

Augusto de propter Senatus Augusto hos honores decreuit, ut Tribu-

nus plebis perpetuus esset, ut quoties Senatus haberetur,

etiam si Consulatum non gereret, de quibusunque rebus

referre posset, ut Proconsulare imperium semper haberet,

neq; id in urbem intrans deponeret, aut renouando

opus ei esset, ut maior ipsi in prouincijs quam præfatis

earum semper esset potestas. Inde exortum est, ut Augus-

tus, quiq; eum sunt secuti Imperatores, lege quidam re-

liquis hīc, et Tribunicia potestate uterentur. Nam Tri-

buniplebis nomen neque Augustus, neq; ullus aliis impe-

Tribunicia rator gesit. Ac mihi sancte hæc ei tunc non adulantes, sed

potestas ab uerè tribuisse Romani uidentur: nimis in omnire cum

ipsis tanquam liberis hominibus agebat: ita cum Terida-

tes, ac legati à Phraate Romam aduenissent, suarum con-

trouersiarum causa, in Senatum eos Augustus introduxit,

ac

ac deinde mandati sibi à Senatu litis cognitione, Teridatē Phraati nequaquam tradidit: filium tamen Phraatis, quem antē ab eo accepérat, patri remisit, ut pro eo captiuos, signaq; militaria Craſſi & Antonij cladibus amissa recipere. Eodem anno Acdili cuidam plebis mortuo, C.

Calpurnius, qui tamen antē Acdilis curulis succeſſit, quod aliás factum fuisse memoriae proditum nusquam est. Ferijs bini singulis diebus prefeci urbis fuere, interq; eos unus qui nondum iuuenilem aetatem attigerat. Sanè mortis Marcelli causa Liuiæ à quibusdam imputata est, quæ cum suis filiis præfirri indignè tulisset: eam tamen suspicionem dubiam efficit eius, ac sequentis anni temp̄ries, ita uitiosa, ut irgens hominum multitudo morbis absumpta sit. Tum quoque (ut fr̄ē huiusmodi mala signis suis prænunciantur) lupus intra urbem deprehensus est, ignisque & tempestas multa ædificia leſit, Tibetrisq; auctus pontem sublicium euertit, fecitq; ut urbs triduum esset nauibus peruia.

Augustus ut  
controuer-  
ſiam. Te-  
ridatis ac  
Phraatis  
dijudicarit.

Aedills cu-  
rulis Aedilli  
plebis succe-  
dit.

Liuiæ suspe-  
cta ob mor-  
tē Marcelli.  
Morbosa cō-  
stitutio æ-  
ris.



DIONIS ROMANÆ  
HISTORIAE LIBER Q VIN-  
quagesimus quartus, Gulielmo Xy-  
landro Augustano in-  
terprete.

CONTENTORVM IN HOC DIO-  
NIS LIBRO, INDEX.

Quemadmodum procuratores viarum & annonæ ex Praetorijs uris sint delecti.  
Ut Noricum fuerit subactum, ac Rhaetia,  
Quomodo Alpes maritimæ Romanis obedire cuperint,  
Ut Balbi theatrum fuerit dedicatum,  
De Marcelli theatri dedicatione.  
De morte Agrippæ, utq[ue] Cherrhoneus in bonis Augusti esse  
coperit.  
Quomodo Augustalia instituta fuerint.  
Annis hæc acta X III. quorum Coss. hi recensentur.  
M. Claudius M. F. Marcellus Aeserninus,  
L. Aruntius L. F.

An. V. C. 731

- 733. M. Lollius.  
Q. Lepidus.
- 734. M. Apuleius Sex. F.  
P. Silius. C. F. Nerua.
- 735. C. Sentius. P. F. Saturninus.  
L. Lucretius Q. F. Vispalio.
- 736. Cn. Cornelius L. F. Lentulus  
P. Cornelius P. F. Lentulus Marcellinus.
- 737. C. Furnius C. F.  
C. Junius C. F. Silanus.
- 738. L. Domitius Cn. F. Cn. N. Aenobarbus.  
P. Cornelius P. F. P. N. Scipio.
- 739. M. Drusus L. F. Libo.  
L. Calpurnius L. F. Piso.
- 740. M. Licinius M. F. Crassus  
Cn. Cornelius Cn. F. Lentulus.
- 741. Ti. Claudio Tiberij F. Nero

p. Quin

- P. Quintilius Sex. F. Vacus.  
 742. M. Valerius M. F. Messala Barbatus.  
 P. Sulpicius P. F. Quirinius.  
 743. P. Fabius Q. F. Maximus.  
 Q. Aelius Q. P. Tubero.  
 744. Julius Antonius M. F.  
 Q. Fabius. Q. F. Africanus.



N N V s insequens M. Marcellum, L. Aruntium Consules habuit. Eo anno iterum Tiberis inundatione Romæ nauibus uehi licuit, fulminibus cùm alia multa, tum statuæ in Pantheo istæ sunt, ita ut hasta etiam è manu Augusti excuteretur. Peſtis eo anno per totam Italiam ita grassata est, ut agris colendis nemmo uacaret, quod idem exteris etiam regionibus euenisse opinor: itaque Romaniluc ista, faméque attriti, existimantes id sibi haud alia de causa contingere, quām quod Augustum non eo etiam anno Consulem haberent, Dictatorem eum dicere uoluerunt, inclusumque in Curia Senatum cō ui compulerunt, ut hoc decernerent, ni fecissent, incendium minitentes. Ipsi cum x x i i i i. fas scibus ad Augustum accessere, orantes ut se Dictatorem creari, annonæque procuratorem exemplo Pompeij pateretur. Augustus iniuitus quidem, tamen annonae procurationē suscepit, iūſitq; ut singulis annis duo uiri, qui ante quinquenniū Præturam geſſiffent, frumento distribuendo constituerentur: Dictaturam autem nequaquam admisit. quinimò cum alia ratione neque uerbis neque precitus populum posset inhibere, uestem suam discidit, rectè inuidiam atque odium eius nominis uitans, cum honorem & potestatem maiorem etiam Dictatoria haberet. idem fecit, cum cum Censorem perpetuum constituere uellent: neque enim hunc honorem accepit, sed Censores statim alios fecit, Paulum Aemiliū

An. V.C.  
732.

Prodigia.

Augustus  
Dictatura  
& Centuria  
recusat.

Censores. Lepidum, & L. Munatium Plancum, fratrem hunc cuius qui quondam proscriptus fuerat: Lepidum uero eum, qui tunc ipse proscriptus fuit. Hi postremu Censores ex priuatis fuerunt, quod statim eis est ostensum. Tribunal enim ipsorum cum prima magistratus dic consenserent, corruit et conflatum est, nec deinde alij Censores eorum similes creati sunt. Augustus quanuis Augustus quia Romae his Censura esset mandata, multa tamen que eorum essent officij egit, collegiorum alia prorsus sustulit, alia correxit, ludorum curam omnium Praetoribus iniunxit, ita ut eis à populo aliquid daretur: edicto etiam addito ne quis plus reliquis ex suis facultatibus in eos impenderet, neque munus gladiatorium iniussu Senatus, aut saepius duabus quotannis uicibus, aut plurium quam centum et uiginti gladiatorum exhiberet. Aedilibus Curulis incendia extingueda mandauit, sexingentis seruis quorum ad hoc uterentur opera datis. Ac quoniam equites, & foeminae illustres adhuc in Orchestra salabant, prohibuit ne non modò patriciorū liberi (id enim iam ante causum erat) sed etiam nepotes eorum, quiq; equestris essent ordinis, amplius id facerent. In his actionibus legislatoris Augustus, & Imperatoris speciem nomenque ostendit: in alijs adeò se demisit, ut amicis quoque in ius uocatis auctoritate M. Primus. xilio fuerit. M. cuidam Primo dies erat dicta, quod Macedonie praefectus, bellum Odrysia intulisset: is cum modo Augusti, modo Marcelli ex sententia id se fecisse diceret, Augustus nemine uocante ad tribunal uenit, interrogatusque à Praetore, mandassetne id bellum Pri-  
Licinij Murens in Augustum contumelia. mò, inficiatus est: tum Licinio Murenae, qui causam Priorum agebat, multis eum maledictis incessenti, ac percontanti quid hic in foro ageret, aut à quo uocatus adest. A re, inquit, publica. Propter haec iij qui sanx erant mentis

uentis Augustum laudauerunt, adeò ut Senatum quocties uellet conuocandi licentiam ei darent: reliqui male de eo senserunt: inuentique non modò qui Primum suis suffragijs liberarent, sed etiam qui in Augusti perniciem conspirarent. Eius conspirationis dux fuit Fannius Cæpio, socij autem nonnulli alij, interque eos Murena etiam siue uerè, siue falso halitus, qui libera tate dicendi contra quoscunque intemperanti ad factiū usque utebatur. Hi cum die dicta in iudicio non comparuissent, absentes exilio dānatissunt, & paulò post necati: neque auxilio fuit Murena neque frater eius Proculius, neque sororis maritus Mæcenas, qui tamensum mo erant apud Augustum loco. Hi conspiratores cum nibilominus quorundam iudicū sententijs absolucentur, legem Augustus tulit, ne quis occulte in iudicijs eorum qui ad nomen die dicta non respondissent, suffragium ferret, utque hi omnes indicta causa ab omnibus damnarentur. Quod cum non iracundia commotum, sed propter utilitatem publicam instituisse, ipse euidenter demonstrauit. Cum enim pater Cæpionis alterum scruorum, qui cum filio eius fugerant, manumitteret, quod ei ad mortem cum raperetur, opitulari uoluisset; alterum qui herū prodidisset, per medium forum traductum cum tabula causam supplicij indicante, in crucem tolleret, Augustus id factum indignè non tulit: quod nisi in quodam iudicio passus fuisset aliter quam lege ipsius cautum fuerat suffragia ferri, projectò omnem eorum qui facta ipsius inprobabant, reprehensionem refellisset. Eo tempore Cyprus ac Galliam Narbonensem, quia nihil armis suis indigerent, populo reddidit, atque ita Proconsules etiam in istas provincias mitti cooperūt. Iouis etiam Tonantis templum dedicauit, de qua re duo hæc commemorantur, & in ipso tunc

Cōspiratio  
contra Au  
gustum.

Fannius Cæ  
pio.

Proculius.  
Mæcenas.

Augusti hu  
manitas.

\* Cyprus &  
Gallia Na  
bonensis  
populo red  
duntur.

Iouis Tonā tunc sacrificio tonitrua accidisse, & somnium deinde Auctis zedes.  
 Somnium Augusti. sto tale oblatum. Cum propter nominis ac formae eius Iouis nouitatem, & quod ab Augusto is consecratus es-  
 set, maximè autem, quod adscendentis in Capitolium  
 ad eum primò perueniebant, Iupiter Tonans, ab omni-  
 bus frequentaretur ac coleretur, imaginatus est in som-  
 nis Augustus Iouem Capitolinum secum expositulare,  
 quod secundo iam ipse loco haberetur, séque respondisse,  
 excubitorum hunc Tonantem ei Capitolino à se esse pos-  
 situm: ideoque orta die, tir: tinnabulum Ioui Tonanti ap-  
 pendit, somnij confirmandi causa. His enim tir: tinnabu-  
 lis ianitores nocturni utuntur, at si quid usus sit, signifi-  
 care possint. Hæc tum Romæ acta. Sub idem ferè tempus

Cantabro- rum & A- sturum re- bellio.

Carisius. C. Furnius. Astures iam defecisse sentirent: contemptoque C. Fur-  
 nio, quem quia recens aduenisset, imperitum suarum re-  
 rurum esse iudicabant. Verum hunc longè alium utriusque  
 expertisunt, cum auxilium Carisio ueniens acie utrosq;  
 uictos inservitatem redigeret. Cantabrorum pauci uiui  
 in hostium potestatem uenirunt: nam cum de libertate  
 desperassent, uita quoque contempta, incensis munitioni-  
 bus scipios interfecerunt, aut una conflagrarent: alijs pu-  
 blicè sumpto uencno perierunt, ita maxima ac ferociissi-  
 ma pars Cantabrorum periiit. Astures uero ut primum  
 ab oppugnatione oppidi cuiusdam repulsi, pælio etiam  
 deinde uictifuerunt, armis positis statim perdonuti sunt.

Aethiopum in Aegyptū expeditio, sub Cadace. Hoc ipso ferè tempore Aethiopes qui supra Aegyptum  
 habitant, duce Candace regina usque ad urben Elca-  
 phantinam populando obuia queque progressi sunt.  
 ibi cum audirent C. Petronium Aegypti pæfclum cons-  
 truere uenire, ante eius aduentum discessere, ut se fuga-  
 eriperent:

eriperent: sed deprehensi in itinere, uictique, etiam in  
 suam regionem eum pertraxerunt. Ibi quoque egregie  
 regesta Petronius, cum alias urbes, tum regiam Tana-  
 pen occupauit: ea diruta, præsidioque alio quodam loco  
 relicto, cum maiore parte exercitus recessit, cum neque  
 progredi propter arcenam et sum, neque ibi commode  
 cum toto exercitu permanere posset. Interim audiens  
 Aethiopes eos quos in præsidio posuerat aggressos, ite-  
 rum in eos exercitu ducto, suos liberauit, Candacenque  
 ad conditiones pacis accipiendas coegit. Interea tempore-  
 ris Augustus in Siciliam profectus est, ut eam, ac omnes  
 alias ad Syriam usque provincias constitueret. Per eius  
 absentiam populus Romanus in creandis Consulibus se-  
 ditione agitatus est, quod ipsum satis ostendit, incolu-  
 mem Rem publicam si sub populi esset imperio, manre  
 non posse, cum parum absfuerit, quin ipsis comitiis ac ma-  
 gistratibus constituendis, ubi populi est potestas, res ad  
 tumultum peruererit. Consulatus locus alter Augusto  
 seruabatur, ideoque anni initio M. Lollius solus Consul-  
 latum gessit. Cæsare autem Consulatum non accipien-  
 te, Q. Lepidus et L. Silanus eum ambierunt, itaque fa-  
 uoris uernatione sua omnia conturbarunt, ut cordati ui-  
 ri Augustum Romam euocarent. Augustus ipse quidem  
 Romanum non rediit, sed Consulatus petidores ad se pro-  
 fectos, uerbis increpatos, iussoisque cum suffragia fer-  
 rentur, abesse, dimisit. Nihilo sedatus res acta est, sed  
 tantum denuò factionum ac turbarum extitit, ut uix tan-  
 dem Lepidus Consul creatus fuerit. Quæ Augustus mo-  
 leste ferens, cum neque soli Roma uacare posset, neque  
 eam sine gubernatore relinquere auderet, de præficien-  
 do ei aliquo cogitans, Agrippam ad id aptissimum esse  
 iudicauit: plus tamen ei maiestatis addendum ratus, quo  
 facilius

Elephanti-  
 na.  
 C. Petroni.  
 Tanape.

Romæ tur-  
 ba Conil-  
 tiis Consu-  
 laribus.

Agrippa ge-  
 ner Augusti.

**factus, Ro-** facilius regere urbem posset, uxore cum sua ( quanquam  
**mx p̄fici-** h̄ec sororis Augusti filia erat ) repudiata, Iuliam duces-  
**tr.**

re iuſſit; ac continuò Romam misit ad nuptias peragras,  
 urbisque administrationem suscipiendam: quod ut

**Mæcenatis** ficeret, præter alia etiam Mæcenatis cum dictum moue-  
 dicum.

rat, qui consultus hac de re: Tantum, inquit, Agrippam  
 iam fecisti, ut uel gener tuus fiat, uel occidatur necesse  
 sit. Agrippa cum turgescentes adhuc motus in urbe in-

**Aegyptia** uenisset, omnia sedauit, & sacra Aegyptia, que iterum  
 sacra.

in urbem iam insinuabant, repreſſit, edicto ne quis ea  
 in suburbano intra D. passus ageret. Tumultum autem  
 qui propter prefectum urbis ad sc̄ias constituerendum  
 extiterat, cum componere non potuſſet, annus ille fine

**Augustus** ut hoc magistratu transactus est. Augustus rebus in Sicilia  
 res in Sici- ordinatis, Syracusisque & alijs quibusdam urbibus colo-  
 lia, Græcia, & Asia cē- niæ Romanorum ut eſſent destinati, in Græciam trans-  
 posuerit.

misit: Laccæmonios Cytheris donauit, conuictuque suo  
 honorauit, quod ibi Liuia cum viro & filio ex Italia  
 profuga commorata fuſſet. Atheniensibus autem Ae-  
 ginam, & Eretream ( harum enim fructus capiebant )

ademit, ſicuti quidam ſunt autores, quod Antonio fauif-  
 ſent: ac prætrea edixit, ne quem ciuem accepta pecunia  
 facerent. Id Atheniensibus uidebatur eo portentum fuſſe,

quod statuæ Mineruæ accidit: que ad solem orientem  
 spectans in arce poſita, obuersa ad occasum, ſanguinem  
 expuit. Rebus in Græcia confeclis, Augustus in Sa-

mum nauigauit, ibique hyemauit. Vere in Asiam perre-  
 xit, M. Apuleio, P. Silio Consulibus, ibique & in Byz-  
 thynia omnia conſtituit, non minori eas, ut & priores

prouincias, cum eſſent populi, quam ſuas procurans.  
 Nam & omnia ut conueniebat, emendauit, & pecu-

nias alijs largitus eſt, alijs etiam ultra tributum nouas

impera

607

imperauit. Cyzicenos, quod in quadam seditione non-  
nullos Romanos flagris cæsos necassent, in scrututē re-  
degit: idemque in Syriam cum aduenisset, Tyriis & Si-  
donijs propter factiones supplicium irrogauit. Interim  
Phraates quia nihil dum corum quæ pactus fuerat, per-  
secisset, ueritus ne bello ab Augusto impeteretur, signa ei  
militaria, et captiuos omnes, paucis demptis, qui se ipsos  
pudore moti interemerāt, aut in Parthia occulte remaſea-  
rant, misit, eaq; Augustus quasi bello aliquo Parthum ui-  
cisset: accepit. Nam hanc rem magnæ sibi laudi ducebat,  
quod prælijs prius amissas res, citra ullum certamen rece-  
pisset. Itaque & sacrificia eius rei causa, et templū Mar-  
tis Vltoris in Capitolio ad imitationem Iouis Feretrij,  
quæ signa ea militaria suspenderētur, decerni iuſſit, ac dea-  
inde perfecit: equo etiam ouans in urbem imueſtus, ac for-  
nice trophyum gestante honoratus est: ceterū hæc oma-  
nia postea temporis hanc ob rem acta sunt. Tunc autem  
ipſe uiarum quæ sunt circa Romanam curator constitutus,  
Miliarium aureum, quod uocatur, fecit: quique uijs mu-  
nicendis præſent Rrætorios uiros, qui binis lictoribus  
uterentur, designauit. Iulia autem eo tempore Caiū pe-  
perit, sacrificiumq; perenne natalibus eius cum quibusdā  
alijs decretū est: priuatim uero Aediles natalibus Augu-  
sti ludos equeſtres & uenationem ediderunt. Dum hæc  
Rome fuunt, Augustus interim subditos ex Romanarum  
legum prescripto composuit, federatos utimaiorum suo  
rum institutis permisit neque quicquam uel illis adimes-  
re, uel bello acquirere, sed cōtentus esse partis statuit, ida-  
que etiam ad Senatum scripsit: Itaq; tunc temporis nul-  
rum bellum attigit: principatus uero Iamblichuſ Iambli-  
chi filio paternū in Arabia, Tarcondimotōq; eam, quam  
Pater eius Tarcondimotus in Cilicia habuiffet, mariti-  
mis

Cyzicenis,  
Tyriis, Si-  
donisque  
libertas a-  
dempta.  
Phraates  
Parthus Au-  
gusto capti-  
uos & signa  
militaria  
redit.  
Martis vito  
ris templū.

Viarum re-  
ſectio.  
Miliariuſ.  
Caius naſci-  
tur.

Principatus  
acciipiunt  
Iamblichus.

mis quibusdam exceptis, que Archelao cum minoris Ar-  
 menie regno donauit, Medo rege, qui regnum id quoque  
 Tarcondi-  
 motus.  
 Archelaus.  
 Herodes.  
 Zenodorus.  
 Mithrida-  
 tes.  
 Armeni tu-  
 multus.  
 Artabazes  
 perit.  
 Tigranes.  
 Tibetius in  
 Armeniam  
 vocatus.  
 Augurium.  
 Samis li-  
 bertas data  
 Indi pacem  
 cum Augu-  
 sto compo-  
 nunt.  
 Tigris.  
 Homo siue  
 humeris.  
 Zarmarus  
 Indus siue  
 comburit.

mis quibusdam exceptis, que Archelao cum minoris Ar-  
 menie regno donauit, Medo rege, qui regnum id quoque  
 antè obtinuerat, uita functo : Herodi Zenodori cuiusdam  
 Tetrarchiam, Mithridati cuidam Commagenem, quòd  
 eius rex patrem huius Mithridatis occidisset, puerο e-  
 tiamnum attribuit. Cum Armenie maioris populus Ar-  
 tabazem accusaret, Tigranemque fratrem eius qui tum  
 Romæ erat, euocaret, Augustus Tiberium accersiuit, ut  
 Artabazen regno pelleret, Tigranemque ei præficeret. Ti-  
 berius, ab Armenijs ante eius aduentum occiso Artabaze,  
 nihil suo apparatu respondens perfecit : tamen ea se re,  
 quasi sua quicquam uirtute egisset, iactauit, præscritim  
 cum sacrificia propter eam essent decreta: ac iam de sum-  
 mo imperio cogitationes animo agitabat, quòd cum ad  
 Philippos accederet, tumultus ex eo loco, in quo antè des-  
 pugnatū fuerat, tāquam ex castris auditus fuerat, ac ignis  
 ex ara in castris olim ab Antonio posita, effulserat. Au-  
 gustus in Samum reuersus, libertatē hospitijs Samijs pres-  
 mium dedit, ac non pauca eo tempore negocia confecit.  
 Frequētes enim eò ad ipsum legati commearunt, ac Indi  
 pacē, quam antea per oratores petierant. tunc interposito  
 fidere sanxerūt, muttentcsq; dona: inter que tigres etiā,  
 animalia tū primū Romanis, ac Græcis etiā, ut ego exi-  
 stimo, uisa, ac adolescentē etiā quendam humeris caren-  
 tem, (cuiusmodi Mercurij singi solent) qui manuum loco  
 pedum omnia officio peragebat, ijs arcum tendeb: t, sagite-  
 ras emittebat tuba canebat: quod quomodo potuerit, equi  
 dem nescio, ab alijs tamen tradita scribo. Vnus ex Indis  
 Zarmarus, siue ex sapientibus eorum unus, ac propterea  
 uel gloriæ causa, uel senectutis secundū leges patrias, siue  
 ut ostentaret se Augusto & Atheniēsibus (Athenas enim  
 uenerat) mori uolens, deorum sacrī etiā (ut referunt)  
 non le

non legitimo tempore initiatus in gratiam Augusti, inde Anno V.C.  
 se in ignem dedit. Eo anno Consul fuit C. Sentius, cui cū  
 collega esset datus (nam tum quoque reservatum sibi <sup>715.</sup>  
<sup>C. Sentius</sup> Consul). Consulatum Augustus non accepit itērum seditiones ac  
 cedes Romæ quenerunt, adeò ut urbis custodiū. n. Sentio Tumulus  
 Senatus mandauerit: quam cum non recipere et in se legat = p̄opter Cō.  
 tos ad Augustum cum binis lictoribus miserunt. Augustus  
 recognita, cum uideret nullum mali finem fore si eam  
 dem quam prius rationem teneret, unum ex legatis Q. Lucretio  
 Lucretium nomine, qui unus ex proscriptis fuerat, Con- Consul.  
 sulēm designauit, ac ipse Romam contencit. Ob reditum, Augustus Ro.  
 eius, ac propter ea quæ absens egisset, multi ac uaria in Fortunata  
 honorem eius decreti sunt, quorum ille nihil accepit, ni- dux.  
 si quod Fortunæ Reduci aram consecrari, diemque sui re-  
 ditus inter ferias referri, & Augustali dici passus est. Cū Augustali  
 nihilominus magistratus populusque in hoc essent, ut ob-  
 uiam ipsi prodirent, noctu in urbem inuenctus est: postrie-  
 die Tiberio Prætorios honores dedit. Drusoque conces- Tiberio &  
 sit, ut quinquennio matruis quam consuetudo Reipub. Druso ho-  
 ferret, magistratus posset petere. Et quoniā ea quæ se- notes obla-  
 absente per seditiones, reverso autem per metum egis- ti.  
 sent, non consentiebant decretum ei est, ut magister mo- Magisteriū  
 rum per quinque annos esset, potestatēmque Censoriam  
 per id temporis, Consularem autem quandiu uiueret, ha Consularus  
 beret, ut semper ei fasces duodecim præserrentur, ac in perpetuus.  
 medio Consulum semper sella curuli sederet. Hæc cum  
 decreuissent, contendebant ab ipso, ut emendaret omnia  
 suo arbitrio, ac leges quas uellet ferret, iisque Augustarū  
 nomen indiderunt, ac obtemperaturos unanimiter illis,  
 uelle se iuramento obstringere professi sunt. Augustus Leges Augu.  
 cū reliqua, ut necessarii, admisisset, iuramentum ei re- stix.  
 misit; nimis sati intelligēs qua ex animo decreuissent,

ea ipsos etiam non iuratos seruatores: quæ contrâ, ne si infinitis quidam modis spopondissent, firma habituros. Hoc ipso tempore quidē Aedilis ultrō propter egestatem

**Agrippa**  
Gallicas &  
Hispanicas  
res compo-  
nit.

magistratu se se abdicauit. Agrippa, qui prius ex Sicilia ad gubernandam urbem fuerat missus, Gallis tum admini- strandis est præfectus: tum multuabantur enim inuicem Gal li, & à Germanis infestabantur: iis motibus sedatis, in His paniam transiit. Nam Cantabri qui in bello capti fue-

Cā: abrōd  
se bellio.

rant, ac uenditi, singuli suis dominis inter seculis domū suā redierant, multisque ad defectionis societatem permotis, castellis quibusdam occupatis ac communitis, præsidia Romanorū adorabantur. Contra hos cum exercitu pro- fectus, primò in milibus suis in officio retinēdis latora- uit. ueterani enim multi erant, qui continentibus bellis confecti, ac Cantabros ut bellicosos metuentes, dicto au- dientes esse recisarent. His celeriter quā consolando, quā minando ad obtemperandum sibi compulsis, ad Can- tabros cum peruenisset, ab hoste, qui cum Romano seruis- set, rerum inde peritiam sibi parārat, ac spem salutis, si captus fuisset, nullam reliquā habebat. multis est incom- modis affectus: tandem cum multos milites amississet, mul-

**Ignominia**  
militaris.

tos propter rem male gestam ignominia notasset ( nam præter cetera, totim legionem que Augusta uocabatur, eo nomine uti prohibuit ) Cantabros qui essent militari- citate omnes propè delcuit, reliquos dearmauit, & ex montanis locis in campis retransluit. De his tamen re- bus neque literas dedit ad Senatum, neque triumphum Augusti iussu ei decretum egit: sed hic quoq; solita ani- mi moderatione usus fuit. Idem aliquando à Consule de- cius fratre sententiam interrogatus, eam non tulit: quā,

**Aqua virgi-**  
**nalis, & Iu-**  
**lla.**

quæ Virginalis uocabatur, propriis sumptibus in urbem adduxit, Augustumque nominauit: quod ita gratum fuit

Augusti

Augusto, ut inopia aliquando uini existente, cum queri=taretur populus, satis prouisum diceret esse ab Agrippa, ne quis eorum siti periret. His morib. Agrippa fuit. At uero alij quidam qui nequaquam tantas res exci=ffissent, sed uella trocinia excidissent, uel seditiones urbium pacas=sent, triumphum ausi sunt petere, impetratumq; duxere: nam et in hoc, et in publicae sepulturae honorc concedē do facilem se initio Augustus præbcbat, iisque his honori=bus adeptis superbicabant. Ceterū Agrippam ad Imp=riū quodammodo Augustus prouexit. Cum enim Rem=publicam exquisita uideret cura ināigere, insidiāsque ipse metueret, que in huiusmodi re plerunque cueniant, contra quas sanè parum præsidij sibi futurum in thoraz=ce (quem frequenter etiam cum in Senatum iret sub ue=ste gestabat) putaret, primum in aliud quinquennium suum sibi principatum prorogauit, cum iam decennium esset in exitu: (id enim agebat, P. iam, et Cn. Lentulīs Cō sulibus) deinde Agrippæ cum alia ferè eadem que sibi, Anno V. C. 716. tum Tribuniciam potestatem, itidem ad quinquennium dedit: tot enim ipsis annos tunc sufficere dicebat, ac non multò pōst pleraque Imperatoriaē potentie propria accepit, ut iterum decennium eius principatus duraret. His aglis, Senatorum delectum instituit, quorum ut magnus ei esse numerus uidebatur: ita plerique nullius erant eius existimatione precij, quippe qui non malicioſis modō, sed adulatoribus etiam apertis infensus esset. Et quoniā nē que ultrò quisquam (quod antea factum fuerat) di=gnitate Senatoria cedebat: neque ipse solus omnem cul=pam, si qui ea cōfessent deiecli, sustinere uolebat: triginta viros optimos (hos enim se delecturum iurecurando af=firmārat) ex omnibus elegit, eos iuramento eodem ada=clos iūs sic in tabellas quinque virorum nomina conscribe=

Agrippæ po=tetas Tribu=nica data.

Anno V. C.

Examen se=natus.

re, ita tamen ut nē iij cognatos suos inter hos referret: dīcū  
de ex hoc quinario unum sorte delegit, qui Senator esset:  
pōst alios quinque eadem ratione; iterumque alios con-  
scribi ac deligi curauit, donec numerus triginta Senatorum  
hoc modo conficeretur: qui uero peregrē aberat, in  
eorum locum alij sorte suffici sunt. Hoc primum aliquot  
ita diebus actum est. Pōst cum mala fide quādam acta es-  
sent, non amplius Quēstoribus tabulas credidit, neque  
sorti quinarias istas classes cōmisit: sed ipse reliquos qui  
ad explendam Senatorum summam decessent, elegit, do-  
nec numerus sexcentorum Senatorum completeretur. Sta-  
tuerat quidem trecentos tantum secundum antiquā con-  
suetudinem constituerē, abundē contentum se esse debe-  
re censens, si tot dignos Senatoria maiestate reperisset:  
sed omnibus hoc egrēfrentibus (futurum enim erat hac  
ratione, ut plures Senator mouerentur, quād in eo rema-  
nerent, maiorque iccirco apud unumquenq; metus amita-  
tē & dignitatis quād spes eius retinendae erat) D C. Se-  
natores collegit. Neq; uero hunc finē eius reificit. Quia  
enim & indigni nonnulli sic quoq; cooptati fuērē, & Lici-  
nius quidam Regulus, delectum se ex albo Patrum, cum fi-  
lius ipsius, & multi alij, quibus se pr̄stantiorem esse ius-  
dicabat, in eo legerentur, in ipsa Curia ueste lacerata cor-  
pus denudauit: enumeratisq; mulitiis suis, cicatrices ostē-  
tauit, & Articuleius Petus in Senatum receptus, electo  
patre, orauit ut sibi patri loco cedere licaret. his motus  
Augustus, denuo examen Senatus instituit: quibus siām q;  
depositis, alios subrogauit. Cum sic quoq; multi ordine Se-  
natorio moti essent, quorum nonnulli causas, ut fieri in hu-  
ijsmodi rebus assolet, afferebant cur iniquē secum ita as-  
sumet, iis tum Augustus inter Senatorē, eodemque  
habitu cōuinia & spectacula frequentandi, ac deinceps  
magi

Numerus  
Senatoriū.

Licini⁹ Re-  
gulus.

Articuleius  
Petus.

magistratus petendi copiam fecit: horum plerique postmo  
 dò in Senatum recepti sunt, pauci in medio inter Senatū  
 ac populum loco reputati manserunt. His ita actis, cōplu-  
 res statim multi deinde delatis sunt, quod Augusto Agrip-  
 paeq; insidias struxissent, siue id crimen iure, siue iniuria  
 eis obiectum fuerit. in huiusmodi enim rebus nemini præ-  
 ter eos ad quos ea spectat, certè quicquam cognoscere li-  
 cet. Cum enim Imperator de multis, quasi insidiis eorum  
 petitus, uel per Senatum supplicium exigat, etiā  
 si id iustissimi fiat, tamen fraude id agere cum apud mul-  
 tos suspicio insiuu. & iraque mihi huiusmodi res omnes ita  
 ut uulgò scruntur scribere in animo est, (nisi quando ea  
 sperte falsa sint) nihil curiosius ierutur, neque disfuta-  
 turo iustine aut securis ex acta, aut uerene an falso memorie  
 sint tradita. Tumigitur Augustus nonnullis pœnam  
 interrogavit: Lepidum autem cum odio haberet & aliis ue-  
 causis, & quia filius eius perniciem ipsi machinatus fu-  
 se conuictus, penas dederat, tamen interficere nolens, as-  
 lia tantum supra ali. in ignomini. affect: nimurum ex ar-  
 gro in urbem inuitam cum lenire iussit, ac subinde in con-  
 cilia populi introduxit, ut propter potentie ac dignitas  
 sis in contrarium mutationem risui & ludibrio omnibus  
 esset. cumque alias nulla in re cum ut alicuius precij adhi-  
 beret, tunc postremum ei inter omnes Consulares locum  
 assignauit, cum reliquos conuenienti ordine, ac sibi placi-  
 to collocasset. Eadem contumelia Lepido etiā à Consulis  
 bus illata est. Cum Antistius Labeo (cuius arbitrio legen-  
 dum Senatum Augustus permiserat,) in Senatorum nu-  
 merum Lepidum retulisset, periurium ei Augustus obie-  
 cit, suppliciumque minatum est: at cum is respondisset, non  
 uideri sibi rem indignam hanc a se factam, quod cum ut-  
 rum in Senatu retinuissest, quem ipse Augustus adhuc

Insidiaz in  
Augustum  
& Agrippa:

Augusti in  
Lepidu cō-  
tumelia:

Antistio La-  
beo Augu-  
sto conus-  
tius:

pateretur esse Pontificem Maximum, iram omnem Augustus remisit, qui sane cum sex numero et priuatim et publico iudicio hoc sibi sacerdotium expetuisse, non censuit tamen id uiuo Lepido occupandum. Hoc itaque dictum Antistij haud importunè prolatum esse videbatur, sicut ne illud quidem, cum in Senatu mentione aliquando illata, conuenire ut Augustum ipsis per ordinem singuli custodirent, neque contraria dicere ausus, neque assentiri sustinens, somnolentum se, et excubius pro eo agendis inhabile esse dixit. Inter alia ab Augusto tum statuta hoc quoque fuit, quod eos qui largitionibus factis magistratum aliquem ambiissent, quinquennium ab iis arcuit, grauiorem multam innuptis utriusque sexus imposuit, contraque nuptiarum et multitudinis liberum præmia constituit. Ac quoniam masculi patricij generis numerum patriciorum foeminarum multò anteibant, liberum fecit, ut qui uellent, (modo Senatores ne essent) libertas etiam ducere possent, eorumque liberos legitimos esse iussit. Interim cum in Senatu de mulierum ac iuuenium immodestia occidaretur, que uidelicet causa esse, quo minus facile matrimonia contraherentur, contendere ntq; ab eo ut huic quoque emendationem adhiberet rei: (quo ipso cum tacite subsannabat, qui cum multis mulieribus rem haberet) primum respondit, quæ maximè essent necessaria, ea se constituisse, reliqua autem eodem modo determinari ne aquam posse: deinde is ei sermo extorsus est, ut diceret, debere ipsos ea que uellent, coniugibus suis precepere ac admonere, quemadmodum ipse faceret: tum uero multò magis instare Senatores, et cupere discere, quænam essent et admonitiones, quibus se ad Liuum suam uti dixisset. Itaque Augustus et si perinuitus, nonnulla de uestitu, ac reliquo mundo muliebri, de progressuq; in pulli

Lex ambi-  
tus.

Nuptiarū.

Libertarum  
coniugia.

publicum ex modestia mulierum retulit, nihil curans q.<sup>2</sup>  
res ipsa fidem licet non ficeret. In Censure cxi adduc-  
ceretur ad ipsum adolescentis quidam, quem mulierem cum

Adultero  
partic Cr.  
sat.

qua adulterij consuetudinem habuisse, uxorem duxerat, esseque multis accusatus, diu anceps habuit, cum nec que connivere ad eam rem, neque paenam irrogare audieret, tandem collecto animo: Seditiones, inquit, multa mala nobis attulerunt, et obliuioni demus, id uero curemus, nec quid simile in posterum fiat. Quidam de infantibus pactiones nuptiales faciebant, ac fructum ipsi ex bonis de-

pactiones  
nuptiales.

lēnsorum percipiebant, res ipsa non representabatur: id ut corrigere, edixit, nec qua pactione nuptialis rata esset, ubi ultra bis annū essent nuptiae différēt, id est, ut omniū ea decem annos nata esset, quam despōndere aliquis, & fructum honorum eius percipere uult: pueris enim, ut diximus, duodecimū annū per se fluit, maturitatis ad nuptias tertiū nūs est. Præterea instituit, ut ad distribuendam annona mīgratus singuli singulos, ex iis qui ante triennium præsturām geſiſſent, proderent, ex iis quatuor sorte delecti frumento diuidendo uacarent ordine: ut unus semper præficietur, ut propter fierias, non plures, constituueretur: & quia iam uetus late libri Sibyllini exoleſcebant, potificibus negotiū dedit, ut sua manu eos describerent, ne quis aliis eos legeret: omnib. qui quadriginta genta ſestertia possiderent, ac magistratus gerere eis per leges liceret, eorum petendorum potestatem dedit. Hunc enim primum censum Patriciorum constituerat, quem deinde usque ad decies ſestertiū protulit, quibus dūmque honeste uiuentibus, qui prius minorē, quam quadringēta ſestertia, aut post minus quam decies ſestertiū possiderent, quantum defuit, dono dedit: id est q. pretoribus, si qui uellent permisit ut triplum eius pecunia

sibyllini li  
bri exſcri-  
pti.

Census pa-  
triciorum.

que ad ludos faciendos ex aerario premebatur; insumeret.  
Itaq; et si non desferunt, qui ob reliquias legi nimiris pra-  
eise ab eo latas indignarentur, tamen propter haec, &  
quod Pyladem histriionem per factiones ex urbe profis-  
gatum reduxit, et omnis indignatio evanuit. Proinde sa-

Pylades & Bathyllus histriones. pienter admodum Pylades ab eo oblurgatus; quod cum Bathyllo eandem uitatem exercente, ex Mæcenatis familiari rixaretur, respondisse fertur. Expedit tibi Cæsar, po-  
pulum nobis intentum tempus consumere? Hec eo anno

Anno V.C. gesta. C. Furnio, C. Silano Consulibus, iterum natus est

717.

Luci & Ca ius Agrippæ filii, cui Lucio nomen factum: hunc, & fratre eius Caium Augustus, quo tutiore esset ab insidiis, no ex-  
filii, ab Au- gusto ado- ptestato dum virilem etatem attingerent, statim adopta-  
ptantur.

Festū Virtu- tis & Hono- ris. Seculares ludi.

ciuitate festum, quod Virtuti & Honori celebrabatur, in ea  
diem, qua hodie agitur, transtulit: iis qui triumphant, mandauit ut in refum a se gestarum memoriam aliquod opus ex manubiis facerent: seculares ludos quintò perfic-  
cit: oratores iussit causas nullo accepto præmio agere,

qui sectus fecisset, eum quadruplum accepte mercedis pen-  
dere: qui quotannis iudices sorte deligerentur, iis prohibi-  
buie ne co anno in domum alicuius eorum qui causam in

iudicio agendam haberent, ingredierentur. Et quoniam  
negligenterius in Sexatum Senatoris ueniebant, iis qui tan-  
dius absque probabili causa uenissent, maiorem quam ab

Anno V.C. 738. tè, mulieram proposuit. His constitutis, L. Domitio, & P. Scipione Consulibus, in Galliam profectionis est, obtendens

causam huius profectionis bella que ibi cōturbata essent:  
Cum enim diuturna eius in urbe commovatio molestia  
multis esset, ac multos qui contra leges delinquissent ple-  
ctens, offendret, multis parcens, cogeretur suas ipse le-  
ges prævaricari, peregrè abire Solonis exemplo statuit:

Terentia Me Tertium in Galliam p e reginatio. Fuerunt qui propter Terentiam Mæcenatis uxore cum discede

697

discedere suspicarentur, ut quoniā multi Rome de ipso= cenatis v-  
rum amore sermones per vulgus darentur, in peregrina- xdr. Cesa.  
tione sua citra omnem rūmorem eius rei cum ea uiuere ris adulteria.

posset. Eam enim adeò amabat, ut aliquando efficerit, ut ea cum Livia de forma certaret. Ante suum abitum, tem=

plum Quirini de nouo ædificatum dedicauit: id cō com= Templum  
memorandum duxi, quod id templum cum sex ac septua Quirini  
ginta columnis decorasset, totidēque omnino annos Anni vita  
ipse uitxit, occasionem nonnullis dedit ea res, ut dicerent Augusti.

non forte fortuna, sed consulto ipsum hoc columnarum  
numero iussum fuisse. Munus quoq[ue] gladiatorium per  
Tiberium & Drusum permisso. Senatus id agentes, exhi= Taurus Ita-  
buit. Deinde urbis & Italie gubernatione TAURO iniun= lia præcœ.  
cta (nam statim Agrippam in Syriam miserat: erat au= tem ei Maecenas propter uxorem minus iam gratus) ac Tiberio secum accepto (quamquam is tum Præturam ge= Tiberio Præ-  
rebat, cum tamen Prætorios honores iam ante haberet)  
ab urbe profectus est: Tiberij Præturam Drusus ex se= tor.  
natus consulto ad finem usque geſſit. Augusto & Tibe= Drusus Præ-  
rio Roma profectis, ædes Iuuentutis in sequenti nocte cō tor.  
flagradit: huius, aliorūmque quæ tum præterea accidere Prodigia.  
prodigiorum causa (nam & lupus via sacra in forum ir= Quinquen-  
ruerat, ac homines aliquot occiderat, & procul à foro nales ludi  
apertissime formicarum examen confluxerat, & fax tas= tam noctem à meridie aduersus Septentrionem lata fuc= rat) uotiis sunt pro reditu Augusti concepta. Tum quin= gennales etiam ludi propter principatum eiusdem ab A= grippa (nam is quoq[ue] à collegio Quindecimvirorum, qui= bus per ordinem horum lugorum curatio incumbet at co= optatus, & inaugurate fuerat) exhibiti sunt. Multi quo= que alij motus in id tempus inciderunt. Cumuni & Vēno= netes gentes Alpine, armis contra Romanos sumpserunt, Camunori  
& Venno= necū bellū.

P. Silius. uictique à P. Silio ex subadli sunt. Pannonij cum Noricis  
Pannonij.  
Notici. in Histriam incursions fecerunt, & à Silio eijsque legatis incommodis affecti, rursus pacem acceperunt. Noricisq; etiam causam seruitutis præbuerūt. Qui in Dalmatia & Hispania tumultus extiterāt, paruo negotio sunt sedati. Macedoniam Denthete & Scordisci infestauerūt. M. Lollius. re. In Thracia M. Lollius Rhymetalci auunculo ex tutore Rhymentales. rifiiorum Coccoys auxilium frens, Bessos domuit; post eum C. Lucius eadem de causa contra Sauromatas bellum gerens, uictos trans Istrum repulit. Ceteri u. maxime, et tempestate bellum, quod ipsum adeo Augustū ubi extraxit, cōtra Germanos fuit. Sicambrī, Usipetæ, & Tenthētri, primum quosdam in suo territorio deprehens Romanorum in crucem egerant: deinde Rheno trans nūssō ex Galliis, pre das egerant: equitatum Romanorū contra se missum per insulas circumuenient; et a fugientibus usque ad Lollum presulum præter opinionem suam pertracti, hunc quoque uicerant. Quibus cognitis Augustus aduersus eos expeditionem cum suscepisset, bellum nullum gerendum habuit. Barbari enim cum Lollum arma parare, Augustum exercitum adducere audiarent, in suam terram regresi, ob sidibus datis pacem accesserunt. Itaque Augustus et si nihil armis ad id bellum sicut opus: tamen reliquis rebus constituendis, hunc & post Anno V. C. sc̄riorem proximè annūm, quo Consulatum gesserūt. M. Drusus Lilo, & L. Calpurnius Piso, absumpsit, cum multa Germani, multa Licinius moueret. Idq; uidetur, mihi potissimum cetus is premonuisse, qui uiginti pedes latus, L. X. longus, ac præter caput, cetera mulieri similes, in terram ex Oceano prosiluerat. Licinius origine Gallus erat, captusque à Romanis, seruus. Iulij Caesaris fuerat, & ab eō manumissus, ab Augusto Gallie praefectus.

Aus fuit. Is cum avaricia barbarica maiestatem Romanam usurpans, omne id quod sibi præsirretur, euerterebat, omne quod in praesentia vires haberet, opprimebat, multasq; ex officio sibi iniunctas pecunias exigebat, multas autem sibi et suis quoq; cōficiebat: iamque eò malitia peruenerat, ut quoniam singulis mensibus tributū erat. Gallis pendendum, quatuordecim menses anni constitueret. Decembrem mensem uerè decimum dicitans: itaque duos quoque alios Augustos menses, undecimum, et duodecimum à se uocatos, esse, pecuniā inique ijs competentem Gallis conferendam. Has ob fraudes in periculum uenit Licinius, Gallis apud Augustum grauiissime cum accusantibus, ita ut partim indignationem ei, partim misericordiam mouerent, utque quedam se ignorare diceret. Quædam credere dissimularet, nonnulla etiam occultaret, uerecundia affeclus, quod tali usus esset præstio. Verum alio Licinius usus artificio, Gallos ludificatus est. Cum uideret Augustum sibi infensum, pernásque se daturum intelligeret, in aedes cum suas adduxit, multisq; argenti, aurique thesauris, multis aceruis demonstrantis, Hæc, inquit, domine datæ opera tibi ac Romanis collegi, ne Galli tanta uī pecunie instruici deficerent: itaque omnia et conseruauit tibi hec, et nunc do. Ita Licinius quas si vires Gallorum in Augusti gratiam eneuasset, discrīmen euasit. Eo tempore à Druso et Tiberio hæres sunt gestæ. Rhaeti inter Noricum et Galliam ad Alpes Italie finitimas, quas Tridentinas nominant. sedes suas habent: Rhaeti & Druso & Tiberio subiecti. hi uicinam Galliam frequenter populati, ex Italie finibus prædas egerant, Romanosque et eorum socios iter per ipsorum terras facientes infestauerant: id quidem confitudo iam receptum erat, ut in eos qui nullo essent facere iuncti, ita statuerent: sed præter hoc omnes masculos quos

Licinius  
autu pericu-  
lum effugit.

quos comprehendissent, etiam in utero adhuc matrū (id enim quibusdam divinationibus inuestigabant) morantes necab. int. Ea propter Augustus principiō Drusum contra eos cum exercitu misit, isque Rhætos apud Alpes sibi Tridentinas obuiam factos, prælio congressus, haud magno certamine fudit, cīque victori.e ergo Prætorios hondrēs adeptus est. Deinde cū ab Italia rejecti Rhæti nihilostianus Gallium urgebat, Tiberium quoque contra eos misit. Proinde Drusus ac Tiberius simul multis locis in Rhætiam irrumpentes, legatorum opera, ac ipse etiam Tiberius per lacum n. uigiis subiectus, exterruerunt eāte barbaros: dissipatosque aggressi, h. uid difficulter multis exiguis præclis dispersas eorum copias deleviunt, rcli. quosque infirmiores exinde, ac animus collapsos in suam potestatem redegerunt. Quia uero populus fratres Rhætorum, uidebanturq; bellum retentatur, maxim. imcius, & etate ualldissimam partem inde abduxerunt, siis relictis, qui & colende ei regioni sufficerent, & ad rebellandum non satis virium haberent. Hoc ipso anno Vedijs Pollio mortem obiit, vir qui alioquin nihil memoria dignū egerit, libertinus genere, & eques stris ordinis, diuiniturū tamen & scuicie nomine celeberrimus, ita ut in historiis quoq; locum inuenierit. Ne uero molestus sim, singula eius facta recensendo, habuit is mures nas (ptscis est hoc nomen) que humana carne uisci didicis sent, eas in piscinis alebat, mancipiā. p; eis que morti addixisset, obiisseb. it. Cum ali. uādo Augustum conuiuio exceptisset, & calicem crystallinū minister poculorū frigisset, murenis eum, ne conuiuū quidē pudore motus, prolixi iussit: cum puer ad Augusti pedes procideret, ei q; suppliaret, primum Augustus persuadere Polioni conatus est, ne quid huiusmodi ageret: quod ubi frustra fuit, Ag-

Vedij Pollio  
lionis mors  
luxo, & crudi-  
delitas.  
Murena.

Augustus ut  
v. dñi inhibi-  
buicit.

dum, inquit, profir omnia pocula quæ huius generis, aut  
 alioquin preciosas habes, ut iis utamur; allata omnia con-  
 fringi iussit. Quod et si indignè fecerat Vediūs, quietamē  
 neq; propter unicum poculum respectu tante corum quæ  
 perierant multitudinis amplius irasci, neque pacuas eius  
 quod Augustus egisset à seruo exigere poterat, inuitus  
 etiam conquicuit. Hic igitur vir erat Pollio, qui tū mor-  
 tuus multi multis legauit: Augusto autem magnam her-  
 reditatis partem, & Paüsilypum villam inter Neapolim Paüsilypū.  
 & Puteolos iacentē, iussitq; ut is populo aliquod splen-  
 didum opus ficeret. Eius operis causa faciendi uerbo, re-  
 autem, ne quod Vediūs in urbe extaret monumentū, ædes.  
 Pollionis funditus euerit Augustus; porticuq; ibi circum-  
 ducta, non Pollionis, sed Liuiæ nomen inscripsit. Sed hec Porticus Li-  
uiz.  
 posteriorib. temporib. facta sunt. Tum uero multas in Gal-  
 liam & Hispaniam colonias deduxit, Cyzicenis libertas Cyzicenis li-  
bertas red-  
dita.  
 tem restituit: Paphiis terr. emotu afflictus largitus est, ius-  
 sitq; ut urbem Augustam nominarent. Id non eò amere-Paphos Au-  
gusta.  
 fertur, quasi non aliis quoque urbibus multis prius ac po-  
 ste à in simili infortunio Augustus ac Senatores auxiliū-  
 tulerint, quas si quis omnes enumerare uelit, res in infi-  
 nitum se extenderit; sed quod cognomina etiam urbium  
 honoris causa Senatus eis imposuit, & non, quod nunc fit, Cognomi-  
na urbium.  
 ipse sibi nomina quotquot uellent delegerunt. Anno se= Anno V. C.  
 quenti, M. Crassus & Cn. Cornelius Consulatum gesse 740.  
 runt: at Aediles, quia aues eis non adiixissent, cum se ma-  
 gistratu abdicasset, cundem rursus aliis comitiis contra  
 maiorum instituta suscepserunt. Pauli porticus incendio Incendium.  
Pauli porti-  
cus.  
 absumpsi est, ignisque ab ea ad Veste usque grassatus, ita  
 i.e. sacra à Vestilibus (nam earum summa sacerdos excae-  
 cata fuerat) reliquis in Palatium sint translata, & in dor-  
 mo Flaminis dialis posita. Hęc postea porticus uerbo qui-  
 dem

Pannonijs. dem ab Aemilio, qui ab eo qui primum hanc fecerat genus suum trahebat, re autem ab Augusto & Pauli amicis reflecta est. Tunc autem Pannonijs rebellantes, denuo subiugatis sunt: Ligures etiam Comati, qui Alpes maritimas liberi hactenus coluerant, in seruitutem redacti sunt. res quoque in Bosporo Cimmerio ad defectionem spectantes, pacatae. Scribonius Bospori regnum afferat. Dynanis. Scribonius quidam Mithridatis nepotem esse perhibens, sibique id regnum, quia Asander diem suum clauserat, ab Augusto traditum, uxorem Asandri Dynamin, cui a marito regnum fuerat relatum, filiam Pharnacis, neptem Mithridatis in matrimonium duxit, Bosporumque occupauit. Agrippa eaudita, Polcmonem Ponti eius quae est ad Cappadociam sitare regem misit, ut ei bellum faceret, isque Scribonium superstitem non inuenit, (fraude enim eius cognita Bosporani iam necauerant hominem) resistentes tamen Bosporanos, quod metuebat, ne sis rex ipsis constitueretur, prælio uicit, neque tamen eos subegit; cum uero Agrippa contra ipsos exercitum adducens Sinopen peruenisset, armis demum positis Polcmoni traditi sunt, coniuxque Dynamis data, Augustoni mirum id probante. Ob haec supplicatio Agrippæ nomine fuit, neque tamen is triumphum, et si decretum sibi, duxit: sicut neque initio quicquam de his rebus gestis ad senatum perscripsit. Cuius exemplum pro lege quodam accessum posteriores imitati, ne ipsis quidem Senatum per literas de re gesta certiore fecerunt, neque triumphum duxerunt: idcirco ut ego censco, nulli etiam aliij qui eius similis esset, triumphus concessus deinde est, sed solistriu phalibus honoribus sunt ornati. Augustus rebus Gallicis, Germanicis, Hispanicisque omnibus confectis, cum multos in singula sumptus fecisset, magnam ab aliis pecuniae uim accepisset, libertatem ac ius ciuitatis aliis dedi-  
 tis.  
 Polemoni Bospori regnum ab Agrippa datum.  
 Triumphi missi, triumphali honores esse contum, vnde cœperit.

set, aliis ad emissit, Druso in Germania relicto, Romam Anno V. C.  
 reuersus est, Tiberio & Quintilio Varo Coſ. Nunctius Augusto Ro  
 aduentus Augusti forte iisdem diebus Romam allatus est, mam tedit.  
 quibus theatrum Cornelius Balbus, quod nunc quoque Cornelij  
 ab ipso nomen habet, dedicans, spectacula exhibebat; ita= trum.  
 que Balbus id sibi glorie duxit, quod Augustum etiam  
 ipſe effet in id introducturus, (quamquam tantum aque  
 Tiberis exundans per urbem diffuderat, ut non nisi nauis  
 in theatrum posset ueniri) cuiusque in honorem theatri  
 tum Tiberius sententiam primum omnium rogauit. Con  
 uenerat enim Senatus, ac statuerat inter alia aram in ipsa  
 curia pro reditu Augusti consecrare, utque qui Augusto  
 cum effet intra Pomorum supplices fierent, impunita= tem haberent. Neutrum horum Augustus accepit, ut ne= Augusti mo  
 que passus est obuiam sibi ire populum, sed noctu urbem  
 intrauit; solitus hoc semper ferre facere, siue in suburbano,  
 siue alio profilius fuisset, ne cui molestiam exhiberet. Po  
 stridie quam in urbem uenit, in Palatio populum saluta= uit: & in Capitolium ascendens, lauream fascibus detra= xit, ac ad lousian genua apposuit: eademque die balnea  
 & tonsores populo gratis praebuit. Deinde conuocato  
 Senatu, ipſe grauidine laborans nihil locutus, Questori  
 libellum recitandum dedit: eorecensem: turres ab ipso  
 gestae, anni militie ciuibus determinabantur: quantumq;  
 i pecuniae enaritis stipendiis pro agro quem nunquam  
 non petebant, essent accepturi. uidelicet ut constituto  
 certo militie premio, nullam tumultu audi causam ha= berent. Erant autem definiti anni prætorius cohortibus  
 duodecim, aliis sedecim, pecuniæq; etiam plus illis quam  
 his. Hoc institutum neminem militum in præsentiaru ne= que uoluptate, neq; indignatione mouit, cum neque adipi  
 scerentur omnia que cupabant, neq; omnes corum spes  
 irrit

Militia re-  
pus & stipendium.

Theatrum Marcelli. irrita fierent: reliquis autem spes bona ostensa est, fore ne post hac suis fortunis spoliarentur. Post hec theatrum Marcelli Augustus dedicauit, ludisque eius rei gratia fas, Troiam inter alios patricios pueros nepos Augusti, Caius lusit, fratre Africanæ D.C. occisiæ. Natalem Augusti diem Iulius Antonij F. Prætor equestri certamine et uenatione celebravit, et ex senatus consulo epulum Augusto et Senatoribus in Capitolio dedit. Secundum ea iterum Senatus censura inita est. Cum enim initio Senatoribus census esset definitus quadringenta sestertia, quoniam multi bellis intestinis paternas facultates amiserat, progressu autem temporis, ac locupletioribus factis hominibus, usque ad decies sestertiū auctus fuisset, nemo iam inueniri potuit, qui sponte sua Senator esse uellet: sed fure filij etiam, nepotesque Senatorum, qui siue reuera inopes, siue propter maiorum calamitates animis fracti, non modo non affectarent Senatoriam dignitatem, sed etiam quoque adscripti in Senatorum numerum eiuerent. Itaque absente adhuc ab urbe Augusto Senatus consultum fuerat factum, ut XX. viri (magistratus hoc nomen est) ex equitibus constituerentur, quorum deinde nullus in Senatu est allectus, nisi que etiam aliū magistratum, cuius ratione Senator posset fieri, geſſisset. Porro hi uiginti viri in locum uiginti et sex virorum successerunt, eorum tres ad capitalia iudicia sunt ordinati, alij tres cudeo non mismati presunt, quatuor vias urbanas curant, decem in diis iis que ad Centumviroſ forte deferruntur, præficiuntur, duo enim iij, qui vias extra urbem curabant, et quartuor qui in Campaniam mittebantur, tunc abrogati erat. Id legitur Senatus consultum factum est Augusto aſſente: decretumque præterea, quoniam nemo facile Tribunatu plebis

Caius. Natalicia Augusti.

Senatus censor. Censuſ Senatorius.

Senatus consultum de XX. viris, &c. Tribuni- plebis. XXXVI. vi- ri.

bis petebat, ut sorte ex ijs qui Quæstores fuissent, nec dum quadragesimum annum attigissent, ij deligerentur. Tunc uerò Augustus omnem eum ordinem examinavit: omnisque ijs qui trigesimum quintum annum superaserent, reliquos omnes qui censum Senatorium haberent, neque corpore essent manco, Senatores esse coegit. Ipse quidem corpora corum inspexit: de fortunis autem iure= iurando ut uerum profitarentur eos obstrinxit, iuratis etiam ijs qui testimonium ferrent, simulque rationem pau pertatis ex uite eos poposcit. Neque uerò hac in publi- cis cura usus, priuata neglexit: quinimò Tiberium incre- pauit, quòd ludis uotiujs quos pro suo reditu faciebat, Caio iuxta se sedē dedisset: populūmq; obiurgauit, quòd plausu & laudibus eam rem prosecutus esset. Lepido po- stea mortuo Augustus cum esset summus Pontifex creatus, ac propterea decernere quædā ipsi Senatus uellet, profes- sus nihil sc adnūssurum, cum nihilominus instarent, surgens è Senatu abijt. Iti neque eorum decreta approbata sunt, neque domum publicam accepit: sed cum omnino publi- cam esse Pontifici maximo habitationem oporteret, sua rum eedium partem ipse publicam esse iussit, ac regis sa- crificuli domum uirginibus Vestalibus dedit, quoniam ea- rum eedibus contigua erat. Cum Cornelius Sisentius pro- pter uitam uxoris sua culpabatur, ac in Senatu dixisset, se eam ex sciente, ex suadente Augusto duxisse, uehe- menti ira correptus Augustus, nihil neque locutus ne- que agens grauius, è curia seproripuit, pauloque post reuersus est, quòd malebat (ita enim amicis suis deinde re- frebat) hoc potius quamquam inconueniens facere, quām ibi manens aliquo grauiori facto opus habere. Post Agrip- pan ex Syria reuersum, Tribunicia potestate in aliud quinquennium prorogata cohonestauit, ac in Pannoniam,

Manci cor-  
pore, Senatu  
prohibiti.

Tiberius ab  
Augusto no-  
tatus.

Augusti po-  
tificatus ma-  
ximus.

Cornelius  
Sisentius.  
Augustus ut  
it. x mode-  
tus sit.

Agrippa  
Tribunicia  
potestate or-  
natus in Pa-  
noniā mit-  
titur.

An. V. C.  
742.

Agrippa  
moss,

Augustus ut  
funus Agrip-  
pa honesta  
uerit.

Censori lu-  
stro condé-  
ndo cadas-  
uidere ne-  
fas.

Agrippa  
laus.

ubi iam bellum gliscebat, cum maiori imperio quam ullus alius extra Italiam haberet, nusit. Agrigpa eam expeditiōnem iam hycme instantē, qua M. Valerius Messala Barbatus, & P. Sulpicius Quirinius Consules fuerūt: quo eius aduentu exterriti Pannonij cum à rebellione deſtitūſent, reuersus, cūm in Campaniam uenissit, morbo decubuit. Augustus tum forte Quinquatrib. nunus gladiatorium filiorum nomine exhibebat: iij simulac de casu Agrippae cognouit, properatō ex urbe profectus, mortuum eum inuenit, corpus eius in urbem aduexit: ac in fero proposiſum, funcbris laudatione decorauit, cortina inter ſe mortuum expaſa. (Id uelum quid ſibi uoluerit, equidem certus non ſum. Qui enim dicunt, propter ea quād summus Pontifex, aut quād Censor eſſet Augustus, ideo hoc factū, utrique errant: nam neque Pontifici Maximo cadaucritus aſpiciendis interdictum eſt, neque Censori, niſi cum lustrum condit, hic enim ſi quod ante lustralia ſacra mortui corpus intueatur, omnia ab eo antea acta reſcinduntur) deinde funus eius extulit in eum locū, in quem deinde ipſe elatus eſt, ſuoq; cum in ſepulcro con-didit, cum eſſet Agrippae proprium in campo Martio monumentum confeſſum. Ille fuit Agrippae uitæ exitus, uis-ro citra controverſiam omnium ſue etatis hominum optimo, amicitiaq; Auguſti ad eius, Reique publicæ ſum-mam utilitatem uſo. Quanto enim alios uirtute antecebat, tantum ultrò concedebat Auguſto: cui cum omnem ſuam ſapientiam ac fortitudinem cum ſummo eius commido utendam daret, honores ac potentiam ab eo recipi in bene merendum de alijs impendebat. Vnde factū eſt, ut neque Auguſto moleſtus unquam eſſet, neque inuidiae aliorum obnoxius: ſed et Auguſto ita imperium stabiliuit, ut eam formam Reipublicæ ipſe maximè appetiſſe uideri

uideri posset, et populum beneficiis ita sibi deuinxit, ut omnium maximè popularis iudicaretur. Moriens etiam populo hortos, et balneum à se denominatum legauit, ut gratis lauarentur, prædia quædam ad hoc Augusto tribuens. Augustus non hæc modò populo dedit, sed uiriliter quoq; pecuniam à se, quasi Agrippæ ita mandasset, diuisit. Nam plurima bona defuncti Agrippæ ad Augustum redierunt, interq; ea Cherrhoneus etiam apud Hellestantum, quæ nescio quo iure ad Agrippam peruererit.

Cherrhone  
sus Augusti-

Desiderium autem Agrippæ diu admodum tenuit, id eóq; et apud populum cum honoratum effecit, et filium qui ei mortuo natus fuit, Agrippam nominauit. Tamen ne quid eorum quæ antiquitus instituta erant, intermitte<sup>s</sup> prodigia. retur cauit: et quanquam nemo optimatum ludis interesse uellet, tamen ipsi gladiatoriis ludos perficit, qui se quoque absente saepius facti sunt. Certè Agrippæ casus adeò non priuatim ad eius domum, sed publicè ad omnes Romanos spectauit, ut tunc quoque ea quæ maximas calamitates precurrere solent signa euenerint. Bubones enim in urbem frequentes uenerunt, fulnūne domus et in Albano, in quam Consules sacram rem ibi facientes, divertere solent, icta fuit, Cometa cum multos dies urbi imminens apparuisse, in faces abiit, incendio multa urbis edificia, ac Romuli inter hæc tabernaculum conflagravit, cum in id corui carnes ignitas ab ara quadam raptas conieciissent. Secundum hæc Augustus in aliud quinquennium magister correctorque morum constitutus (nam hoc quoque, ut et imperium, ad certum tempus accipiebat) iussit, ut Senatores quoties in Curiam conuenire, aut se accedere uellent, suffitum adulerent: eo et religiosis studiis inculcabatur, et signū conueniendi facilius dabatur. Cum Tribunatus plebis propter dissolutam eius

Agrippa A-  
grippæ F.  
Pestumus

Augustus  
morum ma-  
gister.  
Senatus con-  
uenientis san-  
ctimonia.  
Tribunatus  
pericio.

uim à perpaucis pateretur, legem tulit, ut ex equitibus, qui non minus quam decies sestertiū possiderent, unusquisque magistratus unum deligeret, atque ex his populis eos qui desiderarent designaret, si quidem ijs equites deinceps patricij esse uellent: si minus, licere ijs ad equestrem ordinem redire. Præterea quoniam Asia prouincia ad miniculō aliquo indigebat, terræmotib. potissimum concussa, ex suis pecunijs tributum eorum annum in aerarium intulit, sorteque non suffragijs lectum ei præsidem ad biennium dedit. Cum aliquando in iudicio de adulterio Apuleius & Mecenas male audirent, non quod ipsorum esset crimen, sed quia reo studiose patrocinabantur, uenit in Curiam Augustus, ac pro tribunali sedens, nullo alio acto quam quod accusatori edixit, ne suos cognatos amicosque traduceret, surrexit. Ob hæc & alijs eius facta cum collata ad id pecunia statuis honorauerunt, permisere rūntque id quod antea nequaquam licebat, ut natalicijs Augusti innupti innupteque inter alios spectare, epulisque interesse possent. Agrippa mortuo, quem non necessitudinis, sed uirtutis causa dilexerat, cum opus quodam habèret, qui se in rerum administratione adiuuaret, qui ipse tamen honoribus & potentia reliqui longè esset superior, quod omnia commode & citra inuidiam insidiásque aliorum administrari possent, inuitus etiam Tiberium ad hoc adsumpsit, cum nepotes sui puerilem adhuc etatem agerent. Itaque Tiberio adempta quam habebat uxore (filiam Agrippæ ex alia quam Iulia coniuge) que & infantem ex eo natum iam aliebat, & uterum ferebat, Iuliam ei copulauit, ac contra Pannonios eum misit, qui cum metu Agrippæ quietiſſent, eo defuncto ad bellum consurrexerant. Eos Tiberius, usus egregia Scordiscorum qui Pannionorum fines attingebant, eodemque belli apparatu

A his redditū  
Cæsar per-  
soluit.

Augusti In  
suos fami-  
liares amor  
in alios mo-  
destia.

Tiberius ge-  
ner Augusti  
fir, & in lo-  
cum Agrip-  
pe succedit  
Pannonij à  
Tiberio do-  
mitri.  
Scordisci  
Romano-  
rū socij.

ratu utebantur, opera, multis, maleficijs agro mortalibus-  
 impositis domuit, arma ademut, iuniorum plerosque in  
 alias regiones abducendos uendidit. Harum rerum ge-  
 starum causa Senatus Tiberio triumphum decreuit: quem  
 ut duceret, Augustus non permisit, eius loco triumphali-  
 bus eum honoribus ornans. Idem hoc Druso etiam obti-  
 git. Hic cum Sicambi, eorumque auxiliarij propter ab-  
 sentiam Augusti, ac quia uidebant Gallos iugum seruitu-  
 tis grauatis ferre, bellum mouissent, Gallorum primori-  
 bus sub pretextu eius fiti, quod hodie etiam Lugduni ad  
 aram Augusti celebratur, euocatis, motum subditorum  
 preoccupauit: inde Germanis intentus, quando Rhenum  
 transirent, eos repulit; atque ipse deinde in Vispetarum  
 regionem secundum insulam Batavorum, atque inde in Si-  
 cambrorum terram transgressus, magnam agri partem  
 uastauit. Inde secundo Reno in Oceanum deuenius, Fri-  
 sios subegit, ac per paludem in Chaucorum fines profe-  
 ciens, in periculo fuit, nauibus propter defluxum maris in  
 secco destitutus: tamen Frisiorum opera, qui pedestri mil-  
 litia se ei iuxerant, superato discrimine inde digressus  
 (iam enim hyems appetebat) Romanam peruenit, ibique  
 Praetor urbanus, quanquam Praetorios honores iam ade-  
 ptus, est creatus, Q. Aelio Tuberone, Paulo Fabio Ma-  
 ximo, Consulibus. Initio ueris rursus ad bellum proiectus,  
 Rhenum transiit, Vispetas subiugauit, Lupiaeque fluminis  
 ripis ponte iunctis, in Sicambros irrupit, perq; eos in Che-  
 ruscorum regionem usque ad Visurgim processit: id ut ci-  
 licret, Sicambrorum in Chattos, qui soli finitorum aus-  
 xilia negauerat, totius populi uiribus facta expeditio esse  
 cerat, quo tempore Drusus ijs imprudentibus regionem  
 peragravit, Visurgim etiam transiturus, ni cum inopia ali-  
 mentorum, ac hyemis propinquitas, præterea examen

Drusi res e-  
 gregie geste  
 in Geima-  
 nia.  
 Sicambi  
 Ata Augusti  
 Lugduni.  
 Vispetz.  
 Iusula Bata  
 uorum.  
 Frisijs suba-  
 citi.

An. V. C.  
743.

Lupias flu-  
 uius.  
 Visurgis  
 fluuius.

apum in castris uisum deterruissent. Regressus in sociorum terram, in summum deuenit periculum, insidijs hostium frequenter Iesus, & aliquando in loco angusto ac concauo circumclusus, haud procul absuit quin cum toto exercitu periret, à qua eum pernicie nihil aliud cripuit, quam hostium temeritas, qui cum uno omnes Romanos impetu dcleri posse crederent, nullo ordine seruato eos aggressi, uicli inde ferociaque sua fracta discessere. Ex eo. Barbari proprius adire ueriti, eminus tantum hostem infestauere, ita ut Drusus uiciissim ijs contemptis, castellum contra eos ad Lupiae & Alisonis fluiiorum confluentes, aliudq; in Chattis ad ipsum Rhenum extruxerit. Ob hec ei honores triumphales, ut ouans in urbem inueheretur, ac peracta Praetura cum Proconsulari imperio esset, decretum est: nomen autem Imperatorium, et si sicut Tiberius etiam à milibus imperator fuerat diclus, ac utraq; regesta id abunde meruerat, nondum ab Augusto datum est. Hec eo tempore à Druso gesta sunt: ludique quos Praetor ipse tum faciendo habebat, maximo sumptu exhibuit, ac natalis Augusti in circo & uarijs alijs urbis locis, ue nationibus celebratus est: idque et si non decretum, tamquam quotannis sc̄re à Praetoribus factum: Augustalia etiā que hodie celebrantur, tunc primum ex senatus consulo acta sunt. Tiberius autem Dalmatas rebellantes, ac Pannonicos qui per eius, ac maioris partis copiarum absentiam res nouas moliti fuerant, utrisque simul bello illato, ac modo hāc modo illāc transferendo in suam potestatem rededit: quas ob res gestas ijdē ei qui Druso honores sunt tributi, ac exinde Dalmatia, ut que armas semper et per se, & ob propinquitatem Pannonicę requireret, Augusti custodiae cōmissa est. Sub idem tempus Vologeses Thrax, Bessus natione, sacerdosque Bacchi, qui apud eos colitur, multos

Honores  
Druso dati.

**Augustalia.**  
Dalmatae, et  
Pannonij do  
miti à Tibe  
rio.

Dalmatia  
Augusto cō  
missa.  
Vologes  
Tracis ac  
Bessoru bel  
lum, & ut à  
L. Pisone ui  
ci.

multos uana religione obiecta sibi adsoiauit, eorumque  
auxilio facta defectione, Rhasciporim Cotys filium uictum  
neceauit, ac deinde Rhymetallem superstitionis uane p̄- Rhascipo-  
textu usus citra pr̄lrium exercitu nudatum in fugam con- sis mors.  
iecit, eumque insecurus, in Cherrhonesum irruptit, ac multa-  
tum ei damni iniunxit: Sialet & quoque Macedoniam in= Sialet.  
festa uere. Contra hos populos bellum gerere iussus L. L. Piso Thra-  
Piso, qui tum Pamphylię pr̄erat. Cuius aduentu pr̄co- ces domat.  
gnito cum recessissent Bessi, ipse in eorum regionem exer-  
citu adducto, primò pr̄lrium sinistrum fecit: deinde recu-  
perata uictoria, Bessorum & circumiacentes eorum qui  
defelionis socij furant, agros uastauit, omnes eos popu-  
los partim ultrò sibi se dedentes, partim terrare ut id fac-  
cerent compulso, nonnulos etiam pugna superatos  
subegit, ac nonnullos deinde rebellionem retentantes, de-  
nuò in scrututem conicxit. Ob hanc eires gestas supplica-  
tio & honores triumphales decreti interea Augustus im-  
dicem omnium suorum bonorum perinde ac si esset priua-  
tus bono conscripsit, Senatumq; legit: & cum uideret nō  
semper fr̄quentes conuenire Senatores, senatusconsulto Senatuscon-  
etiam à paucioribus quam CCCC. Senatoribus ut fieri fultumquot  
possent statuit, cum ante ea hunc numerum, ut rata essent, Senatores  
requirerent. Cumq; iterum pecuniam ei ad imagines fa- facerent.  
ciendas Senatus populisq; conserrent, nullam quidem si-  
bi salutis autem publicæ, Concordiaeq; & Pacis posuit: Salutis pu-  
Semper autem fr̄c, utcunq; se eius occasio obtulerat, id fu- blicæ, Con-  
ciebant, ac tandem ipsa prima anni die eam non in com- cordiaeq; Pa-  
mune iam contulerunt, sed ad ipsum Augustum acceden-  
tes, plus munisue singuli ei porrexerunt: atque ipse tan-  
tudem aut plus etiam addens ipsis reddidit, non patriæ  
eius modò, sed reliquis etiam. Accipio etiam ex oraculo Augustusst  
quodam, aut somnio, q̄ otannis certa die argenti non nihil p̄ colligit

Octauiz  
mors.

Flamé Dia-  
lis.  
Quæstorum  
officium.

Daci & Dal-  
matæ arma  
capientes à  
Tiberio cō-  
pescuntur.  
Charti 2.  
Druso uiði

An. V. C.  
744.

ab accidentibus quasi emendicantem accepisse: id si quis credendum non putet, tunen ita traditum est. Eodem anno Iuliam Tiberio matrimonio coniunxit, et Octauiam sororem sua defunctam in sacrario Iulio publicè exposuit: cortināq; ut antè, extensa pro corpore, funebrem orationem habuit, Drususq; prorostris, uidelicet in publico luctu, Senatoriā uestem lugubri permutauit: tum funus eius generi extulerunt, Augustus autem non omnia quæ in eius fuerant honorem decreta admisit. Tum quoque pri mū post Merulam flamen Dialis creatus est: Quæstori bus etiam quæ unoquoque tempore fierent Senatus consulta adseruanda tradita, cum Tribuni plebis, ac Aediles, quibus antè id negocium datum fuerat. per apparitores hoc suos egissent; atq; inde error et confusio incidisset. Decretum quoque est, ut Iani Gemini templum quod ijs quæ dixi bellis exortis apertum fuerat, ijs iam compositis clauderetur: uerū id ne fieret: Daci obstitere, qui Istrū frigore concretum transgresi, ex Pannonia prædas ab

stulerant: Dalmatæ quoq; propter exactum tributum re bellionem fecrē. Hos motus Tiberius ex Gallia, in quam cum Augusto profectus fuerat, euocatus pacauit. Germanos cùm alios, tū Chattos (hi enim quoq; relicto eo agro, quem Romani ipsis assignauerant, Sicambris se coniunxerant) Drusus partim maleficijs infestauit, partim subegit. His peractis Tiberius et Drusus cù Augusto, qui in Lugdunensi Gallia plerunq; uersabatur, haud procul à bello Germanico remotus, eiusq; euentui intentus, Romam redierunt, ac ea quæ uictoria impetrata furi leges iubent, aut alias conuenit, peregerunt. Hæc acta Iulio, ac Fabio Maximo Consulibus.

DIONIS



# DIONIS ROMANAЕ HISTORIAE LIBER Q VIN.

quagesimus quintus, Gulielmo Xy-  
landro Augustano ins-  
terprete.

## INDEX CAPITVM HVIUS LIBRI.

De morte Drufi.

Vt Liuiæ templum fuerit dedicatum.

Vt Campus Agrippæ fuerit dedicatus.

Vt Diribitorium fuerit dedicatum.

De discessu Tiberij in Rhodum.

Vt Augusti ædes, sanumque in ea Martis fuerint consecrata.

De morte Lucij & Calj. Cæsarum.

Quomodo Augustus Tiberiuni adoptauerit.

Quemadmodum Liuia Augustum adhortata fuerit, vt cle-  
mentius Imperaret.

De legionibus, vt quæ constituti sint, qui pecuniam militarem  
administrarent.

Vt vigiles nocturni fuerint instituti.

De bello, quod contra Dalmatas & Pannonios Tiberius  
gessit.

Annonum historia X VI I. hoc libro narratur, in quibus Con-  
sulatum habuerunt:

745. Claudio Nero. Ti. F. Drusus.

T. Quintus T. F. Crispinus.

746. C. Marcius Censorinus.

C. Asinius C. F. Gallus.

747. Ti. Claudio, Tiberij F. I. I.

Cn. Capurnius C. F. Piso II.

748. D. Lælius D. F. Balbus.

C. Atristius C. F. Veter.

749. Augustus X II.

L. Sylla.

750. C. Caluicius Sabinus. II.

L. Paſcienus Rufus.

751. L. Cornelius L. F. Lentulus.

An. V.C.

- M. Valerius M. F. Messalinus.  
 751. Augustus XIII.  
 M. Plautius M. F. Sylvianus.  
 753. Cossus Cornelius Cn. F. Lentulus.  
 L. Catilinius Cn. F. Piso.  
 754. C. Caesar Augustus X III L.  
 L. Aetilius L. F. Paulus.  
 755. P. Vinicius M. F.  
 P. Alfenus P. F. Varus.  
 756. L. Aelius L. F. Lamia.  
 M. Scruilius M. F.  
 757. Sex. + Aemilius Q. F. + Catus. + alij Aelius.  
 C. Sentius C. F. Saturninus. + al. Catulus.  
 758. L. Valerius Potiti F. Messala Volcesus.  
 Cn. Cornelius L. F. Cinna Magnus.  
 759. M. Aemilius L. F. Lepidus.  
 L. Arruntius L. F.  
 760. A. Licinius Nerua Silanus.  
 Q. Caecilius Metellus Creticus.  
 761. Furius M. F. Camillus.  
 Sex. Nonius C. F. Quintilianus.

Prodigia.



Druſi res ge  
ræ.

N NO inſequenti, Druso & T.  
 Quintio Crispino Consulibus,  
 signa Druso haud læta accide-  
 runt. Inter multa alia que tem-  
 peſtate & fulminib. perditæ fu-  
 re, templo quoque nonnulla, as-  
 deoque Iouis etiam Capitolini,  
 & huic adiunclum fanum leſa sunt. Quibus negleclis,  
 Drusus in Chætorum fines ingressus, obvia queque  
 non sine magno labore fabigendo, congreſſosque prælijs  
 haud incruenta uictoria superando, usque in Sueuos  
 peruenit: inde in Cheruscos conuerso itinere, Visurgim  
 transgressus, omnia populando ad Albim usque perre-  
 xit, qui ex Vandalicis montibus profluens, in Oceanum  
 Septen-

Albis.

Septentrionalem magnus admodum factus effluit. Hunc cum frustra conatus esset transire, trophaeis constitutis recepsit: ctenim mulier quædam humana amplior forma ei obuiam facta: Druse, inquit, quod tandem nullum cupi-  
ditati tuæ modum statuens contendis? non tibi fatis con-  
cessum hæc omnia uidere, quin tu abi; iam enim et operū  
tuorum et uite instat tibi terminus. Oblatam à deo ali-  
quo hanc uocem, mirum profectò est, neque tamen mis-  
bi fides abroganda uidetur huic rei, quam statim euen-  
tus comprobauit: nam et continuò retrò ire Drusus cæ-  
pit, et in itinere prius quam Rhenum attingeret, mor-  
bo decepsit. Astipulantur huic quod commemorauit pros-  
digio, etiam alia: namque et sub mortem eius lupi circa  
cum castra ipsius uagati ulularant, et iuuenes duo per-  
medias munitiones equis transiecti apparuerant, eiū-  
latisque muliebris auditus fuerat, et stellæ in cœlo dis-  
currerant. Ad famam ægrotantis Drusi Augustus, qui  
non ita procul ab eo aberat, celeriter Tiberium accersit,  
isque animam adhuc trahentem fratrem suum reperit.  
Româaque corpus defuncti attulit, portantibus id  
principiò usque ad hyberna centurionibus ac Tri-  
bunis militum, inde singularum in itinere urbium pris-  
moribus. Cadavere in foro proposito, duplex Drusi  
laudatio, una à Tiberio in ipso foro, altera in Flamu-  
nio circo ab Augusto habita est, qui cum exercitu urbe  
profectus, neque fas ei erat intra pomoxrium intrare, cum  
ea que ante id fieri instituta maiorum iubent, nondū per-  
fecisset. Drusi funus ab ijs qui equestrem ordinem cum  
dignitate seruabant, et à patricijs in campum Martium est  
allatum, ibi cremati reliquie in Augusti sunt sepulchrum  
condite, Germanicique cognomen ei et filijs datum,  
honores

Ostentum  
Druso fa-  
cum.

Mors Drus-  
i.

Laudatio-  
nes tunc-  
bres Drusi  
duz.

Germanici  
cognomen.

honorēsque statuarum; fornicum, et honorarij ad ipsum Rhenum tumuli dati. Tiberius, quod uiuente adhuc Druso Dalmatas et Pannonios nonnihil motuum ostendentes oppresserat, ouans in urbē equo inuenctus est, epulumque populo in Capitolio partim, partim alijs locis urbis exhibuit, simulque Liuia et Iulia mulieribus epulū decerunt, eadēq; Druso etiam parabantur, feriāq; ite-  
 rum agendae in eius Triumphi gratiā erat, cum is interitū  
 & honor ea suo hac omnia irrita fecit. Liuia autem solatiū causa sua  
 rum quæ ter tuis donata, et in matrum quæ ter peperissent numerum  
 ius trium li relata est: quibus enim uel uiris uel mulieribus fortuna-  
 bororum. tertiam prolem non concessit, eorum nonnullis tamen lex  
 quædam à Senatu primū, nunc autem ab Imperatore  
 etiam latu ius trium liberorum largitur, ut neque multa  
 ea quæ sterilibus est proposita teneantur, et paucis dura-  
 taxat exceptis, copiose proli constituta prænua omnia adi-  
 pescantur:      \*

et non modò homines, sed Diis quoque hæc inueniunt, ut  
 quod ijs moriens aliquis legauit, accipient. Augustus  
 porrò edixit, ut certis diebus Senatus ageretur, de quibus cum antehac nihil esset definitum, ideoque multi-  
 abessent, singulis mensibus dies certos habendi Senatus  
 senatus ha- constituit, ad quas necessariò omnes hi, quos leges in Se-  
 bendi lex ab Augusto facta.  
 ulla res Senatoribus competens eo tempore fierit: nu-  
 merum etiam, qui ut ratum esset Senatus consultum re-  
 quiritur, secundum singulas, ut paucis dicam, Senatus  
 consulti formas definiuit: multamque eorum qui nul-  
 lam ob iustum causam in Senatum non uenissent, adau-  
 xit: et quoniam multæ huiusmodi culpæ ob multitu-  
 dinem

dinem reorum paenam effugiebat, ius sit ut si plures hoc modo peccassent, quintus quisque in quem sors incidisset, plecteretur: omnia nomina Senatorum in albo conscripta publicè edidit, qui mos etiamnum inde tractus permanet. Hoc modo ad compellendos in concilium Senatores usus est Augustus. Quòd si quando casu fieret, ut non tot quot opus erat conuenirent, (nam præter quam quòd imperatore præsente numerus Senatorum qui adcesserent, accurate inibatur, idem hoc etiam fermè omnibus alijs etiam quibus Senatus habebatur diebus fiebat) consilium quidem iij capiebant, & quod statuissent, id perscribebatur: non tamen uim Senatus consulti obtinebat, sed autoritas Senatus dicebatur, quæ uidelicet ostenderet quæ fuisse sententia eorum qui consilio interfuerant Senatorum. Idemque hoc etiam tum obseruatum est, cum aut loco aut tempore alieno, aut nullo legitimo edito uocati festinatò coiissent, aut Tribuni aliqui plebis intercessissent, nam hic quoque cum Senatus consulti fieri nequicret, tamen sententiam suam Senatus nolebat esse occultam, quæ deinde more Romano rata foret, ac nomen Senatus consulti acciperet. Idq; ab antiquis multo tempore studiosissimè retentum, nostro tempore ferè exoleuit, sicut ex id, quod de Prætoribus sanxit Augustus: his, cum indignè ferrent se, cum honore tamē Tribunos plebis anteirent, in Senatu sententiam dicendi ius non habere, Augustus id iuris concessit, quod tamen tempus eis postmodò abstulit. Hæc omnia Augustus antequam sanciret, in tabula perscripta in Curia proposuit, & Senatoribus binis ingredientibus liberum fecit ut legerent, ac si quid disliceret, aut melius eo aliquid inuenirent, id ut expōnerent. Omnino autem adeò popularis uideri uolebat, ut cum commilitonum suorum cuidam patrocinium ipsius

Quid differ-  
runt Sena-  
tus consulti,  
& Autori-  
tas Senatus.

Prætorib.  
datū, vt sen-  
tentiam im  
Senatu di-  
cerent.

Augusti Cæ-  
sar's mode-  
stia &c. facil-  
itas.

peten

peteti, quia ipse occupationibus destineretur, amicū quēdā patronum dedisset; isque iratus, se ipsi auxilio indigēti, non alium quendam suo loco misisse diccret, sed se se ubique pro eo pericula obiuisse, motus eo dicto ipse in foarum uenerit, ac causam hominis egerit. Amico cuidam in iudicium pertracto adfuit, communicata prius cum Senatu re, eumque reis exemit; actorem autem non modò ira nulla est prosecutus, quāvis multa usum in dicendo libertate, sed etiam morum causarecum factum absoluit; id dicens, libertatem eius propter multorum maliciam ex usu ipsis esse alioquin quos insidias sibi struxisse iudicio cognouerat, supplicijs afficere solitus. Quaestores etiam

Quæstorum  
imperium.

in ora maritima prope urbē, et alijs Italie locis ut precessent constituit, idque pluribus annis fecit. In urbem tamen intrare tunc propter mortem Drusi noluit; sed anno proximo, C. Asinio Gallo, et C. Marcio Censorino Consulibus, Romam iniuit, laureamque in Iouis Feretrijs templum præter consuetudinem Romanam intulit, neque ulla diem tamen festum egit, plus sibi morte Drusi danni, quam uictorijs commodi accidisse existimans. Consules uero ea quæ pro uictoria fieri solebant, fecerunt, ac inter alia captiuos quosdam dimicare iusserunt. Augustus deinde cum Consulcs et reliqui magistratus culpa reetur, quod largitionibus eas sibi dignitates parassent, neque inquisitionē instituit, et totam rē dissimulauit: quia neq; punire quēquam, neq; criminis manifesto ulli ueniā dare statuerat; sed pecuniam pignoris loco ab ijs qui petituri essent magistratum aliquem accepit, quam qui largitiones fecisset, amitteret, idque eius factum ab omnibus laudatum fuit. Quod uero cum non licret scrum contra dominum exhibitis tormentis quæsitioni subiici, huiusmodi seruos si usus postularet, uel Republicæ uel si

Ambitui  
obuiam it  
Augustus.

Seruum nō  
licet cōtra  
dominum  
torqueri.

bi uendi ius sit, ut alieno iam possessionis, nec iam domini prioris qui reus esset, existens, exanunari posset, id à non-nullis culpatum, legē dissoluicā domini mutatione querentibus, alijs necessariò id fieri dicentibus, cum multe hoc freti contra ipsum ac magistratus conspirarent: Post hęc Augustus cum principatum disposuisset, (hoc enim prae se habebat) exacto decennio altero, inuitus iterum suscepit, et in Germanos bellum molitus, ipse domi substitut: Tiberius autem Rhenum transiit. Eorum uim metuentes barbari omnes, exceptis Cantabris, legatos misserunt pacem petentes, sed neque tum eam impetraverunt, cum Augustus nisi Cantabris ad causam adiunctis negaret se eam daturum, neque deinde, cum Cantabri quoque legatos misserint: quos Augustus cum per urbes quasdam disposuisset, (erant autem multi ac praeclari inter suos) tedium rei non ferentes, manus sibi ipsis intulere. Ita quo-

Augusti &  
Tiberij ex-  
peditiones.

que pax infecta mansit: sed barbari cum aliquandiu se continuissent, postmodò affatim à Romanis vindictam sui doloris repetierunt. Augustus præterea militibus, non quidem uictorie nomine (quanquam et ipse Imperatoris nomen acceperat, et Tiberio dederat) sed quod Caium tunc primum militaribus exercitijs deditum secum habebant, pecuniam largitus est. Cæterum Tiberium Drusum loco ad imperium prouchens, imperatoriōque ob id nomine decoratum, Consulm iterum fecit, iussitque eū more antiquitū recepto antequāmagistratum iniret, litteras publicè proponere, triumpho etiam ipsum ornauit. Nam ipse quidē Augustus triumphū ducere nolebat, sed id potius accipiebat, ut natūlicijs suis perennes ludi essent equestris. Idem pomœrijs quoque terminos protulit, mensēque Sextilē, Augustum nominauit: quod nomen cum alij Septembri, quo mense natus esset Augustus,

Cantabro-  
rum legati  
male tra-  
ctati.

Tiberio al-  
ter Consu-  
latus desti-  
natus.  
Consulm  
designato-  
rum pote-  
stas.

Pomœrium  
prolatum.

Augustus  
mensis.  
Mæcenatis  
obitus , &  
laus.

stus, indere uellent, ipse Sextilem prætulit, quod eo mensa-  
se primum Consul factus, ac eo multis magnis prælijs uis-  
ctoria potitus esset. Ut læta hæc Augusto fuere, ita Mæ-  
cenatis obitu grauiter affectus est, cuius egregia cum in  
alijs rebus opera usus fuit, ita ut cquestris etiam dunta-  
xat ordinis homini urbis custodiam diu commiserit: tum  
uerò sicubi ira impotentius efferretur, utilem eum sibi  
habuit, à quo ab ira ad mansuetiorem animum reduce-  
retur. Vnum eius rei documentum proferam. Præsentे  
aliquando Mæcenate Augustus pro tribunali sedens, cū  
multos esset morte damnaturus, præuidens hoc fore Mæ-  
cenat, cum per circumstantium coronam ad ipsum irrum-  
pere ac proximè assistere nequiret, hæc uerba in tabel-  
la scripsit: Surge uerò tandem carnifex: eamque tabellam  
quasi aliud quid indicantem in sinum Augusti proiecit:  
qua lecta, is statim surrexit, nemine morte multato. ne-  
que uerò huiusmodi res stomachū Augusto mouebat, sed  
gaudebat quantum ipsum suā natura & necessitas rērū  
ad iram etiam præter decorum prouexisset, tantum a-  
amicorum libertate corrigi. Virtutis uerò Mæcenatis ma-  
ximum id indicium fuit, quod cum Augusti cupiditatibus  
resisteret, tamen ab eo inter familiares habitus, reliquis  
etiam se omnib. probauit: & quod, cum plurimum apud  
hunc posset, adeò ut ab eo multis honores magistratiisque  
impetraverit, tamen animo nihil elatus, in equestrī statu  
vitam suam exegit. Hæc in causa fuere, cur uchementem  
luctum Mæcenatis mors Augusto afferret, quo ea etiam  
accessit, quod Mæcenat quamvis propter uxorem suam  
ei esset insensus, tamen hæredem eum nuncupauit: ac præ-  
ter minima quædam, in eius potestate reliquit, si uellet  
amicis suis quædam dare. Idem primus Romæ natato-  
rium aquis calidis refertum instituit, primusque ad ce-  
l. viii

Augustus  
repréhen-  
siones ab a-  
miciis & quis  
simè feci-  
bar.

Naratoriū  
alidum.

literatam scribendi notas quasdam literarum excogitauit, quam rem Aquilæ liberti munisterio multos docuit. Tiberius Calendis Januarij, quibus Consulatum in iuit cum Cn. Pisonc. in Octauij Curiam (haec enim erat extra pomœrium) conuocato Senatu, fanum Concordie sibi parari iussit, ut suo id et Drusij nomine inscriberet, ac decimde triumphauit: triumpho perfecto templum Liuiæ Octauij Cu dedicauit cum matre, ac ipse Senatum in Capitolio, Liua autem seorsim matronas epulo exceptit. Paulo post Tibenius coortis in Germania motibus ad bellum profectus est, ac pro eo ludos uotos pro Augusti redditu Caius ac Piso fecerunt. Campum autem Agrippæ, porticu excepta, ac Diribitorium, ipse Augustus dedicauit. Diribitorium domum omnium earum quæ unquam uno culmine fuissent maximam (nunc omni eius tecto diruto, quia rursus committi inter se non potuit, aperto fistigio conspicitur) Agrippa imperfictum reliquerat, tunc uero ad finem perduitum erat opus. Porticus in campo, quam eius soror Pola, que etiam cursus ordinavit, parabat, absoluta nondū erat. Funebre quoque gladiatorium munus, primò singulis contrasingullos pugnantibus, post æquali numero commissis, editum est idq; in Septis, cum in honorem Agrippæ, tum quod multa circa forum edificia incendium absumperat: spectantibus omnibus, ipsi scilicet Augusti (is enim eam non sumperserat) in pulla ueste. Incendijs causa in alieno ære constrixi os collata est, quasi iij cum se magnis danis affectos existimarent, consultò id parauissent, spe debitorum leuandorum. Verum hi nihil consecuti sunt. procuratores autem uicorum pl. beij sunt constituti, quibus ueste quam magistratus gerunt, ac lictoribus binis in ijs locis quibus precessent uti certis diebus concessum, ac seruicia quæ ante cum edilibus in usum incendiorū restinguen-

Notæ literarum com-  
pendiosæ.  
Aquila.

An. V. C.  
747.

Tib. Trium-  
phus.

Liuiæ tēp'ū.  
Campus A-  
grippæ.  
Diribitoriu

Pola soror  
Agrippæ.

Incendiū.  
Procurato-  
res uicotū.

XIIII. re-  
giones ur-  
bis.

dorum fuerant addita, urbsq; tota in regiones diuisa fuit tunc quatuordecim, quibus forte diuisis hic uicorum curatores, Tribuni plebis, et Praetores praesent, idq; hodie etiam fit. Eo anno in Germania nihil memorabile actum.

An. v. c. Annum dcinde proximus C. Antistium Veterem, D. Lælium Balbum Consules habuit. At Caius et Lucius Caesar res, ut puta in principatu educati, patris sui Augusti mores,

C. & L. Ca-  
sarum mali  
mores.

nequaquam imitabantur, non modò delicatius uiuentes, sed insuper etiam frigocentes: quippe Lucius iniussu aliquando in theatrum ingressus cum omnium applausu, partim ex animo, partim ab adulatione profecto exciperetur, aucta petulatia, ausus est petere ut Caio fratri, nondum ex ephesis egrezzo, Consulatus daretur. Hæc ubi animaduertit Augustus, indignatus optauit, ne quando ea que ipsi quondam impenderat, temporum iniquitas euinciret, ut Consulatus ei mandandus esset, qui nondum necessimum annum attigisset: cum nihilominus filij hoc ab ipso contendarent, tunc demum inquit hunc magistratum alicui esse suscipiendum. cum et ipse à peccando sibi cauere, et populi cupiditatibus resistere posset. Deinde sacerdotium Caio, utq; in Senatum ire, ac inter Senatores spectaculis epulisque interesse licere dedit: ut uero aliqua ratione modestiores eos efficeret, Tiberio Tribuniciam potestatem in quinquennium concessit, Armeniamq; que defecerat mandauit. Hoc frustra ab Augusto factum, et hos, et Tiberium offendit: hos quod se spretos iudicabant: Tiberium, quod iram eorum uerebatur: itaque se in Rhodum hic contulit, quasi disciplinæ capienda causa, ne comitatu quidem omni suo secum accepto, ut et a conspectu se eorum, et actionibus subduceret: nec desunt, qui hoc cum propter Iuliam coniugem fecisse putent, quam ferre diutius nequinerit, certe eam Romæ reliquit.

Ceterum

Tribunicia  
potestas Ti-  
berio con-  
cessa.

Tiberius  
Rhodum se  
cedit.

Ceterum Augustus multitudinem eorum qui frumentum ex publico accipiebant, ad hominum CC nullia rededit: in singulos eum dedisse ducentos quadraginta denarios non nulli autores sunt: spectacula cum exhiberet, aquam in Circum Flaminiū induxit, in ea triginta sex crocodili sunt concisi: Praetorianorum quoque militum duos prefectos tum primum instituit. Iuliam filiam suam adeò lasciuia progressam, ut in ipso etiam foro & rostris nocturnas comedationes ac copotationes ageret, scò tādem cum deprehendisset, ( nam ctsi antē coniectabatur, eam non recte uiuere, tamen non adhibuerat fidem: nimirum cum principes omnia facilius quam sua cognoscant, ac neque clām suos quicquam agant, neque eorum res curiosc scrutentur ) adeò immodica ira correptus est, ut eam domi suæ non continuerit, sed cum Senatu etiam comunicauerit. Itaque Iulia in Pandatariam ( que est sita ad Campaniam insula ) relegata est, ultrò eum ea Scribonia matre abeunte: qui uero cum ea rem habuissent, Julius Antonius, quasi spe Imperij occupādi id fecisset, cum alijs nonnullis morte mulctatus est, reliqui in insulas exulatum missi. Multis autem alijs etiam mulieribus ob similem culpam delatis, non omnium causas iudicandas suscepit, sed tempus certum nominavit, ante quod si quae acta essent, de ijs inquisitio nulla fieret: ita alijs parcendum duxit, qui nihil medinre in filiam statuisset, atque adeò cum Phœbe liberta Iulie, eiusque uitiorum adiutrix, morte sibi illata supplicium pœnisset, huius se, quam Iulie patrem esse malle dixit. Caio autem ad bellum Armeniacum missso, Tiberius in Chium profectus, ei se submisit: neque Caio solum, sed omnibus qui cum eo erant. Phraates rex Parthorum cum de pace ad Augustum literas dedisset, isq; rescriptus, Phraaten tantum nominasset, onissso titulo Regis re-

Frumentum  
ex publico  
accipientib  
numerisim  
minutus.

Crocodili  
spectaculis  
concisi.

Iulia lasciuia,  
et uream  
Augustus  
punierit.

Principes  
sua plenip  
ignorar.

Iulie & Scri  
boniz exili  
um.

Iulij Anto  
niij interitus

Phœbe li  
berta Iulie.  
Caio ad bel  
lum Armeni  
cum mis  
sus.

724

Phraatis fa-  
tus, utq[ue] Armenia  
Romanis cesserit..

C. & Lucij  
mors.

Tiberi, redi-  
tus Româ, Tiberius A.  
strologiz-  
calentissi-  
mus.

Thrasyllus  
Astrologus,

gum, iussissetq[ue]; Armenia cum cedere, adeò nihil territus  
est Phraates, ut rescribens superbè, sibi ipsi Regis re-  
gum titulo dato, Augustum tantum Cæsar is uocabulo af-  
ficerit: post uero cum Caium in Syriam aduenisse au-  
disset, ac res domi odio sui conturbatas suspicaretur, ea  
conditio ut Armeniam nussam faceret, in gratiam re-  
dit. Statim post hanc rem, Caio & Lucio mortuis, Tibes-  
tius Romam è Rhodo rediit. Erat eius diuinationis, que  
ex astris ducitur, cum ipse peritiissimus, tum Astrologia  
omni præstantissimum secum habebat virum, Thrasyl-  
lum nomine, unde & suum, & ipsorum fatum omne com-  
pertum habebat. Errunt cum aliquando cum esset in  
Rhodo, Thrasylli de muro præcipitandi consilia animo  
agitasse, quod is solus omnium suarum cogitationum con-  
scius esset: inde cum tristem uideret, percontatum quid  
ita uultum contraxisset, cumque respondisse, periculum  
se aliquod suum uereri, admirationeque motum Tibes-  
rium propositum abicuisse. Is quidem Thrasyllus adeò  
omnia certò habebat cognita, ut cum procul aduentare  
nauim uidisset, quæ nuncium redditus Romam, à matre  
& ab Augusto uehebat, prædixerit quæ is esset annun-  
ciaturus.

\*

\*

\*

Corpora porrò Caij & Lucij à tribunis militum, ac singu-  
larum ciuitatum proceribus Romam apportata sunt, par-  
mæq[ue]; & hastæ, quas aureas ab equitibus cum uirilem to-  
gam sumerent' acceperant, in Curia suspense. Augustus  
Domini no-  
men Augu-  
sto inuium  
eo tēpore dominus salutatus, non modò prohibuit, ne quis  
ipsum hoc nomine compellaret, sed summo præ etiam id  
cauit. Tertio quoq[ue] iam decennio completo, in quartum  
decennium, coactus scilicet, imperium suscepit, quod man-  
uetior iam ac segnior ad Senatores exasperandos contra-  
se factus,

se facius, nolbat quenquam eorum amplius offendere.

Cum forte Palatum incendio periret, multique multa ei largirentur, nihil prater aureum a singulis conuentibus, à priuato homine denarium accepit. Aureum vero uoco id nomisma, quod uigintiquinque denarios continet: sic enim nostrates aureum accipiunt, estq; ita inuenire apud Grecos quosdam autores, quos propter lingue Attice studium legimus. Ceterum recte in domum suam Augustus, totam publicam esse iubet, siue quod ad eam edificandam populus pecuniam contulisset, siue quod Pontifex Maximus cum esset, simul in propriis ac in publicis aedibus habitaret. Cum magnis ab eo precebus populis contenderet, ut filiam reduceret, citius respondit aquae ignem mixtum, quam illam in patriam restitutum iri: ac quantumvis populus multos in Tiberim ignes concisisset, nihil tamen tum impetravit: postea tamen uicem eò perpulit, ut in continentem saltum eam transferret. Tiberium adoptauit, ac Tribunicia potestate ad annos decem data, in Germaniam ablegauit: ueritus tamen ne is aliquando animo elatus nouas ad res consurgere, Germanicum Drusi fratri filium ei adoptandum dedit, quanquam ipsi Tiberio natus fuerat filius. Inde animo fiducia concepta, his quasi successorib. ac adiutoribus, iterum Senatus delectum habere instituit: deceniq; quibus plurimum tribuebat Senatorib. e rei destinatis, sorte ex ijs tres dicitur, qui Senatum examinarent: neque tamen multi tam inuentis sunt, qui (quod ante factum ab aliis fuerat) licentia sibi eius permissa ultrò Senatoria dignitate cederent: pauci etiam iniuit et moti sunt. His per alios transactis, ipse recensionem eorum qui in Italia habitaret, ac ad ducenta sestertia possiderent, iniuit, pauperioribus ac ijs qui extra Italiam uiuerent onus, ne quid turbarunt.

Palati incedium.

Aureus quāti præcij.

Magnificētia Augusti.

Seueritas in filiam.  
Ignis Graecus.

Tiberiu Augustus adoptat, ac Tribunicia potestate munitur.

Germanicus Cæsar à Tiberio adoptatur.

Senatus delectus.

Census aetus ab Augusto.

'darent. Id ne Censor facere videatur, cuius rei causa sus  
prà est à me indicata, ad hunc censum peragendum, lustra-  
leque sacrum faciendum Proconsulare imperium accepit.  
Cum multi patricij ac equestres iuuenes citra ullum cri-  
men ad paupertatem redigerentur, plerisque censum con-  
stitutum eorum ordini compleuit: octoginta autem qui-  
busdam cum usq; ad duodecies sestertiū adauxit. Qyia

Munificen-  
tia Augusti.  
Lex de ma-  
numissione  
Insidiae in  
Augustum.  
Cn. Corne-  
lius.  
Liuix cum Pompeij Magni natus, aliquandiu consilij inops fuit, cum  
Augustu col-  
loquiū quo neque necare eos uellet, quia nihil tutior editis cædibus  
eum ad cle-  
fiebat, neque dimittere in puncs, ne alios quoque con-  
mentiam et  
fugiēdas in-  
sidias horra que noctes sine cura, ac cum quiete agentem, Liuia ali-  
tur.  
Cur tā mul-  
ti principi-  
bus insidi-  
tur.  
multi multos manumittebant, etatem quam et manue-  
mittens, et manumittendus habere deberent, iuráque qui  
bus erga libertos cion alij, tum ipsi patroni uterentur,  
constituit. Interim insidijs impetratus, quarum præcipuus  
autor erat inter alios Cn. Cornelius Cinna Magnus, filia  
lius.  
Liuix cum Pompeij Magni natus, aliquandiu consilij inops fuit, cum  
Augustu col-  
loquiū quo neque necare eos uellet, quia nihil tutior editis cædibus  
eum ad cle-  
fiebat, neque dimittere in puncs, ne alios quoque con-  
mentiam et  
fugiēdas in-  
sidias horra que noctes sine cura, ac cum quiete agentem, Liuia ali-  
tur.  
Cur tā mul-  
ti principi-  
bus insidi-  
tur.  
poris à curis uacet, qui tot inimicos habeat, alijsq; super  
alias insidijs petatur: an uerò non cernis quām multi et  
mihi et imperio nostro periculum struant? quos ne sup-  
plicia quidem coercent, quin contrà cæteri punitorum  
exemplo, quasi uerò hi aliquid egregij egissent, perire  
studeant. Quo sermone auditio Linia: Perniciem, ait, tibi  
creari, neque mirum est, neque ab humana sorte alienum,  
multa, ut in tanto imperio, agenti, multosq; offendenti. Ni  
mirum fieri non potest ut princps omnibus placeat, ac  
ne uel iustissime regens, per multorum in odia incurrat.  
Maior enim pars hominum iniusta iustis potiora ducunt,  
quorum explcri cupiditates nequeunt. Iam uirtuosorum  
quoq; alij magnas ac multas res expectunt, quas consequi  
non

nō possunt, alij alij posthabitos se indignantur, itaque utriusque culpant principem: quapropter certum ab his malū impendet, ijsq; deinde qui insidias struunt, non quicdcm tibi, sed principatui. Etenim priuato nemo tibi mali quicquam nisi à te accepta iniuria, fecisse ueluit: principatum, eiisque bona potens quisque etiam infirmioribus promptius appetit. Id etsi est iniustorum hominum, ac minime prudentium, tamen inter alia uitia ijs inest, ac neque monitis, neque ui eximi potest, quod nulla lex, nullus metus eis quae natura insunt plus ualeat. Hec tu tecum reputans, aliorum peccatis minus succense, tui autem ac regni custodium exquisitam institue, ut id non poenis irrogandis, sed summopere custodiendo tutum seruemus. Ad hec Augustus: Sanè, inquit, cognitum habeo mulier, cum alia magna ab inuidia & insidijs tutu non esse, tum uero in primis sumnum imperium: deum certe immortalium princeps esset similis, nisi maioribus quam priuati curis, occupationibus, ac sollicitudinibus teneretur. Me uero hoc ipsum potissimum angit, quod hec ita fieri necessum est, neque ullum contra ea remedium excogitari potest. Cum sint omnino, respondit Liuia, qui iniquè agere uelint ab ijs ergo caueamus. Sunt nobis multi milites, quorum alij hostibus opponantur, alij te stipent, ac nos custodiant, ac domi forisq; securitatem nobis praestent. Tum Augustus: Multos sexagenumerò à suis interfectos esse, uerbis opus non habet. Nam inter cætera hoc difficilimum est in imperio, quod non reliquorum more tantum ab hostibus nobis, sed ab amicis quoque timemus, quodq; multo plures ab his, quam ab alienis perniciem inuenerunt. Dies enim noctesq; adsunt, nudis etiam ac dormientibus, & cibum potumq; ministrant: contra hostes quidem eos opponere licet, contra hos nullum est auxilium. Ita

Omnē principatiū, multis periculis & timoribus esse obnoxium.

Domestici principibus timendi.

semper nobis & solitudo est grauis, & hominum frequen-  
tia: uacare custodia periculorum, periculosisimū esse in-  
ter stipatores: hostes molesti, molestiores amici, ( hoc  
enim eos etiā minime dignos nomine appellare opos-  
tet ) quos ut etiam bonos quis nanciscatur, nunquam ta-  
men tantum eis fidei tribuere potest, ut cum ijs puro, cu-  
risque & suspicionibus uacuo corde conueretur. Porro  
autem id grauiissimum est, necessitatum imponendi insidia-  
toribus supplicij incumbere, quod aegerrimē bonus quis-  
que facit. Recte tu quidem hec, inquit Liuia. Ego au-  
tem habeo quod tibi dem consilium, ( modò ne id repu-  
dies, aut indignè seras me, mulier cum sim, tibi consulere  
ausam ) quod nemo etiam summus amicus tibi dare pos-  
sit: non quia scientia, sed quia deest audacia. Iussa deinde

Liuie con-  
siliū.

Occasiones  
delinquēdi.

Clementiā  
commedat

quid id esset proferre: Dicam, inquit, libere, tecum uideli-  
cet honorum ac malorum particeps, te incolumi ipsa quo-  
que hodie regnans eadēque unā si quid ( quod ab omni-  
nor ) durius accidat, peritura. Homines quosdam ipsa ad  
peccandum impellit natura, eiusque cupiditas coerceri dif-  
ficulter potest. Nam, ut plororumque de malitia nihil di-  
cam, multos omnino opinio boni ad delinquendum mouet:  
multos generis splendor, diuitiarum fastus, honoris magni-  
tudo, ac fortitudinis comes audaci, & potentiae moles,  
ut a recto cursu exorbitent, facit. At neque nobilitatem  
in obscuritatem, neque fortitudinem in ignauiam, neque  
prudentiam in stupiditatem mutare licet, neque fortunae  
hominum accidere, aut spiritus deiçere insontium decet:  
quod ut iniustum est, ita sumpta de noxijs hominibus  
uindicta, offensas ac infamiam parit. Agedum alia uia  
insistamus, ac uenia eos prosequamur. Ego enim ita  
iudico, plus clementiam quam se uiciam proficere: nam  
nus tricordes non iij tantum quibus delicti gratia facta  
est chs

est charos habent, ac gratiam referre student: sed reliqui  
etiam onines reuerentur ac colunt, ita ut nemo eos deinde  
de ledere ausit. At qui ira inexorabili utuntur, non mo-  
dò eos odio habent iij qui sibi metuunt, sed ceteri quoque  
infensi insidiosi stræctis suam perniciem cuitare statuunt.  
Videntur ut medici rarissime sectiones & ignes adhibeant,  
ne ipsa uidelicet uitia corporis magis exasperent, plera-  
que autem lenibus corporis exercitiis, & mitibus medi-  
camentis molliunt ac sanant? Neq; enim putandum est, quod  
haec corporum illa animorum sunt uitia, ideo esse inter se  
dissimilia. Etenim et si animi hominum incorporei sunt,  
tamen multa habent cum corporum natura conuenientias;  
contrahuntur metu, turgent ira, dolore minuantur, au-  
dacia inflantur, ut non multum à corporum natura diffe-  
rant, atque eandem ferè sanationem requirant. Nam ser-  
molenis ad aliquem habitus, omnem frenitum laxat, con-  
trà asper renussum etiam ad iram concitat; uenia data se-  
roccem etiam quenque placat, supplicium uel mitissimos  
animos exasperat: uiolenti enim actiones, ut sint omnia  
nò iustissime, irritant, mansueti placant, idcōq; facilius  
persuadendo quispam quam cogendo cō adducitur, ut  
uel grauiissima subeat. Quod adeo est natura comparas-  
tum, ut brutorum quoque animantium multa robustissi-  
ma alioquin & ferissima, blandiendo cicurētur, inescan-  
dōq; perdomentur, alia timidissima atq; imbellissima ma-  
le habita ac territa ad iram concitentur. Neq; ego omni-  
bus ex quo noxiis parcendum esse dico, sed audaces, int-  
quietos, maliciosos ac sinistri consilij homines, immedica-  
bile que continuae malicie adfuetos, excindere te iu-  
bo, exemplo earum corporis partium, quae medicinā non  
patiuntur: r̄ciliros, qui propter etatē, imperitiam, ima-  
prudentiam, aut alio casu quodam uel uolentes uel iniuiti.

simile. Animi &  
corporis  
morborum  
similitudo.

Belluz ci-  
cūrātur ob-  
sequio.

Modum in  
dulgentiæ  
præscribit.

peccat, uerbis castigare, minis corrigere, aliisque tolerabili ratione tractare: utque in alijs rebus modò grauiores, modò mediocres pacne irrogantur, sic in hac quoque re citra periculum exilijs alios, alios ignominia, uel pecunia mulctare, aut in diuersa loca urbēs relegare licet. Inueni nimirum sunt, qui cum spes ac cupiditates eorum irritata factae fuissent, ad sanitatem redierint: alios in confessi locis dishonestus, aut factiones probrofæ, doloresque et terrores ante oblati emendauerunt, pro quibus homo nobilis ac fortis mortem sibi optauerit. Quo intelligitur, poenas non faciliores, sed grauiorcs etiam futuras, cum nos inculpati interim tutò uiuere possumus, qui nunc multos inuidia, auaricia, metue fortitudinis aut nobilitatis necare existimamur. Haud enim facile creditur, eū qui in tanta potentia ac licentia uiuit, ab incerti homine priuatōque insidijs peti posse: idèo alij hos de nobis rumores dluulgant, alij falsis delationibus nos fidem adhibere dicitant, cum exploratores auscultatoresque emissarij nostri odio iraue, aut ab inimicis eorum quos accusant accepta pecunia, negat'ue ab his indignatione adduerunt multis infontibus perniciem struant, non modò quod egerint, agendumue sibi proposuerint quicquam, sed quod etiam certi quippiam dixerint, auditoue tacuerint, risuq; aut lacrymis dictū exceperint. Possum infinita id genus referre, que si maximè uera sint. tamē ea te a pudiberos homines perscrutari, eāq; tibi annunciarī indecorum est, cum si te fūlant, damnum nihil adferant, relata uel iniuito (quod cùm alijs, tum uero principe indignum est) stomachum mouant: at multi complures indicta causa, iudicioue subdolè parato iniuste exitium reperiisse autemant: neque testimonia, cruciatus, aut alia contra illos usurpata pro ueris habent. Hæc et si nonnunquam

Delatorum  
faudes.

quam iniuste, tamen de omnibus ita capitali supplicio affe-  
ctis uulgò memorantur: tuum autem, Auguste, est non  
modò ab iniustitia, sed ab opinione quoque eius abesse:  
quorum alterum in priuato, alterum in principe requiri-  
tur. Hominibus enim, non belluis imperas, eaque est unica  
benevolentia ipsorum uerae consequenda ratio, si hoc  
ipsi persuasum efficias, neque à uolente, neque ab iniui-  
to te quenquam eorum laedi. Cogiquidem ad metuendum  
aliquem homo potest, ad amandum autem persuasione o-  
pus est: ea beneficijs in eum collocatis, queq; alijs uideat  
tribui, paratur. At qui iniuste alium morte afflū suspi-  
catur, cādem sibi fortunam metuens, cādis autorem ut  
odio habeat impellitur: porro autem iniustum esse subdi-  
tis, neque honestū est. Et minime expedit. Hec est quippe  
hominum sententia, priuato omnes iniurias esse perse-  
quendas, ne uel contemptui inde habeat, uel opprima-  
tur: principem uero debere ea que in publicam rem pec-  
cātur, ulcisci, priuatim in se admissa tolerare, cum qui ita  
deliquerint, neque ex contemptu, neque ex incursu posa-  
sint ipsum tanta septum custodia danno afficere. Quæ  
ego audiens, ac in ea intuens, parum absurum quin tibi sua-  
deam, ut neminem omnino ob buiusmodi causam uita  
spolies. Nam in hoc principatus instituti sunt, ut saluti  
subditorum cōsulatur, ne iniūcē aut ab exteris q̄ iniurias  
accipiant, nō profecto ut si quid principem offendent, ab  
eo interimi possint: ac legibus quidem, beneficijs et ad-  
monitionibus eos princeps instituere debet, ut in offi-  
cio mancant, uitiosis medcri quodam modo, ac sanare ne  
prorsus pereant. Est uero magni animi, eximiaeq; naturae,  
uulgi peccata ferre: quæ si quis omnia punienda cogitet,  
imprudens plerosque hominum occidet. Proinde id tis-  
bi consul, ne quem posthac facinoris alicuius causa ca-  
pite

Opinio etia  
lūstitia ca-  
uenda prin-  
cipi.

Quomodo  
tractandi  
subdit.

Neminem  
capite pte-  
rendum  
consulit.

pote p[ro]p[ter]e, sed alio quodam modo castiges; ne quid in posterum facinoris edere possit. Quid enim mali tibi insrat in insulam quandam deportatus, aut in villa, uel opido non modò absq[ue] pecunie & scruiiorum copia, sed etiam in custodia positus, sicubi res id requirat: Nam a gentibus in uicinia hostibus, mariue ab alienato, aut si in ipsa Italia urbes muri & armis munitae essent, quò per fugere fontes possent, iis sue occupatis terrorē nobis in: custer, alia ratio ineunda fuisset; nunc cum omnia armis & munitionibus bellicis uacent, ac longissimè absint hostes, tot maribus, terris, montibus, ac fluminibus inuis interiectis, quis certum aliquem hominem metuat nudum, priuatum, hic in medio tui imperij, ac intra tua arma inclusum? Ipsa sane neque cogitat turum tale quid ullum, neque si omnino uelit, agere posse cen[so]r[em]. Ergo ab his, qui nunc sunt rei insidiarum apud te facti, periculum facere incipiamus, fortassis & hi mutabunt sententiam, & alios inclios res facient: uides Cornelium & nobilem, & fama clarum esse, humaniter etiam peccatum eius expendi par fortassis sit. Non omnia gladius cōficit (magnum enim bonū is fuisse, si emendare homines, ac persuadere ualeret, & ad su scipiendum sincerū amorē adigere) sed ut corpus abolere alicuius potest, ita ceterorū animos à cedis autore auertit, qui non propter supplicium sumptum uindicem amare, sed ob metū mali odiſſe solēt. Cōtrā quib[us] delicti uenia est donatz, penitidine duellū benefactorē ledere in posterrū uerentur, sed spe consequendi maiora prænū, eum suis officijs colunt: uidelicet qui iniuria affectus, salutem eam inferenti concesserit, eum omnes putant beneficia sumnopere cōpensaturum. Morem itaq[ue], mihi uir gere mis̄hi, propositūq[ue] muta, consecuturus hoc quoq[ue], ut cetera à te grauius facta, necessitatem tibi extorsisse iudicetur, quia

quia tantam urbem ex populari forma Republica in  
unius hominis potestatem redigere sine sanguine impossi-  
bile est: quod si incepta ratione perseueraueris, uidebere  
haec quoq; duriora sponte fecisse. His Liuiæ uerbis addus-  
ctus Augustus, omnes reos uerbis castigatos indemnes dis-  
missit, Cornelio etiam Consulatu donato: cōque factō ita  
sibi omnium animos deuinxit, ut non modò infidie con-  
tra ipsum nullæ dcinde componerentur, sed opinio quoq;  
omnis earum intercideret. Liuia autem, potissima tum  
Cornelios salutis causa, posterioribus temporibus mortis  
Augusti culpam sustinuit. Cæterum ea tempestate, Cn.

Liuiæ consi-  
lium sequi-  
tur Augu-  
stus.  
Cornelius  
Consul.

Cornelio Cinna Magno, ac Valerio Messala Consulibus, An. V.C.  
horrendi terræ tremores acciderunt, Tiberisque deie-  
cto ponte, urbem septem dies nauigabilem effecit, sol ali-

718.

qua parte lumen suum amisit, fames coorta. Eodem anno  
Agrippæ nihil eorum que fratribus obtigissent potito  
uirilis toga est data: ludi Circenses seorsim à Patricijs ac  
Equestrib. spectati sunt, quod adhuc moris erat: cumque

Agrippa vi  
titem togā  
sumit.

nobiles ægræ suas filias in collegium Vestalium darent, Vestales le-  
lex lata est, ut eo sacerdotio uti etiam libertinis virginib. dax.

liceret: eæq; cum plures de eo disceptarent, in Senatu for-

te lecte, præsentibus earum patribus, nulla tamen tunc

in id sacerdotium cooptata. Cum nulites præmiorum

exiguitatem ob impedientia bella ægræ ferrent, ac nemo

extra tempus militie constitutum arma sumere uellet,

decreatum est, ut cohortib. Prætorijs, postquam annos ses

Præmiū mi-  
litibus sta-  
tutum.

decim meruissent, uiritim uicena nullia nummūm, reli-

quis exactis uiginti annis militie, duodena darentur. Ale-

Legionum  
Romanorū  
enumerati-  
o.

bantur eo tempore legiones urbane x x i i. aut, quem

al i numerum ponunt, x x v. nostro tempore solæ x i x. restant, nempe secunda legio Augusta, cuius in supe-

riori Britannia sunt hyberna, tres Tertiæ, una in Phœnicia,

cia, Gallicæ nomine, altera in Arabia, Cyrenaica dicta legio, tertia Augusta in Numidia, quarta Scythica in Syria, quinta Macedonica in Dacia, Sextæ due, una in inferiori Britānia, Vixtrix: altera in Iudea, Ferrea uocabulo in signis, septima in Mysia superiori, Claudia precipue nūcupata Octauia Augusta in Germania superiori, decima Gemella in Pannonia superiori, ac in Mysia alia decima, undecima in Mysia inferiori, Claudiæ cognomēto) Legiones Claudiz vñ de dīaz.

hæ duæ legiones à Claudio sunt nominate, quod in seditione Camilli nō rebellaſt̄ ipsi) duodecima in Cappadocia Fulminis cræ, decimatercia Gemella in Dacia, decima quarta Gemella in Pannonia superiori, decimaquinta ab Appolline cognominata in Cappadocia: uigesima Valeriana & Vixtrix, in Britannia superiori uersantes, quos ipſos, ut mihi uidetur, cum ea legione cui nomen est uigesimæ, ac hyberna in superiori sunt Germania, ac non ab omnibus Valeriana dicitur, neque hodie id nō men retinet, ipſe acceptos adseruauit. Hæ legiones Augusti supersunt, reliquis aut omnino dissipatis, aut ab Augusto & alijs Imperatoribus inter ceteras legiones admixtis, unde Gemellarum appellatio tracta putatur. Ac quoniam quidem semel de legionibus dicere cœpi, libet reliquas etiam ab alijs Imperatorib. institutas hoc loco referre, ut qui de his cognoscere cupit, uno omnia loco scilicet percipiat. Nero legiōnem primam, Italicāmq; nuncupatam instituit, in inferiori Mysia hyemantem: Galba primam Auxiliariam in inferiori Pannonia, septimā in Hispania: Vespasianus secundam Auxiliariam in Pannonia in inferiori, quartam in Syria: Flavius: Donitianus primam Atheniensem in Germania inferiori: Traianus secundam Aegyptiam: trigesimam Germanicā, quibus à suo nomine nomen imposuit Marcus Antoninus: item secundam

Gemellæ  
legiones.

cundam in Norico, tertiam in Rhetia: quæ etiam Italicae  
uocantur. Seuerus Parthicas primam & tertiam in Me-  
sopotamia, secundamque medium in Italia. Nostro itaque  
tempore tot sunt legiones præter Urbanam & Prætoriæ:  
sub Augusto autem xxii. uel xxv. istæ alabantur, ac  
multæ etiam aliæ auxiliarie equitum peditumque &  
classiariorū, quorum certus numerus nūhi non constat. Sti-  
patores autem corporis Imperatoris sunt decē mūllia, in  
decem diuisi partes, urbis præsidio destinati sex mūllia,  
quadrifariam hi diuisi, tūm equites alienigenæ extraor-  
dinarij, Bataui appellati à Bataua que est in Rheno insu-  
la, cuius incole arte, equitādi pollut: eorū, sicut & Euo-  
catorum summā dicere nō possum. Vt illis Augustus cœ-  
pit tum primiū, cum ueteranos patris contra Antonium  
conuocauit, seruauitque deinde, & sunt una adhuc lec-  
gio peculiaris suos habens fasces, quemadmodum centu-  
riones. His de causis cum indigeret pecunia, Senatum cō-  
suluit de reditu quodam perpetuo constituento, unde ci-  
tra ullius iniuriam stipendia ac præmia militibus sufficca-  
rent: in eo querendo cum uersarentur, ac nemo sua spon-  
te Aedilitatē peteret, quidam sorte lecti ex ijs qui Qua-  
stores aut Tribuniplebis fuissent, ad eam gerendam ad-  
acti sunt, quod sāpius etiam alias factum. M. Aemilio  
deinde Lepido, L. Arruntio Consulibus, cum nullus re-  
ditus excogitari posset, quem omnes probarent, omnēsq;  
cum queri indignarētur, Augustus pro se & Tiberio pe-  
cuniam in aerarium, cui militaris nomen indidit, intulit,  
eiisque administrationem Prætorijs tribus sorte le-  
ctis ad triennium mandauit, qui binis lictoribus, ac mini-  
stris alijs quos conueniebat uterentur. ( id per successio-  
nem aliorum in multos annos productum: nunc ab Impe-  
ratore eliguntur, & lictores non habent.) Itaq; illata pe-  
cuniis

Satellitum  
Imperato-  
ris nume-  
rus.  
Vt his præsi-  
dium.  
Extraordi-  
narii equi-  
tes Bataui.  
Euocati.

An. V. C.  
759.

Aerarium  
militare Au-  
gustus con-  
stituit.

Delibera-  
tio de per-  
ennire editu.

Vicesima hę  
reditatū &  
legatorum  
ærario mili-  
tari desti-  
natur.

Fames vche  
mens.  
Iustitium.

cunia ab ipso promissaque id se quotannis facturum, à re-  
gibus etiam & populis promissa sunt quædam: nam à pri-  
uatis, quamvis multi se libenter collatueros cò pecuniam  
dicerent, nihil omnino accepit. Verum cum hęc pecunia  
sumptuum magnitudinem minima parte attingeret, ac  
perenni copia esset opus, Senatoribus negotium dedit, ut  
pro se quisq; aliquam rationem inueniret, cámq; in libel-  
lo conscriptam ipsi traderet expendendam: id non cò fies-  
bat, quòd ipse nihil reperiret, sed ut eis persuaderet, quòd  
hanc maximè uiam, quam ipse probabat, sequendam du-  
cerent. Certè multis uariè propositis, nulla earum proba-  
tu, insituit ut uigesima pars hereditatum ac legatorum,  
exceptis ijs que proximè genere iunctis ac pauperibus  
morte aliorum relinquebantur, in aerarium militare infor-  
rentur, quæ si scriptum in Cæsar's commentarij ijs id pensio-  
nis genus reperisset: fuerat enim iam antè etiam ciuius rei  
mentio illata, sed omissa rursum, tunc relata est. Ita auctis  
reditibus, tres ex consularib. uiros Augustus, quibus sors  
id officij obtulisset, ad sumptus partim contrahendos, par-  
tim tollendos adhibuit. Hęc Romanis molesta fuerunt, ac  
fames præterea ingens, adeò ut gladiatores, mancipiaque  
uenalia ultra LXX. M. passus sint ab urbe reiecta, mul-  
tosque ex suis ministris cùm alijs, tum ipse Augustus ab-  
legauerint, iusticium indictum, Senatoribus, ut quòd uel-  
lent proficiscerentur, permisum fuerit, ac ne Senatus  
consultis inde uis aliqua decederet, omnia qua Romæ  
præsentes decreuissent, rata esse iussa, uiri Consulares  
frumento & pani præfecti furcint, qui certā singulis sum-  
mam uenderent: dedit quidem gratis etiam Augustus fru-  
mentum ijs qui ex publico id alioquin accipiebant, tantu-  
quantum ijs alijs dabatur: quod cum non sufficeret ijs,  
non passus est eos epulari publice natalib. suis. Cùmque  
eo tec-

eo tempore multa in urbe incendiis essent vastata, liberti= nos septem locis ad ea curanda constituit, equitem eis præfecit, quos etsi haud diu id officium gerere pati statuc rat, tamen re ipsa expertus utilissimum ac maximè necessaria Nocturni rium esse eorum munus, perdurare iussit: suntque nostra etiam nocturni hi custodes non ex libertinis tantum, sed ex aliis etiam militibus, murisque in urbe tenent, et mercede rem publicè accipiunt. At plebs fame, tributo, in= cendiis affecta indignari, multa palam de nouis rebus lo= qui, multos noctuliberos proponere, que omnia P. cuius dam Rufi instinctu fieri freabantur, suspicio autem ad a= lios inclinabat: ipse enim Rufus procul ab his excogitan= dis faciendis que aberat, sed alij sub eius nomine credeban tur nouandis rebus studere. Itaque decretum est factum, ut in eos inquireretur, indicibusque præmia constituta, nō nullique delati sunt. Non antè hi tumultus in urbe conse= derunt, quam anno nona difficultate finita Germanicus Cæsar, et Ti. Claudius Nero filij Drusi, in honorem patris munus gladiatorium præbuerunt: hoc plebem memoria Drusi consolatum est, idque etiam, quod in dedicatione a= dis Castoris et Pollucis non Claudiani modò (adoptatus enim in familiam Augusti, Claudianū se nuncupabat) sed Drusi etiam nomen ei imposuit, frequenter solitus ab administratione bellorum, quoties liceret in urbem com= meare, partim ob negotia quædam, potissimum uero mea= tuens ne quem ipsi absenti alium Augustus præferret. Eodem anno cum mediante imperio Achæa præficius diem suum clausisset, Quæstori eius ac Legato, alteri prouincia intra Istrum, alteri reliqua mandata est. He= rodes Palestinus à fratribus accusatus, trans Alpes est relegatus, ac pars eius ditionis in publicum redacta. Eo= dem tempore multa bella extiterunt. In multis regiones à

Germanic⁹  
Cæsar.  
Ti. Claudi⁹ Nero.  
Aedes Casto= sis..

Praefecto po= uiciz Quæ= stor & lega= tus succe= dent.  
Herodes Pa= lestinus re= legatus.

A a

predonibus sunt incursionses factae, ita ut Sardinia per aliquot annos nullum Senatorem praefectum, sed milites et duces equites habuerit: urbes haud paucæ defctione molite, ita ut populi Romani prouincias iudicem praefecti non forte, sed suffragius electi per biennium rexerint, cum alios quim Cæsar is prouincias iudicem multos per annos soliti essent regere. Haec singula persecuti non statui, quia multa singulis locis, nec ea memor. tu digna acta sunt, que curiose exposita nihil utilitatis adherant, que memoria digna sunt, paucis, nisi res sint maxime, perstringam.

**I**sauri praedantur.  
Getuli rebel lantes Iubæ, à Cornelio Collo subiecti.

ri facto à predationibus initio, usque ad bellum molem prædicti, domitique eos sunt. Getuli inique ferentes Iubam regem, non Romanos sibi præesse, contra eum insurgentes, finitima uastarunt, multosque Romanos cum exercitu contra se profectos interfecerunt: denique ad cœlati sunt, ut propter ipsos subactos Cornelius Cossus Triumpha libus honoribus et cognomento Getulici ornatus fuerit.

**E**xpeditione in Germaniam Tiberij.

In Germanos expeditionem cum alijs, tum Tiberius fecit, progressusque est primò ad Erygrum, deinde ad Albin fluvios, nihil tamē magnoperè memorandū actū est: quād quam de Germanis Imperatoris nomen non Augustus modò, sed Tiberius etiam inuenit, honorisque t. triumphales.

**C. Sentius.**

C. Sentius Germaniae praefectus, quod horum metibus Germani pacem accepissent. Ea cur mox iis, cum tamen fidem uiolassent, redderetur, res Dalmaticæ ac Pannonicæ et maioribus motibus concitatæ, celerisque correclionis indigentes in causa fuerunt.

Dalmaticus & Pannoni cū bellum à Tiberio cōficiū.

Dalmatae tributa moleste ferentes, cum superiori tempore uel iniuiti se cōtinuisserint, postquam Tiberius secundam in Germanos expeditionem fecit, ac cum eo magna parte exercitus abducti, ipsisq; Dalmatis milite imperato ad illum Germanicum

**V**alerius Messalinus.

Valerius Messalinus, Dalmaticæ ac Pannonicæ tum praefectus, ab

fuis, abiit: cum eam ob rei ipsi conuenissent, iuuētutemq;  
 suam florentē conspexissent, cunctatione abrupta, primō  
 pauci quidam rebellauere, Batone quodam Dysidiato Baro Dy-  
 eos maximē concitante, Romanosque obuiam profectos diatus.  
 sibi fuderunt. inde reliqui quoque Dalmatæ defecerunt,  
 ac Breuci Pannonica gens alio sibi quodam Batone du- Breuci.  
 ce sumpto, & ad Sirmium quod Romanorum tenebatur Baro Breu-  
 præsidio accesserunt. Id ne caperet, Cæcina Seuerus pro- cus.  
 pinque Mysiae præses rebellione eorum intellecta, celeri- Cæcina Se-  
 ter eos ad Drauum flumen consecutus prælio uicit. Sed uetus.  
 quoniam multi etiam Romanorum in ea pugna cecide-  
 rant, sperantes Barbari s. arcire se facile acceptum dam-  
 num posse, ad auxilia sociorum parandæ se contulerunt,  
 ac quos potuere sibi coniunxerunt. Interim Baro Dalmatæ ad Salonas agmine ducto, graniter saxo illus, infelixq;  
 re alios emisit, qui maritimis omnibus usque ad Apolo- Salona op-  
 niam uastatis, cum Romanis prælio congressi, uidiq; pri- pugnatur.  
 mum, deinde eos ipsi uiciissim superauere. Hæc cum cogno- Illricū va-  
 nisset Tiberius, metueretque ne in Italiam irruerent, ex Messalini &  
 Germania reuersus, Messalino præmisso, ipse citemaiorib.  
 copiis subsecutus est. Baro corū aduentu accepto, et si nō- Baroni cō-  
 dū ex uulnere reualuerat, tamen obuiam Messalino profe- ficiens.  
 illus, collatis signis superior discessit, hinc insidiis circum- Alma mōs.  
 uentus uictusq; ad Breucum Balonem abiit, iunctaq; belli Rhymet-  
 societate hi montem Almam occupauerunt; ibi à Rhyme- ces Rom. so-  
 talce Thrace, præmisso aduersum eos à Seuero, paruo cō- cius.  
 fidu superati, Seurum ipsum ui sustinuerant. Qui cū  
 in Mysiam propter Dacos Sauromatásque eam infestan-  
 tes rediissest, Tiberius autem ac Messalinus Siscia com-  
 morarentur: ipsi incursionibus in sociorum Romano-  
 rum agros factis, multos ad rebellionis societatem per-  
 traxerant, eam Tiberio, qui id eos accelebat, m.c<sup>2</sup>

num conserere detrectantes, sed alio subinde uagati, multa uasta dederunt, (nempe qui ob regionum peritiam & habitum leuem facile quo uellent, evadere possent) idque multò magis hyeme iam imminentे. Cæterum hos iam in Macedoniam rursus inuidentes Rhymetalces, præterque eius Rasciporis pugna fuderunt: reliqui agris suis deinde uastatis, quod fuit Q. Cæcilio Metello Cretico, Rasciporis.

Anno V.C. 760. A. Licinio Nerui Silano Consulibus, iis relictis in loca naturam unita configerē, atque inde captis temporibus decursiones fecerunt. De quo Augustus certior factus, in suspicione Tiberium habens, quasi cum posset hostem paruo temporis spacio in potestatem redigere, bellum consultò traheret, quo diutius eius specie in armis esset,

Germanicus ad bellum Palmaricum missus.

Germanicum eò misit, Quæsturam tunc gerentem, ad distis ei militibus non ingenuis modò, sed libertis etiā, quorum multos à uiris ac mulieribus cum cibariis sex mensibus certo precio redemerat. Præter hunc belli apparatus, equitum quoque inspectionem quæ in foro habebatur, in aliud tempus distulit, ludosq; magnos uouit, cū mulier quedam literis aliquibus in brachium suum incisis, quasi diuino afflato mota quedam uaticinia edidisset: quam cum satis ipse sciret non nomine corruptam, sed ex composito id agere, tamen perturbato uehementer ob bella ac famem quæ rursus ingruerat populo, se quoque fidem eius dictis adhibere simulauit, omniāque quæ ad cōsolandam plebem facerent egit, necessaria putans.

Mulier vari cinans.

Anno ne procurationem rursus ob penuriam duobus Consulibus mandauit, additis lictoribus: pecunia ad bella nocturnos custodes alcendos cum opus esset, tributum instituit, quod de precio mancipiorum uenitorum quinquagesimam partem exegit: et quam pecuniām pretores ex arario acceptam gladiatoriis spectaculis insuebant.

Quinquage sima manci piorum preci.

mebant, expendi uetus. Quod autem Germanicum, non  
 Agrippam ad bellum nusit, Agrippe scruires mores in  
 causa fuerunt, soliti ferè mare exercere, unde sibi ipse  
 Neptuni nomē sum pscrat, iraq; uti præcipiti, Iuliāmque  
 quasi nouercam cōuicūs proscindere, ipsūmq; sepius Au  
 gustum propter patris bona insimulare. itaque cum finem  
 nequicie non faceret, abdicatus ab Augusto, eius faculta  
 tes in ærarium militare relate, ipse in Planasiam Corsicæ Planasia.  
 propinquam insulam est relegatus. Cum Germanicus in  
 Pannoniam uenisset, eoque undique exercitus conflue  
 rent, Batones obseruato tempore, quo ex Mysia Seues  
 rus accederet, improviso adorti sunt castra ad Volcæas  
 paludes ponentem, eos qui extra uallum erant, intra id  
 compulcerunt: sed excipientibus suos iis qui intus erant,  
 uicti sunt; inde Romani in multas partes diuisi, ut hostiū  
 agros simul multis locis inuaderent: tum à reliquis ni  
 bil memorabile gestum: Germanicus Mazæos gentem  
 Dalmaticam pugna uictam damnis affecit. M. deinde Fu  
 rio Camillo, Sex. Nonio Quintiliano Consulibus, pacifi  
 catione Pannonij ac Dalmate expetiuerere, fame primum, 761.  
 inde eam secuto morbo, ac uariarum quibus uesci opus  
 habuerant herbarum ac radicum esu: quo minus tamen  
 eam per legatos peterent, sed etiam num resisterent, per  
 eos effectum est, qui nullam salutis spem apud Romanos  
 reliquam habeant. Germanico Drusi filio bellum iis fa  
 ciente, urbemque ualidam obsidente, neque expugnare  
 eam ualente, Pulio eques, Germ. inus natione faxo in mu  
 rum coniecto, ita propugnaculum concusit, ut statim id pulionis e  
 cum uiro ei incumbente corruerit: id sic perterruit, reli  
 quis, ut muris relictis in arcem configurerint, ac post se se  
 & eam dediderint. Cum Bato, qui concitatis ad rebellio  
 nem Dalmatis, multum incommodi Romanis exhibuer

Agrippæ  
 mores im  
 probi, vi  
 sit telegati

Cæcina Ba  
 tones vin  
 cit.  
 Volcæas pa  
 ludes.

Mazzœi  
 Germanicæ  
 vincit.  
 Anno V.C.

quitis Ger  
 mani tot  
 bur.

Batonis Dal rat, tandem ad colloquium de pace cum Tiberio congregatus, postridie cum in tribunali sedentem accessisset, percōsus est Tibcrius, quid ita deficere, ac tantum temporis rebellare Romanis statuissent? Vos, respondit Bato, in culpa estis ipsi, qui ad uestros greges custodiendos non canes pastores eue, sed lupos mittitis. Ita Dalmatia prātim bello, partim pacificatione ad Romanos rediit. Atq; gustus Senatui potestate data, ut se absente de plurimisque causis cognoscerent, progressū in publicum abstinuit: rūta que priori anno cum turbæ essent, ipse omnes magistratus ordinaverat, ita tunc tantum litteris quibusdam propo sitis, eos quibus cupiebat, populo commendabat. Ad bellorum uero administrationem ita intentus fuit, ut quo propius que in Pannonia ac Dalmatia gerenda essent subs inde monere posset, Ariminum se contulerit: in eius ab urbe exitu uota nuncupata, ac redeunte sacrificatum, tāc quam si ex hostico rediisset. Sub idem tempus Bato Breucus, qui prodiit Pinne mercedis loco regnum Breucorum accepérat, captus ab altero Batone, occisusque est. Suspe ciam enim ille fidem subditorum habens, circum castella projectus, obsides postulabat: enimque alter re cognitiū sidiis interceptum, præliisque superatum in arcem quan dam compulit: traditumque ab iis qui arcem tenabant, in castra adduxit, et damnatum mori coegit. Quo facto cū iterum permulti Pannonijs rebellarent, Syluanus in eos exercitu ducto, Breucis uictis, reliquorum nonnullos abs que prælio recepit. Igitur Bato in Pannonia nihil sci reliquum uidens, præsidiis aditus ex ea in Dalmatiam pertinentes munivit, Dalmatiāque uastauit. Sic reliqui etiam Pannonijs, cum ager eorum à Syluano maleficiis infestaretur, pacis conditiones acceperunt, nisi quod latro cinia quedam, ut que in huiusmodi tumultu diu in exercitatu

Dalmatia  
recepit.

Batonis  
Breuci in te-  
ritus.

Syluanus re-  
gerit contra  
Pannonios.

Pannonijs  
pacē acci-  
piunt.

citatis essent, superflue: (res nunquam non, præsertim ad  
populos, iustitia) ipsa etiam ab aliis deinde ex-  
cisa.



# DIONIS ROMANAЕ

HISTORIÆ LIBER Q. VIN-  
quagesimus sextus, Gulielmo Xy-  
landro Augustano  
interprete.

## CONTENTA HOC IN LIBRO.

Quemadmodum ad eos quibus liberi essent, ac deinde ad eos  
quibus liberi coniugati que non essent, Augustus verba fecer-  
it, ac quæ de his constituerit.

Vt Quintilius Varus à Germanis viatus obierit.

Quomodo templum Concordia fuerit dedicatum, ac Luius por-  
ticus.

De morte Augusti.

Annis acta hæc sex, in quibus Consules:

762 Q. Sulpicius Q. F. Camerinus.

Anno V.C.

C. Pompeius Q. F. Sabinus.

763 P. Cornelius P. F. Dolobella.

C. Iunius Silanus.

764 M. Aemilius Q. F. Lepidus.

T. Statilius T. F. Flavus.

765 Germanicus Cæsaris F. Cæsar.

C. Fonteius C. F. Capito.

766 L. Munatius L. F. Plaucus.

C. Silius C. F. Cæcina.

767 Sex Pompeius Sex. F.

Sex. Apuleius Sex. F.

A E T E R V M Tiberius Romam uenit Anno V.C.  
secundum eam hyemem, qua Q. Sulpicius

762.

Camerinus, & C. Poppeus Sabinus Consu-  
les fuerunt: ei in suburbana obuiam pro-  
gressus Augustus, cū eo in Sept. uenit, ac de tribunali si-

A 4 4

lurato populo, alia quæ uictoria impetrata fieri receptū erat, peregit, ac spectacula cō pertinentia Consulū opera prebuit. Quoniam uero inter hēc equites magno studio eam legem quæ de coniugij liberorūmque ex pertibus lata fuerat, antiquari cupiebant, eorum cœlibes scorsim, scorsim nuptos aut quibus esset proles, in concionem conuocauit: ac ubi hos numero illis longe inferiores uidit, dolore commotus, hos in hēc est ferē uerba allocutus:

Augusti o-  
ratio ad eos  
qui vxores  
ac liberos  
habebant.

Mortalitas  
generis hu-  
mani, stir-  
pis succes-  
sione corri-  
gitur.

Sexudratio.

Deori con-  
iugia.

Etsi respectu tante huius urbis molis perpauci, longeque aliis qui officium suum detrectant pauciores es-  
tis, tamen propter hoc ipsum ego uos cō magis laudo,  
ac gratias maiores habeo, quidē et audientes dicto sui-  
stis, et patriam ciuibus impletis. qui enim uestro more  
uiuunt, multos posteritati Romanos relinquent. Ita ab  
initio cum Romanorum esset perquam exiguus numerus,  
nuptiis studentes, liberosque procreantes, non uir-  
tute modò, sed multitudine etiam hominum omnes mor-  
tales superauimus. Quorum memores nos mortalita-  
tem naturæ conuenit per perpetua stirpis successione quasi  
facem aliis subinde aliis porrigentibus compensare, ut  
qua sola re à diuina felicitate absimus, eam perenni-  
tatem mutuò inuicem nobis tradamus. Quan potissi-  
mum ob causam primus iste ac maximus qui nos condi-  
dit Deus, humanum genus in duas partes cum secuisse, ac masculam unam, alteram muliebrem fecisset, amorens  
eis ac necessitatem coitus inter se indidit, eāmque fa-  
cundam esse uoluit, ut ex his qui alij ex aliis nasceren-  
tur, humanum quoque aliquo modo sempiternum exis-  
ret genus. Quin ipsorum quoque Deum uiri quidam, dæ-  
lie mulieres esse, genuisseque alij alios traduntur, adeò  
etiam iis nihil harum rerum indigis nuptiæ et procrea-  
tio lib

tio liberum pulcra uisa sunt. Proinde recte uos deos imitati, ac parentum uestrorum exempla secuti estis, ut quo modo uos iij progenes arunt, ita uos aliam sobolem sufficiatis: utque istos maiores uestros ducitis ac uocatis, ita aliij uobis idem nomen tribuant: ut quas res illi uobis cum gloria preclarè tradiderunt, id aliis uos transmittatis: quæ bona iij parta uobis reliquerūt, uos eadē aliis ex uobis ortis transmittatis. Quid enim causæ est, cur non optima res sit uxor pudica, domus custos, administratrixque liberi rū nutrix, quæ et sanū exhilarare, et agricurare, letis utet in rebus socia esse, aduersas consolari possit, iuuentutis nimia animi naturam coercere, effectam senecte austernitatem temperare? non sit suave, ex utrisque natum infantē alere ac educare, imaginem corporis animique sui, ut in eo adolescentे alter tute nascaris? non beatissimum, uita successio. abeuntem proprium ac ex te ipso editum relinquere, qui in facultates ac stirpem tuam succedat, ac naturæ humanae ratione dissolutum, eius successione uiuere: neque quod in bello fit, inter alienos uersari, ac protinus semel periire? Hæc commoda priuatim eos sequuntur, qui nuptiis et liberis student. At uero Reipublicæ, cuius causa etiam contra animi nostri sententiam multa nobis sunt facienda, qui non sit et utile, et necessarium ( siquidem urbes et populi durabunt, ac uos aliis imperabit) multitudinem esse hominum, quæ pacis tempore terram colat, quæ nauigations exercet, quæ artes et opera tractet: quæ in bello promptior generis sui causa sit ad res tuendas, ex qua in amissorum locum alij possint substitui? Vos itaque ego et uiri (soli enim uos hoc nomen meremini) atque patres (hæc enim uobis merito communis est mecum appellatio) hac de causa et amo, et laudo, premiisque quæ constitui, uos orno, ac preterea aliis honoribus etiam Honestæ virtutis comoditates.

Prolis iucunditas.

Reipublicæ utilitas.

magistratibusque decorabo, ut et uos magnos inde fructus percipiatis, et non minora uestris bona liberis relinquatis. Nunc uero ad reliquos descendam, qui ut omnia uestris factis dissimilia egere, ita diuersa quoque omnia habebunt, ut non uerbis modo, sed ex re ipsa magis abhuc intelligatis, quanto iis uos praestetis. Hec locutus, ac nonnullis eorum certa premia confestim largitus, reliqua pollicitus, digressus ad alteros, in hanc sententiam eos appellauit:

Augusti in  
cælibes a-  
spera ora-  
io.

Mirum modo ne strum causa affectus sum uos, quos ne scio quo nomine compellam: uirori nunc est at uirile nihil exhibetis. ciuium: at quantum in uobis eius situm est, ciuitas perit: Romanorum: at qui hoc nomen destruere intenditis. Quicunque uero tandem estis, aut quocunq; nomine uos fertis, iniustati, iniquam, res mihi accidit. Solitus enim nihil non semper agere, quo magnam uestrum efficierem multitudinem, uinc ad uos uerba facturus, ergo sero tantam esse uestrum copiam: maluissemque tantum esse eorum numerum, quos iam sum allocutus, uos autem aut cum istis fuisse, aut omnino mihi non uisos: quod nulli neque decum prouidentie, neque maiorum curae uestrorum habitatione, omne uestrum genus abolere, ac uerem morti obnoxium efficere, omnino autem nomen Romanum perdere, ac finem ei imponere in animos uestros induxitis. Quod enim generis humani semini relinquetur, si factum uestrum omnes alij populi imitentur: cuius cum initium apud uos sit, iure uniuersalis interitus culpam sustinebitis. Quod si nemo exemplum uestrum sequetur, optimo iure hanc ipsam ob causam odio omnibus eritis, cum ea negligatis, que nemo aliis: et eas leges feratis, ea studia introducatis, que si imitari uelint universi, perniciem incident: sin odio habeant, uos damnent.

Cælibatus  
vituperatio.

nent. Neque enim quia non omnes homines latrocinia aut sacrilegia aliæ flagitia perpetrant, ideo his deprehensis parcitur: quinimò prenam luere coguntur ob hoc ipsum, quod soli aut cum paucis ea egerint, quæ nemo alius. Quanquam si quis maxima omnia flagitia enumeret, nec singula quidem, sed uniuersa cum eo quod nunc tractatis componat, tamen ea omnia magnitudinem uestra non adæquent. Nam et homicidium est quod facitis qui eos ne dignitis quidem, quos nasci ex uobis conueniebat; impietatis uos obligatis, qui nomina ac honores maiorum cessare cogitis; sacrilegium committitis, qui genera uestra à diis immortalibus monstrata aboletis: maximumque donariorum iis sacrorum, humanam natum pessundatis, eoque templa eorum arásque cueritis: quinetiam ciuitatem dissolutis, legibus non obtemperantes: proditis patriam uestram, sterilem eam atq; infecundam reddentes: imò uero funditus eam demolimini, dum habitatorib. eam orbatis. Neque enim ciuitas domibus, porticibus, aut foris hominum inanibus, sed uiris constat. Considerate uero, an non summa iure Romulus autor noster concepturus sit, si suos natales cum uestro instituto conferat, qui ne ex legitimis quidem nuptiis prolem generare uultis? quid eos qui cum eo fuerunt Romanos, si expendant se alienas uirgines rapuisse, uos ne uestras quidem amare? sc bello prolem quæsisse, uos ne ex ciuib. uelle? Quid Curtium, qui mortem pertulit, ne nuptis suis poli. uentrentur? quid Hersiliam, que filium suam secuta, nuptiales uobis ritus ostendit? Enim uero patres nostri et bellum contra Sabinos pro nuptiis gesserunt, et pacem compouerunt, ipsis eos mulieribus ac natis in gratiam iniucem reponeribus, iuręq; iurando et foederibus eas stabiliuerunt: uos haec omnia confunditis: quam obrem?

Conserat  
libatu cum  
alii flagitiis.

Romuli stu  
diū in prole  
fusci. Edapi

Curtius.  
Hersilia.

obrem? ut scilicet cœlibes sitis, exemplo vestalium uirginum? Ergo si pudicitiam non seruaueritis, itidem ut ilæ, suppicio afficiendi? Atque satis compertum habeo, acerbum uobis meum, asperumque sermonem uideri: sed Exclusat suā asperitatem orationis. . primū cogitandum uobis est, à medicis quoque permul-  
tos, quando aliter nequeant, uerendo sanari: deinde, me non libenter hanc ad uos orationem habere, qui id ipsum quoque crimen uobis obiiciam, quod in hac uerba me prouexeritis. Quod si uerba mea molesta sunt uobis, nolite ea agere, ob que necessariò male sit uobis audiendum: si enim uos mea dicta mordent, quanto magis me & reliquos Romanos uestra facta? Ergo si uerè ea uos lœdunt, pœnitentiam agite, ut laudandos uos & gratias agendas habeam, quem natura haudquam difficili prædictum, omnia que bonum legum latorem decebant constituisse ipsi quoque nostis. Et quidem neque ante me cuiquam pœnissimum erat coniugium ac sobolem negligere, cum initio sub primam Republicæ constitutionem de care diligenter legibus sit cautum, multaque inde de eadem Senatus, populisque statuerit, quæ recensere superuacaneum esset. Ego autem multam non obedientibus adauxi, ut ciuius metu in officio continerentur, præmia autem obtemperantibus tot ac tanta, quanta nulli uirtuti præterea essent proposita, constitui, ut si nihil aliud, ea saltem ad coniugia & liberorum procreationem uos excitarent. Vos autem neque præmia appetentes, neque pœnam timentes, omnibus his spretis, ac quasi in nulla uiuercitis ciuitate conculcatis, expeditam istam, ac libram uitam extra matrimonium & sine sobole prætulisse uos dicitis, cum interim latronibus ac immanissimis belluis nihilo præstetis: neque enim adeò solitudo uos uenidi capit, ut absque mulieribus degatis, ac nō quilibet nescit.

Cœlibatum  
hæc exagi-  
tar.

uestrum mensae ac lectis sociam habeat, sed licentiam libi= dini ac lasciuiae uestre exerce ndae queritis. At ego tene= ras adhuc puellas, et uiris immaturas ut ambiretis uo= bis permisi, ut cum sponsorum propediem nuptias celebra= turorum nomen firretis, eò magis rem familiarem cura= retis; Libertinarum quoque matrimonia iis qui Patricij non essent concessi, ut si quem eò amor aut consuetudo im= pelleret, lege id facere posset: Neque fistinare uos quic= quam coegi primùm triennio, deinde biennio ad parana= dam rem dato. At qui neque minando, neq; hortando, ne= que differendo, neq; orando quicquam profici. Ipsì uide= tis, quām multo plures maritis uos sitis, cum debueritis totidem, immo uero multiplices uestrum iam liberos nobis dedisse. Quia enim alia ratione genera constabunt? qua res publica conseruabitur, neque uxores ducentibus uo= bis, neque prolem creantibus: nisi forte expectatis, dum, quod in fabulis fertur, ex terra aliqui existant, quires ue= stras publicanq; excipient. Nefas uero sit, uos nostro ge= nere ac nomine Romano extincio, alienigenis hominibus Græcis Barbarisue urbem tradere. An in hoc potissimum mancipia libertate donabimus, ut quām plurimos ex iis ciues fiant, sociis ciuitatem communicabimus, ut ea fre= quētior sit: uos autē ipsi à prima origine Romani, Quin= tos, Valerios, Iulios enumerantes, cum uobis simul et gē= tes, et nomina abolere in animo habetis? Verecundia pro= festo moucor, quod hæc mihi dicenda sunt, quæ uos faci= tis. Ea propter insanie modum ponite, ac iam nunc repu= rate demum, fieri nullo modo posse, ut cum multi identi= dem morbis ac bellis absumentur, salua urbs esse queat, nisi multitudo eius subinde aliis natis expleatur. Ac ne quis putet ignorare me, esse quedam eti. in matrimo= nio et liberorum procreatiōne difficultia ac molesta: sed hoc

Molestias coniugij extenuat. hoc cogitate, cum nullū bonū habeamus, cui nō sit aliquid acerbi admixtum, tum plurimis & optimis bonis annata esse plurima etiam ac maxima tristia: quæ si declinare uelitis, ne bona quidem appetenda uobis erunt, quando ad uirtutem ac uoluptatem nullam sinceram perueniri potest, nisi in ea paranda, obtinenda, ac seruanda labor impendatur. Quæ singula prolixè referre quorsum attinet? Quin si in coniugio etiam & suscipienda prole quædam sunt molesta, meliora cum iis conferte potius, eaq; plura & magis necessaria inueniatis: quippe præter ea commoda, quæ res ista suapte natura secum fert, ipsa etiam legibus proposita præmia, quorum uel exigua pars ad mortem subeundam aliquos pelicit, utiq; ad parendū mihi omnes adducere debent. turpe enim proficitò sit, eorum causa, propter quæ alijs suam uitam concedunt, uos nolle mulieres ducere, ac liberos alere. De his ego uobiscum o ciues (iam enim uos persuasos uelle ciuium nomen retinere, ac uirorum patrumque cognomen accipere confido) ita expostulandum duxi: illibenter quidē, sed necessariò, neque ut inimicus, nec qui odio uos, sed qui amore prosequeret, cuperētque uestrū similes multos acquirere, ut penates legitimos habitantes, domosque plenas progeniei habentes, cum coniugibus liberisque ad deos accedamus: & equatisque inter nos iis quæ in publicum conferuntur, ac qui inde fructus percipiuntur, conuersemur. Quomodo enim ego præesse uobis rectè possim, si semper dimissionem de uobis aliquam fieri patiar? quomodo pater uestr̄ iure dicar, cum uos nullam problem educatis? Quare si uerè me diligitis, ac nomen nūbi patris non adulatio[n]is, sed honoris gratia de distis, date operam ut mariti patr̄sq; fiantis, quo & ipsi participes eius reddamini, & ego meritò id gerā. Postquam

quam ad hunc modum cum utrisque fuisse locutus, libe-  
ros deinde habentibus præmia adauxit, & multa mari-  
tos à cœlitibus secrevit, annuo spacio præstituto, intra  
quod qui eius ius parere coepissent, culpa uacaret, cūq;  
lege Voconia mulieribus prohiberetur, ne qua maiorem  
centum nullibus nummum hereditatem posset adire, ea

Mulieres le-  
ge Voconia  
soluit.

quoque lege quasdam soluit: ius quæ perpetuum uirgi-  
nitatem seruarent, eadem quæ matribus præmia largie-

tus est. inde lex quoque Pappia Poppæa à M. Pappio Mu-  
tilo, & Q. Poppæo Secundo lata est, qui parte eius an-  
ni Consules, uterque neque uxorem neque liberos habe-  
bat: quo ipso deprehensi potuit, quam ea lex necessaria

Pappæa de  
matribus  
ordinibus.

fuisse. Dum Romæ hec aguntur, Romani ad Rhætinum Romanoru-  
Dalmatiae urbem cum Germanico profici. sub Germa-  
lerunt. Hostes horum multitudine pressi cum resistendo nico in Dal-  
non essent, studio ignem in monia & iis vicina edifici. matia res  
iniecerunt, prouiso diligenter ne is statim effulgeret, stratagema.  
sed aliquandiu latitaret: eo facto, in arcem se receperunt.

Khartinoru-

Romani, quos ea res fallebat, cum irrupissent, primo o-  
mnia impetu directuri, intra ignis ambitum peruen-  
runt: neque cum uiderunt ante, quiam undique ab eo cir-  
cundati, in extremo discrimine fuerunt, cum desuper ab  
hominibus impetiti, soris ab igne affici, neque tutò mis-  
nere, neque evadere sine periculo possent, ac telorum ia-  
ctum cuitantes ad ignem compellerentur, ab igne refilien-  
tes, iaculis exponerentur, in que tanta angustia quidam  
utrinque & ab igne usci & ab hoste vulnerati perirent.

Hæc maioris partis eorum qui in urbem uenissent fortu-  
na fuit: pauci mo: tuis in ipsam flammam conieciis, transitu  
sibi quasi per pontem parato effugerunt. Ignis quidem  
adeò inualuit, ut ne si quidem qui in arce erant, manere  
iici potuerint: sed noctu earumque in edificia sui terranea  
scisc

**Seretium  
captum.** *fese abdiderint. Hæc ibi acta. Seretium uero, quod frustra olim Tiberius oppugnauerat, tum expugnatum est; atq; alia exinde etiam loca facilius in potestatem redacta. Reliquis nihilominus resistentibus cum bellum extrahetur, ac non minima famis in Italia causa esset, iterum in Tiberio ite- Dalmatiam Tiberium Augustus misit. Is cum uideret mis- tu ad bellū Dalmaticū missus.*

**Silanus.  
M. Lepidus.**

**Bato pugnat  
detractat.  
Anderium  
Tiberio op-  
pugnatum  
& captum.**

**Nato suos  
deserit.**

*lites more iam impatientes, etiam cum periculo finem bello imponere cupere, ueritus ne si unam essent, seditionem concitarent, in tres partes copiis diuisis, unam Silano, M. Lepido alteram dedit, cum reliqua ipse et Gemanicus se aduersus Batonem contulerunt. Silanus et Lepidus haud difficulter suos aduersarios præliis domuerunt: Tiberius autem omnem ferè regionem peruagatus est, Batone in diuersa loca discurrente, cùmque tandem in castello Anderio obsedit. Erat uero Anderium ad ipsas Salonas in munita apprimè ac inaccessa rupe edificatum, profundis conuallibus, et in quibus essent torrentes, cinctum, eoque mortales omnia quæ usui essent partim iam antè comportarant, partim per montes, quos obtinebant, eò congregabant, insidiis etiam positis Romanos frumenti commecatu intercludebant, ita ut Tiberius cum eos in obſidione habere uideretur, ipse obſessi mala tulerit. Cum maximè consilijs dubius esset, quia obſidio inanis et periculosa, discedere inde dedecus uidebatur, tumultus militum tanto cum clamore coortus est, ut hostes qui sub arce stativa habebant, perculti terrore inde recesserint. His partim iratus, partim letus, conuocatum exercitum Tiberius uerbis quā increpans, quā laudans, neque fiducia auctus est, neque castra remouit: eoque in loco quietus permanxit, donec Bato desperato se rem tenere posse, cum reliqua omnia ferè in potestatem hostium uenissent, essentq; suæ quā aduersa p. rtis copiis minores, pacem perire int*

per internuncios petiit: et cum non persuaderet suis ut idem ficerent, eos deseruit, neque ulli postea, quamvis a multis accitus, auxilium tulit. At Tiberus reliquis qui castellum defendebant, iam inde contemptis, ratus posse se eos si ne sanguine superare, loci etiam naturam nihil amplius moratus, erigere aciem in sublime aggressus est. Quia vero nulla planicies suberat, neque hostes ad pugnam descendebant, ipse in conspicuo loco pro Tribunalis sedens, ut inspicere que agerentur posset quo alacrius milites pugnauerent, ac ubi id res posceret, subueniret, quam ad rem partem exercitus (quem copiosissimum habebat) secum retinuerat: ceteri denso agmine per obliquum primò ascendentes, post ipsius montis natura, qui præceps, ac in aequaliter multis conuallibus abruptus erat, in vicem ipsi diuulsi sunt, alijsq; alijs maturius in superiora evaserunt. Quod ubi uidere Dalmatae, acie super ipsius prærupta montis ante castellum instructa, multa s.ixa in eos fundis dicerunt, multa deuoluerunt, alijs etiam rotas, et plaustro toti plena lapidum, arcasq; rotundas more eius regionis factas et saxis refertas dimiserunt, que multo simul omnia impetu delata magis adhuc Romanos dissipauerunt ac conturbarunt, cum interim sagittis ac pilis multi eorum sternerentur. Ardere ibi certamen inter pugnantes, his euadere in altum, et occupare sublimia nitentibus, illis arceere eos ac præcipites agere conantibus, nec segnis etiam concertatio eorum qui de muro spectabant pugnam, eorumq; qui Tiberio aderant, esse, utrisque suos adhortantibus, strenuos confirmantibus, cedentes incepantibus: consertimq; clamore alijs alios superare, deos pro suorum pugnatorum salute comprecari, libertatemq; ex eo prælio alteri, alteri pacem poscere. Verum ibi quidem Romani, quibus non contra hostium ordines tantum, sed loci

B b

74

etiam naturam erat contendendum, incassum omne periculum subijsſent, nisi recentibus eos summis identidem subsidijs à fuga Tiberius continuisset, ac diu rſa ex parte missis qui in sublime per ambages subirent alijs militibus, hostibus terrorē inicicisset: ita fusi, ne in castellum quidem cum se recipere possent, abiectis expeditioris fugae causa armis in montes palati sunt, eosque Romani in omnes partes insecuri (debellandi enim summa cupiditate tenebantur, neque uolebant iterum coeuntēs hostes denuo ipsis posse molestiam exhibere) plerosque per sylvas latentes inuenere, ac more ferarum trucidauere. Deditio ne postea etiam qui in castello erant recepti sunt, ijsq; Tiberius omnia quæ conuentu erant præsttit, Germania co contra eos qui adhuc in armis erant profecto, quos persugae ( eorum autem magnus erat apud ipsos numerus)

Germanicus pacem componere non patiebantur. Ardubam tum, castellum hoc quoque, cepit Germanicus, non id quidem suis copijs, quibus hostem longè excellebat, munitissimum nempe, ac flumine rapido radices eius alluente totum fermè ambitum: sed persugis cum eius loci habitatoribus pacem expertentibus seditio primū, inde conflitus inciderat, persugas etiam mulieribus quæ Arduba erant adiuuantibus, quæ libertatis etiam contra uirorum cupidæ sententiam, quiduis potius quam seruitutem pati statuerant; ea dimicatione inferiores facti persugae concesserunt, ac quidam eorum effugerunt, mulieres arreptis liberis, aliæ in ignem, aliæ in flumen præcipituere. Germanico Arduba sic potito, uicina deditioñem fecerunt, isque his rebus actis, ad Tiberium redijt. Postumius reliqua sub-Bato se Tiberio dedit cum suis. Scœua fitius est: fidèque accepta, noctu in castra uenit, adductiisque postridie

postridic ad Tiberium pro Tribunali sedentem, nullum suum periculum deprecatus, caputq; etiam tanquam abscondendum protendens, multa pro reliquis uerba purgandi habuit: iterumque à Tiberio, ut ante, interrogatus, qua de causa rebellassent, bellumq; tandem protulissent, eadem quæ prius respondit, Romanos causam ciuis esse, qui ad suos greges custodiendos non canes, neque pastores, sed lupos mutterent. Hoc modo bellum id iterum constitutum Finis belli. est, quod Romanis magna hominum, maxima pecunie iactura stetit, multis ad id nutritis legionibus, præda minima capta. Victorie nuncium attulit Germanicus, eiusque ergò Augusto & Tiberio nomen Imperatorium, ac triumphus decretus, ac inter alios honores fornices duo in Pannonia, quibus trophyæ insisterent: Germanico insignia triumphalia, quod alijs etiam ducibus datum, ac Prætorij honores, utque primus secundum consulares diccerent sententiam, & legibus in petendo Consulatu solitus eum citius peteret: Druso Tiberij filio, et si is in bello nulla parte fuerat, ut in Senatum prius quam allectus in eum ordinem esset, ueniret, ac Quæstura acta ante Prætorios sententiam diceret. His recens decretis, aduersus ex Germania allatus nuncius Triumphos eorum impedit. Hæc uero eodem tempore in Germania acta fuere. Loca quedam Germaniæ Romani tenebant, non simul, sed ut fortè subacta fuerant hinc inde, unde in historijs corum nulla mentio. Iis in locis Romani milites hyberna habebant, urbes condebant, eorum mores iam barbari accipiebant. in forum conueniebant, congressusque cum ijs pacatos habebant: neque tamen patriarcharum confuetudinem, morum innatorum libertatis, armorumq; potentiae oblitii penitus fuerant. Itaque dum paulatim & via quædam in custodia habitu ea dediscerent, mutationem uitæ suæ adeo

Honores ultorix ergo  
Augusto, Ti-  
berio, Ger-  
manico, &  
Druso T.I.F.  
decreti.  
Drusus Ti-  
berij F.

Variantæ in  
Germania  
acceptæ cla-  
dis decreti  
pius.

non grauatae cerebant, ut ne sentirent quidem eam. Vbi  
 Quintilius  
 Varus Ger- manis mo- lestus. uero Quintilius Varus Germaniae, post administratam  
 Syriam, praefectus, rebus ibi gubernandis susceptis insti-  
 tuit eam gentem subito transformare, tanquam seruituti  
 subiectis imperare, pecuniásque ut à subditis exigere:  
 Germani eius incepsum non tulerunt, primoribus ipsorum  
 amissum principatum desiderantibus, uulgo consuetam re-  
 rum rationem peregrinæ dominationi antefrcente. Quia  
 autem Romanos multos apud Rhenum, multos apud se-  
 uersari uidentes, rebellionem palam tentare non aude-  
 bant, Varum ita acceperunt, ut omnibus eius iussis ob-  
 temperaturi uiderentur, proculq; cum à Reno in Che-  
 ruscorum fines, et ad flumen Visurgin abduxerunt. Ibi  
 summa in pace ac amicitia erga cum uiuentes, in hanc eum  
 opinionem adduxerunt, quasi possent absque militum opera  
 in seruitute contineri. Igitur Varus neq; milites, quod in  
 hostico fieri debet, uno loco continuuit, multosq; suorum  
 potentibus infirmioribus Germaniae populis sub nomine  
 præsidio firmandorum oppidorum, aut latronum compræ-  
 bendendorum, commeatu[m] tutius subu[n]chendorum, di-  
 stribuebat. Erant inter eos qui conspirauerant, ducesq;  
 insidiarum et belli, quod tum conflabatur præcipui. Ar-  
 minius et minius et Sigimerus, semper cum Varo conuersantes, sa-  
 legimetus  
 duces Ger- manorum. piusq; coniuantes. Iam fidente rebus Varo, ac nihil ma-  
 li expectante, ac non modo fidem omnem ijs qui rem ut  
 erat susticantes, cum ut caucret sibi monebat, abrogante,  
 sed obiurgante etiam eos, quod frustra si[ci] timerent, ac  
 illos in inuidiam uocarent, repente ex composito quidam  
 ex longinquis Germani insurgunt: nimurum ut contra eos  
 proficiens Varus, in itinere opportunior cladi esset, cum  
 cum suis. ver amicorum regionem ire crederet, nec omnibus si-  
 Scua. bellum mouentibus sibi caueret. Id consilium cunctu  
 appro

approbatum fuit. Nam & exercitum abducentem eum cōbortati sunt, & ipsi ut auxilia paraturi, ac celeriter sub-sidio uenturi domi remanserunt: mox acceptis quæ iam in promptu certo quodam loco erant suis copijs, occisis Romanis quos ante ab eo impetratos quisque secum habebat militibus, in syluis eumiam inuijs hærentem assidue, repente pro subditis hostes se esse ostenderunt, ac mala Romano exercitui multa ac grauia ingesserunt. Erant montes, quæ Varus tum ducebat, conuallibus crebris intercepti, ac inæquales: arbores autem dense, ac immodestæ proceritatis, quibus Romani etiam ante hostium aduentum cædendis, uiāmq; parando, & quæ opus habebant, Pontibus iungendo defatigati fuerant. Currus autem & iumenta impedimentis strendidis agebant secum plurima, ut in pace: sequabantur etiam pueri ac mulieres, calonesq; magno numero, quo ipso etiam iter magis incompositum facere opus habebant. Interim pluia cum magno uento superueniens, magis adhuc eos dissiparat, soluniq; lubris cum ad radices & truncos arborum redditum, gressus quam maximè lapsi obnoxios efficerat, tum arborum summa confracta ac deiecta eos perturbabant. His difficultatibus Romanos tum conflictatos, Germani undiquaque simul per densissimas ipsas sylvas, quippe callium periti, consecuti circumuenire, ac initio minus tantum in pe-tiere: post cum nemo se defendaret, multi uulnerarentur, communius congressi sunt, nempe nullo ordine, promiscuo itinere inter currus & incermes proficiscentes Romani, neque coire inter se facile poterant, ac singuli à pluribus cum inuaderentur, multa incommoda, nullo hostibus reddito, patiebantur. Locum modò ibi, ut in monte sylvis obsoito, opportunum nacli, castra fecerunt, maioriq; currum, & quibus carcere possent impedimentorum parte

combiusta, aut relicta, magis ordinato itinere postridie progressi sunt in locum nemore vacuum: ne hoc quidem si ne suorum cæde. Hinc iterum insylas inciderunt, & cum ab adortis se hostibus conarentur defendere, haud parum hoc ipsis ad cladem contulit. Loco enim angusto orbem uolentes, ut confertim equites simul peditesq; in hostem incurrent, multa sibi iniucem ipsi damna dederunt, multa ab arborib. pauci sunt. Excepit hanc diem alia, effuso imbre & uento uehementi importuna, ut neq; procedere, neq; cōsistere firmiter possent: usū quoq; armorum ipsis adempto, sagittis, pilis, scutisq; madentibus, & cō nullius cōmodi usus: ea hosti, quod pleriq; leuis erant armaturæ, ac aggredi regrediq; tutò poterant, minus euinciebāt. Iam & numero aucti Germani erant, cum permulti ante ambi qui uel prædē nomine se eis adderent, quò facilius Romanos, qui multos prioribus cladibus suorum amiserant, & circundabat, & trucidabant: idcò Varus, alijq; primores, iam acceptis uulneribus, cum metuerent ne uel in hostium potestatem uiui uenirent, uel ab infensiōimo hoste interficerentur, sibi ipsi manus attulerunt, rem duram quidem, necessariam tamen ausi. Horum audita morte, nemo iam etiam eorum quibus robur suppeditbat, se defendit: sed alij ducis sui exemplum imitati sunt, alij armis abiectis cædi se præbuerunt. Itaque iam nullo mctu uiri omnes equi que cædebantur: omnesque Romani ea die occidione perirebant, aut capti fuissent, ni se Germani ad diripiendam prædam conuertissent. Quo factum est, ut robustissimus quisque euaderet: ac tubicines qui cum ijs erant, signum cursus incidentes, se ab Asprenas auxilio suis missos opinionem hostibus iniecerunt, quia uideri (iam enim tenebant & intenderant) non poterant. Ea res inhibuit ab inseguendo Germanos: & Asprenas cognita re, uerè auxiliū

Asprenas.

lium suis tulit. Postea temporis nonnulli captorum re-  
 dempti sunt, concesso hoc ipsorum necessarijs, ea condicio-  
 ne, ut extra Italiam manerent. Augustus Variana clade  
 audita, uestem, ut quidam memorant, laceravit, inque ma-  
 gno lucu fuit propter amissum exercitum, metumque qui  
 à Germanis & Gallis impeditre uidebatur, maximè quod  
 eas gentes iam ipsam Italiam ac Romam petituras uere-  
 batur, ac neque urbana iuuentus magni momenti superer-  
 rat, et socrorum auxilia, quæ alicuius essent precij, affli-  
 eta erant. Nihilominus tamen ad omnia se quantum præ-  
 sens rerum conditio ferebat, comparauit: et quoniam ijs  
 qui militari essent estate, dare nomina nolebant, ex ijs qui  
 nondum annum trigesimum attigissent quintum, ex natu  
 maioribus decimum quenque, ut sors in quemuis incidis-  
 set, bonis priuatum ignominia notauit: postremò cum mul-  
 ti ne sic quidem obedirent, quosdā morte multauit. Tum  
 collecta quantum maximè potuit ex veteranis & liber-  
 tinis per sortem multitudine, celeriter eam manum cum  
 Tiberio in Germaniam misit. Et quia complures Galli  
 ac Germani Romæ obuersabantur, partim peregrinates,  
 partim inter stipatores recipiendi, ueritus ne quid hi no-  
 ui molirentur, in insulas armatos amandauit, incermes ur-  
 be exire iussit. H.ec tum ab Augusto acta: ea quæ decre-  
 ta fuerant, ludiq; omisi. Secundum hæc ubi accepit non-  
 nullos milites superfuisse cladi, Germaniam presidio con-  
 tineri, hostem Rhenum transire non ausum, terrore libe-  
 ratus rem in disquisitionem vocauit: uidebatur enim ei  
 hoc tantum ac subitum malum non sine diuina quadam ira  
 accidisse, suspectamque Deum uoluntatem præterea pro-  
 pter prodigia quæ ante, ac post eam cladem euenerint,  
 magnoperè habebat. Etenim templum Martis in campo  
 Martio fulmine tactum fuerat, et locusta multæ in ipsam Prodigia-

Augustus  
 Varianaca  
 de conster-  
 natus.

Apparatus.  
 belligerus.

Tiberius in  
 Germaniæ  
 missus.  
 Galli & Ger-  
 mani Roma  
 pulsi.

urbem deuolantes ab hirundinibus consumpte : Alpium uertices in se inuicē corrue, tresq; igneas columnas emi sisse uisi : cælum sepius ardere apparuerat : multi simul cometæ effulserant : hæste à septentrione latæ in Ro<sup>m</sup>a manorum castra decidere existimatæ : circa aras eorum apes ceram finxerant, quædam Victoriae statua in Germania hostem spectans, ad Italiam obuersa: etiā circa aquilas in exercitu nulitum inane certamen fuerat, quasi Bar-

Concordia bari irrupissent. Anno sequenti Tiberius adem Concordia templum. An. V. C. 754. Tiberij & Germanici in Germaniam protægio. diæ sacrauit, inscripto suo & fratri Druſi uita pridem functi nomunibus. M. Aenilio Lepido, Statilio Tauro Consulibus, Tiberius et Germanicus, cui pro Consule erat imperium, impressionem in Germaniam fecerunt: ac populati nonnullas partes, nullo tamen neque prælio uicerunt, cum nemo manum consereret, neque ullum populum subegerunt: ueriti enim ne rursus cladem acciperent, haud ita procul à Rheno discesserant, sed prope cum usq; ad autumnum morati, ludis in honorem natalium Augusti actis, ac ministerio Centurionum edito equestri certas

Drusus Quæstor mine, in Italiam reuersi sunt. Romæ Drusus Cæsar, Tiberij F. Quæstor erat: Prætores sedecim, tot enim cum magistratum petierant, quorum offendere nullum Augustus in ijs rebus constitutus uolebat: posterioribus autem deinceps multis annis tantum XLI. füere. Vatibus interdiu

Diuinatio- nibus modus praescri- ptus.

clum ab Augusto est, ne uel absentibus arbitris, uel coram alijs de morte prædicerent: quanquam ipse pro se ad eò nihil esset sollicitus, ut publicè stellarum constitutionē sub qua in lucem erat editus, proposuerit. Subditis quoq; suo Imperio edixit, ne cui præfector an: tempore eius magistratus, aut intra L X. diem post discessum eius ullum honorem offerrent: quod nonnulli laudibus sibi & honoribus in prouincia adornatis, multa ea occasione facinora mala p.tra

patrarent. Legatis tunc etiam tres Senatores responsa  
decerunt: & equitibus (quod murum uideri posset) dimis-  
candi ludis gladiatoriis licentia data: in causa fuit, quod  
nonnulli ignominiam ei rci propositam pro nihilo duce-  
bant. itaque cum edictum nihil prodisset, maiorq; poena  
ad deterrendos eos iam requireretur, permisum fuit ut  
dimicarent, quod pro ignominia morte afficerentur: nihilo  
enim minus dimicarunt, præcipue cum eorum certamina  
magno studio uiserentur, ita ut Augustus quoque Præ-  
toribus qui præmia distribuebant adcesset. Post Consula-  
tum Germanicus, nondum gesta Prætura, occipit, ac toto  
anno gesit non dignitatis causa, sed quia idem etiam-  
num ab aliis quibusdam fiebat, nulla re memorabili gesta,  
nisi quod potiores tulit partes, cum ipsius collega C. Ca-  
pito obiter tantum numeratur. At uero Augustus sene-  
tute iam grauis, Germanicum Senatui, Senatum Tibe-  
rio scripto commendauit, quod ipse quidem ( uoce enim  
dicti uocabatur) non recitauit, sed Germanicus, uti consue-  
uerat: petiit deinde à Senatu excusatione belli Germania  
prælata, ne ipsum posthac domi suæ salutarēt, neue in ma-  
lam partem acciperent, si deinceps non coniuaretur cū  
eis. nam frequenter cum salutare, præsertim quoties Sca-  
natus ageretur, in foro, in Curia intrantem abeuntēm-  
que, ac iam in ipso etiam Palatio sedentem, cubantēm q;  
moris erat non Senatoribus modò, sed equitibus quoque,  
& plebeis nonnullis. Neq; uero à cura Reipublicæ Augu-  
stus ideo animum auertit, quin & equitibus ius peten-  
di Tribunatus plebis concederet, & famosorum libello-  
rum, quos ad traducendos homines i quibusdam conscri-  
bi accepérat, cōquisitionem fieri iubet, repertos in ur-  
be ab Aedilibus, extra urbem à singulorum locorum  
Præfectis comburi m. indaret, iii autores eorum quosdam

Equitibus  
gladiato-  
riis ludis pa-  
gnare con-  
cessum.

An. V.C.

705.

Germani-  
cus Cōsul.  
Edictum de  
famosis li-  
bellis.

Lex de exu- animaduerteret. Quod per multi extorres, alij extra lo-  
lū luxu in- ca in quæ expositi fuerant, uersabātur, alij in ijs ipsis de-  
hibendo. licatiis uiuebāt, edixit ne quis eorū quibus aqua & igni  
esset interdictū, in cōtinenti, aut insula ulla nisi quæ quin  
quaginta millia paſuum ab cōtinente distaret, excepta Co,  
Rhodo, Sardinia & Lesbo (quas mihi nō liquet cur exi-  
mias habuerit) degeret, néne aliquò traijcere, aut plures  
naues quām unā onerariam mille amphoras capientem,  
& duas actuarias, néne seruos aut libertos super uigina-  
ti haberet, ne plus quingentis millibus numinū posside-  
ret: minatus pønam & ipsis exulibus, & ijs qui contra  
has leges in ullare ipsis auxilio fuissent. Hęc tum leges  
ab eo (quæ quidē in historia referri mereātur) latē sunt,  
ludique extraordinarij ab histriōnib. & equitib. acti,  
Martisq; ludi in foro Auguſti (quia Circum Tiberis ſta-  
gno occupauerat) cum equorū decurſu quodam & uena-  
tione celebrati. Hi iterum facti ludi sunt, & in Circo ijs  
Germanicus ducentos leones occidit, porticiſque Liui  
in honorem C. & L. Cæſ. ædificata, tum dedicata fuit. L.  
Munatio, C. Silio Consulibus, Augustus quintum in de-  
cennium gubernationem Reipublice inuitus scilicet ac-  
cepit, Tiberio Tribuniciam potestatem prorogauit, Dru-  
ſo Ti. F. potestatem Consulatus tertio anno, etiam non  
gesta Prætura, petendi conc̄ſſit: sibi autem propter ſe-  
nectutem, cuius cauſa rariſſimè in Senatum ueniebat, cō-  
liarios annuos uiginti petiſt, cùm antè in ſenos menses  
quindenos accepifſet. decrectum porrò eſt, ut quæcumque  
Augustus cum his, Consulibusque & designatis Consulis  
bus, cum adoptijs suis nepotibus, ac reliquis quos quoq;  
tempore aſſumpſiſſet, deliberans ſtatuiſſet, rata non mu-  
nus quām in Curia ſi ſtatuta fuiffent, haberentur. Hęc ex  
Senatus consulto, ſicut antè re ipsa habebat, adeptus, ple-  
yūn.

A.R.V.C.  
766.

Tunc; etiam decumbens sententiam dixit. Quia uero uigesimalis pensio ad eum omnibus fratribus molesta erat, ut uidetur aliquid noui motus excitatura, missa in Senatum libello, aliorum redditum excogitandorum negotiū eis de dit: nō ut abrogaret id tributi genus, sed ut nullū aliud eo probabilius ipsis inuenientibus, id ipsum uel ab inuitis abs que sua inuidia confirmaretur: ne uero si Germanicus Drususque sententiam tulissent, eam suo iussu pronuntiata Senatus suspicaretur, ac indiscussam approbaret, uetus ne quam sententiam iij dicerent. Multis ea re in <sup>Pensionibus</sup> Senatu sermonibus agitata, nonnullisque etiam sibi per literas indicatis, cum quiduis eos facilius quam uigesimali toleraturos intelligeret, in agros ex domos pensionem transtulit, ac consistim, non ostendo quantum aut quo pendendum cuiilibet modo foret, alios alio demisit, qui priuatorum ac ciuitatum facultates describerent: ut cū singuli maiorem iacturam uicerentur, malcent uigesimali pendere. idque eius consilium ita res ipsa probauit. Enim uero Augustalibus ludis, quibus natalis Augusti celebra batur, mente quidam uir captus in sede Iulio Cæsari posita seipsum collocauit, coronamque eius arreptam suo capiti imposuit: idque, quod reserat, uidebatur Augusto aliquid portendere. Namque anno, in sequenti, Sex. Apuleio, Sex. Pompeio Consulibus, in Campaniam profectus Augustus, exhibito Neapoli spectaculo, Nole morti concessit. Prodigia que id ei praedicerent, neque minima, neque obscura euenerant. Sol totus defecrat: magna pars caeli ardore uisa fuerat: ignita ligna de caelo cadere apparuerant: crinitæ et sanguinolentæ stellæ fulserant: cū Senatus indictus esset ut pro salute Augusti uota conciperentur, Curia clausa inuenta erat, eique insidens bubo cecinerat: fulmen in statuam eius in Capitolio positam de

An. V.C.  
767.
 Augusti  
mortis.  
Prodigia  
mortis Au  
gusti Ante  
cedentia.

nam delatū primā nonūnis Cesaris literā deleuerat. ideo  
uates eum centesima pōst die diuinæ naturæ cuiusdam  
participem fore dixerant, eo id coniectati, quod litera C.  
apud Latinos centenarium numerum designat, reliqua  
nominis pars A E S A R Heirorum lingua Deum si-  
gnificat. Hęc ostenta Augusto adhuc in uiuis morante  
acciderunt. Posterioris autem Consulum quoque, et Sergij  
Sulpicij Galbae euentus in omen tractus est: quorum illi  
tum Augusto genere iuncti i magistratū gesissent, cum fas  
to is fungeretur: Galba autem qui imperio deinde potitus  
est, ipsis Calēdis eius anni Ianuarijs virilem togam sum-  
psisset, isque quia prīmus post Augusti genus finitum ex  
reliquis unus Romanorum summum rerum obtinuit, data  
est occasio sermoni quorundam, quasi tum ea non casus  
sed diuino quodam consilio euenissent. Cæterum Augus-

*Galba viri-  
lem togam  
sumit.*

Liui suspeſtus ex morbo deceſſit, ſuſpecta non nihil Liui, quaſi ciuiſ  
eta, quaſive neno Auguſtus fraude obiijſſet. Etenim ad Agrippam Augustus clam  
ſtum ſuſtu- uxore in iſuſlam tranſiſerat, uifisque erat omnino cū  
liſſer.

Augustus eo in gratiam rediſſe. Veritam itaque Liuiam, ne cum  
Agrippa re reduceret Augustus ac Imperium ei traderet, ſic quis-  
ciliatus. dam in arboribus adhuc pendentes, quas ſua manu Au-  
gustus decerptas comedere conſueiſſet, ueneno inſeciſſe,  
eique medicatas carpendas obtuliffe, ipſam ſanas ediſſe  
firunt. Siue ea cauſa morbi, siue alia fuit, id ſanè con-  
ſtat, conuocatis ſociis, ac que opus eſſent dictis. tandem

*Roma la-  
pidea.  
Praefatio.*

haec uerba protuliffe: Romam ſe terram accepiffe, lapis  
deam relinquere. quo non aedificiorum elegantiam, ſed  
firmitatem imperij innucre noluit: applauſum quoque  
ab ijs, ueluti mimo aliquo finito ludiones solebant, po-  
poſcit, omnem humanae uitæ partem eo ſubſannans. Vita  
exceſſit x 111. Kal. Septembris, qua die quondam pri-  
mum Consulatum inierat. uixit annos L X X V. menses de  
ccm,

em, dies x x v i. si quidem natus est i x. Kd. Octobris. So-  
lus summum imperium gessit à uictoria apud Actium, an-  
nos (quibus tamen x i i i. dics defunt) x l i i i. Mors  
eius non certim innuit. Nam Liuia metuens ne Ti-  
berio in Dalmatia adhuc uersante aliquid noui existeret, Liuic in ce-  
landa mor-  
te Augusti  
astus.  
usque ad eius aduentū eam clam habuit, ut quidem pleri-  
que ex fide digniores autores tradunt: neque enim de-  
sunt, qui adfuisse ægrotanti Augusto Tiberium, ab  
eoque mandata quedam accepisse perhibeant. Corpus  
Augusti Nola ad Romam usq; primores singularum ci-  
uitatum per ordinem gestauerunt: ab equitibus exce-  
ptum, noctu urbi illatum est. Postridie Senatus habitus  
est: in eū reliqui Senatores equestri habitu, Magistratus  
Senatorio, prætextis demptis, uenerunt, Tiberius, filiusq;  
eius Drusus, pullam forensi more paratam anucti ue-  
stem, thure ipsi quoque rem sacr. in fecerunt, tibicine o-  
missa. Concedit uero Senatorum multitudo, solito quisq;  
loco: Consules autem in scripsi alter in Prætorijs, alter in  
Tribunorum plebis subsellijs. Tum Tiberio impunitas  
data, quod cadauer (prohibitum enim hoc erat) tetigis-  
set ac comitatus fuisset: post testamentum Augusti Poly-  
bius quidam ex Cesaris libertis recitauit, quasi non con-  
ueniens id à Senatore legi. In testamento (sicuti qui-  
dam memoriae tradiderunt) ex besse Tiberius, ex triente  
Liuia heres instituebatur. nam Augustus ut suorū quoq;  
aliqua honorū pars ad Liuia peruenire posset, à Senatu  
petierat, ut tantum etiam præter legum prescripta lega-  
re ei posset. Bona autem, & pecuniam multa multis non  
necessarijs modis suis, sed nihil ad se pertinentibus etiam,  
neque Senatoribus tantum, equitib; sq; sed regibus etiam  
legauit: populo quadringentis sesteriis, milibus pre-  
torianis singulis nullia nummūn, urbanis quingenos sca-  
ster

Corpus Au-  
gusti ut Ro-  
man delata-  
rum.

Cadauer: a-  
gere reli-  
gioni est.  
Polybius.

Testamen-  
tum Augu-  
sti & lega-  
ta.

stertios, reliqua urbanae multitudini uirilim trecentos: pueris etiam quorum parentum, ipsis adhuc teneram aetatem agentibus, hereditates adicrat, paternas facultates cum redditibus ius fit reddi, simul ac uirilem aetatem attigissent: quod idem superstes etiam obseruauerat, ut si cuius ius haeres fieret, cui liberi essent, omnino his paternabona uel statim, si adulti essent, uel post omnia restituaret. At qui ea bonitate erga aliorum liberos utebatur, tamen sicutiam suam in patriam non reduxit, quamvis donatione ea dignatus, inque suo sepulcro humari prohibuit. Illatis sunt  
Quatuor libri Augusti. præterea in Senatum libri quatuor, quos Drusus recitauit. Primo continebantur de funere suo mandata: altero enumeratio rerum a se gestarum, quam incidi in columnas æneas, ac statui eas ante suum sacrarium iubebat: tertius summam militum, reddituum, impendiorum publicorum, pecunie in thesauris, aliisque id genus ad principatum pertinentia indicabat. quarto præcepta ex consilia Tiberio ac Reipublicæ data, interque alia, ne multos manducenterent, ne nimis uaria turba urbs impleretur: ne uel multos irre ciuitatis donarent, quo uidelicet ipsis multa haberent suis subditis potiora: ut Rem publicam omnibus qui prudentia ac rerum gerendarum peritia essent prædicti, committerent, neque uni alicui eam totam crederent, ne uel tyrannidem affectaret, uel eo aduersa passo Res publica corrueret: ut contenti præsenti fortuna non cuperent fines imperij proferre, quippe cum diffis culter imperium tantum seruari possit, periculum fore, ne plura appetendo, parta quoque anutterent. Hoc eum non uerbis modò, sed re etiam seruasse constat. nunc; et si plurima barbarorum sui iuris poterat efficere, nunquam tamen uoluit. Secundum haec funus eius factum est. Leitus erat ex auro et ebore constructus, purpureis stragulis, aliis,

Præcepta  
Reipublicæ  
feliciter ge  
renda.

Funus Au-  
gusti.

Lis, auroque ijs intertextis, ornatus. in eius infima parte  
cadauer arcæ cuidam inclusum latebat: imago autem eius  
cerea, habitu triumphali, conspiciebatur. hanc à Palatio  
ducebant Consules designati. altera aurea ex Curia, ter-  
tia in curru triumphali ducebatur. Post has, auorum ip-  
sius, ac cognatorum uiri funtorū (excepta Iulij Cæsaris,  
qui inter Semideos erat relatus) aliorūmque qui Rome  
unquam factis suis præclari fuissent imagines, initio à  
Romulo facto, serebantur: inter quas Pompeij quoque  
Magni imago quedam, omnēsque nationes quas sube-  
gisset, cum suo ipsarum cultu effictæ cernebantur. has  
reliqua omnia, que suprà commemerauimus subsecuta  
sunt. Feretro posito ad rostra, pro illis Drusus quandam  
orationem de scripto recitauit: cæterum pro rostris Iu-  
lijs Tiberius ex Senatus consulo ad populum in hæc  
propemodum uerba perorauit:

Quæ priuatim ab homine cognato de Diuo Augusto  
dicenda fuerunt, à Druso dicta sunt. Quoniam autem eū, idque  
meritò publica etiam aliqua uoce Senatus digna-  
tus est, id muneris mihi iniunctum iure esse satis scio. cui  
enim laudatio hæc rectius quam mihi, filio eius successo-  
rique mandata fuisset? Veruntamen non futuram meam  
orationem longè et uestra uolūtate, et Augusti digni-  
tate inferiorem, confidere nequaquam possum. Quæ si apud  
exteros mihi esset habenda, uchemeter utiq; timuissem, ne  
meis ij uerbis intenti, ex ijs res quoque illius gestas æsti-  
maturi essent: nunc me id consolatur, quod apud uos di-  
cendum est, qui eas omnes compertas habetis, qui ipsi  
experti eas estis, qui propter eas hac cum laudatione di-  
gnum censuistis. Non enim meis ex dictis de uirtute eius  
iudicium facietis, sed ex his, quorum conscientias estis, mcum  
scrimonem adiuuabitis: et quod ei dixerit, ex memoria

Popeij ma-  
gni imago  
in funere  
Augusti du-  
cta.

Rostra Iu-  
lia.

Tiberij in  
funere Au-  
gusti ora-  
tio.  
Exordiū à  
difficultate  
orationis  
futuræ, qua  
& benevolé-  
tiæ captat.  
& nōnihil  
attentionis  
mouet.

præ

preteritorum addetis. Ita hæc collaudatio à uobis omnibus ex aequo proficiscetur, me ueluti in choro quodam capita tantum indicante, uobis reliqua succimētibus. Neq; ucreor, ne uel tenuitatem virium mearum damnaturi, quia cupiditati uestræ satisfacere nequeo, uel uirtuti eius uestram excedenti inuisurisitis: cum nemo nesciat, ne si omnes quidem in unum homines conuociant, dignis cum laudibus exornaturos, et uos de palma ei libenter concedere, non id inuidentes, quod nemo uestrum cum eo conferri possit, sed ipsa etiam eius præstantia gaudentes. quanto enim uobis maior Augustus appareat, tanto plus uos ab eo accepisse beneficia uidetis, ut non excellentia eius liuorem, sed merita reverentiam apud uos pariant. Incipiam autem ab ea ætate eius, qua ille ad Rem publicam gerendam accessit, hoc est, à prima eius adolescentiæ: id enim ex maximis Augusti factis est, quod prius dolesceret. cum pueritiam egressus, initio adolescentiæ, cum prius tempus, dum feliciter Respublica à diuino Iulio administrabatur, disciplinæ capienda intentus uixisset, simul hic insidijs circumuentus, respublica conturbata fuit, et ultius est patris necem abunde et uobis maxime opus habentibus, opitulatus est, non multitudinem inimicorum ueritus, non magnitudine rerum territus, non ætate sua trepidans. Quid horū simile Alexander ille Macco, quid Romanus uester egerunt, qui potissimum iuuenes præclaras res gesisse censemur? quanquam hos quidem omitto, ne ipsa comparatione apud uos haec mecum ex aequo cognita habentes, detrahere aliquid uirtuti Augusti existimer.

Alexander.  
Romulus.

Herculi Au-  
gusti præ-  
ponit.

Vni Herculi cuique operibus fortassis rectè eum compone posse uidear: quanquam hic quoque tantum me institutum meum frustabitur, quantum interest, quod Hercules Angues puer elisit, quod uir cœrum quendam, et aprum,

aprum, adeoq; leonem, inuitus hoc & imperio adactus interfecit: noſter non inter fratres, sed uiros belligrandos, & leges sanciendo Rēpublicā palam seruauit, sibique splendorem parauit. Ob hæc etenim eum & Prætorem, & Consulem fecistiſ, ea ètate, qua multi militiam quoque recusanſ. Hoc fuit Augusto uitæ in Republica agens de, ac proinde meæ de eo orationis principium. Post hæc cum uideret ſecum maximam ac potiſtimam S. P. Q. R. partem conſentire, eſſe tamen quosdam factiosos, quo-  
rum opera Lepidus, Antonius, Sex. Pompeius, Brutus,

Qua arte ſe  
dictiosos ex-  
ciderit Au-  
gustus.

Caſſiusque uterentur, metuens ne multis ſimul ciuilibus bellis urbs occupata diuelleretur ac exhauiaretur, ita ut nullo modo ſe colligere denuò poſſet, prudētiſimè ac ſumma cum Romani populi utilitate ea confeicit. Iunctis enim ſibi potentissimis ſeditioſorum, ac iþi Romæ immixtientibus, eorum auxilio reliquos debellauit: quibus de medio ſublatiſ, ab iſtis quoque nos liberauit, cum & inuitus quosdam illis concedendoſ propter maioriſ partiſ ſalutem, & ita cum ſingulis agere ſtatuiſſet, ne ſimul contra uniuerosſoſ eſſet bellandum, unde ipſe quidem priuatim nullum commođum, uos aperte maximam eſtiſ adepti. Verum quid multis eius in ciuilibus ac exteris bellis facta commemorare iuuat, quoruſ altera utinam nunquam accidiffenſ, alteriſ parti bona utilitatem euidentius quam ullo poſſit ſermone fieri demonstrant: deinde cum pleraque fortunæ accepta ferantur, ac multorum ciuium, ſociorumque auxilio conſerua, cum ijs communicandam coruim cauſam reddant, poſſintq; fortassis etiam cum aliorum rebus gestis comparari. Igitur ijs præteritis, que uarie ſcripta ac expreſſa legere uidereque quiuis potheſt: que ipſius maxime Auguſti ſunt opera, à nullo unquam hominum edita, quibusque ciuitatem noſtram non tantum ex mule

Reiacione  
à ciuilibus  
bellis ad po-  
ſteriora tra-  
ſit.

tis ac multiplicibus periculis exemit, uerū opulentiores etiam potentioresque effecit, ea exponam, et gloriari ipsi eximiam, et senioribus uestrum uoluptatem reprehensionis uacuam, et iunioribus documentum accuratum formæ ac constitutionis Reripublicæ allatura. Proinde Au-

Augusti in  
aduersarios  
bonitas,  
Sociis nō in  
dulcicimili  
Augustus.

gustus, quem has ipsas ob causas hoc cognomento dignati estis, ubi primum ciuilibus bellis defunctus fuit, cum et egisset et tulisset omnia non sua ex sententia, sed ut fato uisum fuerat, principio plerosque eorum, qui contra ipsum arma tulissent, præliisque superfluisse, salute donauit, nihil imitatus Syllam, qui Felicis cognomen tulit: quos ne singulos recenseam, Sosium, Scaurum Sex. Pompeij fratre, ipsumq; adeò Lepidum quis nescit, qui tantum temporis casui suo superuixit, ac per omnem uitam suā Pontifex Maximus permanxit. Deinde eos, qui suas partes fuissent secuti, multis ac ingentibus donis ornatos, nihil per superbiam aut libidinem agere passus est: noslis enim hic quoque præter alios Mæcenatem, Agrippamque, ut ne restrine me eos opus sit. Hæc autem duo nemo aliis inse habuit. Equidem noui quosdam fuisse, qui inimicis parcerent, alios qui incontinentiam amicorum suorum coercerent: atqui nemo qui utrumque simul faceret, repertus est. Sylla quidem et Marius, etiam in literos aduersariorum suorum sauerunt, ut mentionem minorum his hominum nullam faciam: Pompeius et Cæsar ab eo quidem se continuerunt fratres, uerū amicos multa ab ipsorum rebus aliena agere possunt. Augustus ita utrūq; miscuit, ut et inimicis uictis clades uictoriae cesserit, et suis felix uirtus redditua sua fuerit. His actis, omnib:isque factiosis suis humanitate pacatis, militibus uictoribus per beneficia ad moderationem adduci, cum posset militem, armorum pecuniae auxilio dominus uniuersarum sui tempore

ris verum esse,noluit:sed boni medici exemplo cum cor-  
pus ægrotum acceptum ,ad sanitatem reduxisset ,omnia  
uobis bone ualeitudini restituta reddidit. Id quantum sit,  
inde potestis coniiscere ,quod à maioribus nostris Pom-  
peius et Metellus ,qui eodem tempore floruit ,laudati  
sint,quia exercitus quibus bella gesserant,sponte sua di-  
miserunt. Quibus si laudi fuit,copij;s haud magnis,et ad  
certum tempus commissis,cum haberent etiam aduersa-  
rios,qui aliter eos agere passuri non fuissent,ultrò cessis-  
se: quis iam Augusti magnanimitatem uerbis exæquet,  
qui cum omnes uestros tot tantosque exercitus,omnem  
uim pecuniae longe maximam in sua potestate teneret,  
ac neque metueret quenquam,neque suspectum haberet,  
cum liceret ei omnibus id laudantibus soli rerum potiri,  
tamen noluit,sed arma,prouincias ,pecuniam in medium  
depositus? Quapropter rectè uos prudenterque egistis,  
non pauci cum priuatam uitam ducere:sed satis intelligen-  
tes,popularem Reipublicæ formam tantis iam rebus ne-  
quaquam aptam ,ac unius adeò uiri sub principatu pos-  
se incolumen manere,id uerbis præ uobis tulisti,nolle uos  
ad liberum legum usum recuerti,cum re ipsa nolletis inse-  
ditiones recidere ,ideoque Augustum,cuius in ipsis rebus  
periculum fecissetis,pretulisti,cumque ad tempus utique  
aliquid uobis ut præcesset coegisti. In quo cum magis  
etiam quam antè cius uirtutem experti essetis,iterum,ac  
tertium inde,quartumque et quintum uiri cum eò compiu-  
listi,ut reipublicæ in administratione perseveraret. Ne-  
que id quidem iniuria:quis enim non cupiat citra ullum  
suum laborem saluus esse,absque periculo felicitate poti-  
ri,bonis Reipublicæ perfui,à curis que pro ea geruntur  
vacuus? Quis autem fuit,qui suam unicam domum melius  
rexerit ,quam Augustus tot mortilibus præfuit? Hic

Laudat fa.  
etum Au zu  
sti , quod  
Rempub.  
reddidit.  
Metellus Cro  
ticus,

Augusti si-  
manni in Re  
pub. potesta  
tem haben-  
tis, optimū  
Imperium .

cum difficiles & bellicosas prouincias custodiendas ser-  
 uandasque in se recepisset, pacatas & unde nihil erat  
 periculi, uobis restituit: tot perpetuos nulites ad defenden-  
 dum uos alens, fecit ut ne cui uestrum uim afferrent, sed  
 contra exterorū essent custodes quād maxime terribiles,  
 erga uos autem inermes. Præterea neque Senatoribus  
 fortunam sortis in obtinendis imperijs ademit, & præ-  
 mia insuper uirtutis addidit: in deliberationibus neque  
 suffragij ius abstulit, & securitatem libertatis adiecit: à  
 populo translata difficultate disceptationum in iudicio-  
 rum diligentiam, Comitiorum maiestatem conseruauit, in  
 ijsq; docuit pro contentione liberalitate uti: ac ex ipsa  
 petitione honorum ambitum tollens, in eius locum uerum  
 honorum studium induxit. Iam suas facultates modestè au-  
 gens, in communem omnium eas utilitatem impendit, pu-  
 blicorum bonorum tanquam priorum curam habuit,  
 ijsdem ueluti alienis abstinuit: instauratis omnibus que  
 iam ruinam minabantur operibus, nullum eorum qui ea  
 extruxerant, sua gloria spoliauit: multa noua suo &  
 aliorum nomine aut ædificauit, aut alijs ædificanda man-  
 davit, in omnibus ut ad publicum commodum resficiens,  
 ita honorem inde uenientem nulli priuatim inuidens. Suo  
 rum facinora inexorabili vindicta persequens, clemen-  
 ter aliorum peccata tractauit: qui uirtute aliqua essent  
 prædicti, eos facile passus sibi æquari, ex ijs quorum infidijs  
 esset impetus in eos tantum animaduertit, quorum uti-  
 ta ne ipsis quidem utilis erat, reliquis eum se se p̄ebuit,  
 ut multo tempore nemo neque uerè neque falso structar-  
 um insidiarum insimularetur. Perniciem sane aliquan-  
 do ei fuisse creatam mirum nūnīmē est, cūm ne dij quidem  
 ipsi omnibus placeant: at boni principis uirtus non ex  
 aliorum flagitijs sed ex ipsorum factis iudicari debet. Ti-  
 xi, Quid

xi. Quirites, maxima ac pulcherrima, idq; carptim, cum  
 ad enumeranda exactè omnia permulta dies requirantur:  
 atque nubi quidem constat, cum hæc tantum ex me audie-  
 rit, ipsos uos reliquorum omnium ex his recordaturos,  
 ut ea quoque dixisse quodammodo uidear, cum alias quo-  
 que non ostentationis causa hæc oratio ad uos instituta  
 sit, sed ut multa ac bona ciuius facta immortalem apud ani-  
 mas uestras gloriam ei concilient. **Quis enim Senator** summatimi  
 tius memoriam non retineat? ex quorum ordine cum in-  
 dignum quemque, qui per seditiones multi in eo ordine  
 uersabantur, remouisset, reliquos hac ipsa re decorauit,  
 splendorem eorum aucto censu auxit, largitione pecunie  
 locupletauit, in dicendis sententijs sibi æquauit, quorum  
 in colligio fuit, quibus cum de rebus maximis ac apprimè  
 necessarijs semper uel in curia, uel domu suæ, ubi id scene-  
 clus & ualredo flagitabant, aliis alijs adhibitis commu-  
 nicauit. **Quis eius ex reliquis Romanis obliuiscatur?** quib-  
 us ædificia, pecunias, ludos, spectacula, immunitate, abun-  
 dantiam rerum ad uitæ usum facientium, securitatem non  
 à flagitiis modò hominibus, sed ab his quoque, quæ for-  
 tuitò noctu aut interdiu accidere possunt, parauit. **Quis**  
 sociorum & quibus periculi expertem libertatem, indem-  
 nem societatem præstítit. **Quis subditorum?** quorum ne-  
 mo neque iniuria est, neque damno affectus. **Quis** deniq;  
 effluere ex suo animo patiatur cum virum, qui si i pa-  
 per, Recipub. diues, parcus in re sua familiari, erga alios  
 liberalis fuit: qui pro uobis semper omnes labores & peri-  
 culia sustinuit, uos ne ea quidè molestia, ut abeunte de-  
 duceretis, aut rediunti obuiam iretis, grauare uoluit: qui  
 festis diebus domum suam etiam populum accepit: reliquis  
 diebus in ipsa Curia Senatum salutauit? **Quis** memoriam  
 abiiciat multitudinis & diligentie latarum ab eo legum?

quæ iniuria affectis satis consolationis, in iustis pœnā non  
atrociorē humanis moribus proponunt? *Quis munerum  
maritis, ac liberos habentibus cōstitutorū?* *Quis præmio-  
rum militibus citra aliorum detrimentum concessorum?*  
*Quis, quod cōtentus his, quæ semel necessitate ita postulā-  
te adepti fuissimus, noluit preterea alia à nobis queri, ne-  
dū extēdere imperiū cupremus, etiā antē parta amittere-  
mus?* *Quis, quod amicorū gaudia doloresq; seriaq;* & iō-  
cos cū ijs nūquā non cōmunia habuit? *Quod omnibus qui*  
cunq; utile aliquid excogitare possent, liberè id edisseren-  
di licentiam fecit? *Quod libero ore loquentes laudauit,*  
adulantes odio habuit? multa ex suis facultatibus, multis  
largitus, omnia sibi ab his, quibus esset proles, legatis  
liberis eorum restituit? qua tandem hæc obliuione abo-  
lenda sunt? Itaque ob hæc meritò ipsum principem &  
patrem Rēpublicæ fecistis, multis honoribus, multis  
Consulatibus extulistis, ac postremò semidcum, ac im-  
mortalem esse statuistis. Proinde neque lugere cum no-  
bis conuenit sed corpus eius naturæ nunc reddere: ani-  
mum autem, ut Dei, perpetuò colere. Hæc cum reci-  
tasset de scripto Tiberius, frētrum ijdem qui antē sub-  
Funus Au-  
gusti duci-  
tur.  
Aquila.  
tatum triumphali porta ex Senatus consulo extulerunt.  
Aderant ducendo funeri Senatus, equitesque cum con-  
iugibus, Prætorianique milites, ac frērē omnes qui tum  
Romæ agebat homines. Postquam cadaver rogo in Cam-  
po Martio impositum fuit, primum omnes pontifices cum  
circumierunt, deinde equites, tum legionarij reliquique  
milites, & ij demum qui custodiæ prefuerant, omnia pre-  
mia quæ ob sua quondam egregiæ in bello facta ab ipso  
aceperissent, super eum coniijcentes. Post hæc Centuriones  
acceptis facibus, iussu Senatus rogum succenderunt: eo abs-  
sumpto, aquila ex eo emissa euolauit, quasi animum Au-  
gusti

gusti in coelum ferens. His peractis, reliqui discesserunt. Liuiā offale  
git.  
Luctus.  
Liuiā autem cum equitum primis eo in loco quinque dies morata, ossa eius legit, ac in monumento condidit. Luxe= re uiri cum haud multos dies, mulieres autem integrum annum, quod decretum erat. Ceterū re ipsa, tum quidem pauci ipsum luxerunt, poste à temporis omnes. Fuerat quippe erga omnes in alloquijs benignus, multos pecunia iuuerat, summo in honore amicos habuerat, et ex libertate ipsorum in dicendo maximam capiebat uoluptatem. Cuius documentum est id, quod cum Athenodorus aliquid quando in curru contexto pro muliere quadam in ædes eius adduxitus, ex eo strictum tenens gladium profiliisset, dixissetq; ei: Non ergo metuis ne quis hoc modo uenientem interficiat: tantum ab ira absuit Augustus, ut gratias potius ei egerit. Neque id modo memoratur, sed iniurias quoque eum acceptas non immodica ira prosecutum, sed emque etiam indignis seruasse. Corocottam quendam latrocinij in Hispania uigentem, primum in tanta ira habuit, ut præmium ei qui uirum istum sibi adduxisset decies sestertiū promiscrit: deinde ultrò eum ad se uenientem neque poena affecit, et ea quam dixi pecunia dedit. Athenodo-  
ri incapa-  
tionem Au-  
gustus equi  
simē tulit.  
Luctum quoque id auxit, quod unius principatum populi imperio ita temperauerat, ut et libertatem Romana= sis suam seruauerit, et ornatum securitatēm; addiderit, ut absque populi contumacia, absque tyrannorum superbia, in modesta libertate, et sub unius innoxia potestate, in regno sine scrutitate, et in populari reipublice statu sine seditionibus uixerint. Quod si qui eorum que bellis ciuilibus acciderant reminiscerentur, ea tamen necessitati rerum imputabant, omnemq; eius animum ex eo tempore, quo solus haud dubie rerum fuit potitus, spectandū arbitrabantur, magnum scilicet in his discriminē cernebas.

Fides & hu-  
manitas cir-  
in Corocot-  
tam.

tur, quod in omnibus eius actionibus depræhendi, si quis accurate eas inspiciat, posset. De quibus omnibus hoc quasi caput scribendū duxi, omnes eum seditiones coercuisse, Rem publicam in optimam formam conuertisse, eamq; summo imperio rexisse, ut si quid etiam violentius (quod fieri plerunque in rebus in usitatis solet) actum sit, eius culpa iustius ipsis rebus quam ei impingi debuerit. Ad gloriā uero Augusto haud minimum momenti etiam diuturnitas principatus attulit. Nam plerique, & potetissimi virorum, qui imperium penes populum esse uellent, iam tum oppericrant: posteriores huius reipublicae status ignari, ac in presenti tantum educati, non modo non indignè eam ferebant, cui adsueta nimis erat, sed gratā etiam habebant, quam uidelicet meliorem ac tutiorem ea uidebant, de qua auditu accepissent. Hac etsi ita superstite adhuc Augusto proceris haberent, tamē certius adhuc post eius excessum cognoscere. Nam omnes mortales non tam rebus secundis suam felicitatem sentiunt, quam malis conflictati eam desiderant.

Homines suam felicitatem non agnoscunt, nisi amissā. Omina ipsius similem experti, requirebant. Poterat iam tum unusquisque prudens mutationē praesentis status cōiectari. Et enim Pompeius Consul cum Augusti corpus appendantibus obuiam ex urbe contendere, effenso crure cum eo in urbē gestatus fuit: bubo iterū prima ea die, qua Senatus à morte Augusti habitus fuit, Curiæ insidēs, sī ralem cantū multum ediderat. Tanta profectio fuit inter Augustum & Tiberium dissimilitudo, ut suspicio quosdam tenuerit, consul

Cur Augustus Tiberium sibi suscep- tò Tiberium ab Augusto, satis cum qualis esset cognoscen- sit. Augusto di- sibi successorem ordinatū, quò magis ipsius gloria floreret. uini hono- rumrum hi rumors scriūs in uulgo dari cœperūt. Tum ue- res tribuu- tem immortalitatē cī tribuerunt, flaminesque, & sacerdo- tur. tem Liuiam (que tunc Iulia etiam, Augustæque cognor- mēta)

mēta acceperat) cōstituerūt, lictorēq; uti eā in sacrificiis  
permisérūt. Ceterū Liuia Numerio cuidā Attico, Senato-  
ri & Prætorio, decies festerī dono dedit, quod iurau-  
rat uidisse se Augustū in cœlū adscēdētē, quēadmodū an-  
tiquitūs Romulū Proculus uidisse perhibetur. Decretum  
quoq; Rōmā Augusto sacrariū à Senatu, à Liuia autem  
& Tiberio factū; alibi quoq; multis locis ei fāna extorta  
sunt à populis partim uolētibus, partim inuitis, Nolēq;  
domus in qua decessisset, in templū mutata. Dum eius Ro-  
mæ tēplū edificabatur, aureā ipsius imaginem in æde  
Martis lecto impositā collocauerūt, omniq; eā cultu, qua  
in posterū essent usuri, uenerati sunt. Decretū porrò est,  
ne qua eius imago ullo in funere ferretur, ut natalicijs e-  
ius ludis Cōsules, quēadmodum Martis fieri solitū, præ-  
mia certanūm proponerent, Augustalia Tribuniplebis,  
tanquam sacri celebrarent, iique omnia reliqua eo quo  
consueverant fieri more peregerunt, ueste triumphali lus-  
dis Circensibus usi, currum tamen non conscenderunt.  
Præter hēc in Palatio Liuii peculiares ludos in hono-  
rem Augusti fecit, qui ipsi quoque secundo loco ab Im-  
peratoribus ipsis exhibentur. Hēc ergo sunt, que in ho-  
norem Augusti, uerbo quidem Senatus, re ipsa Tiberius  
ac Liuia statuerunt. Alijs enim alia statuentibus, plaz-  
cuit hēc in libellos inscripta Tiberio offerre, ut eligeret  
quæ uellet. Liuie porrò nomen addidi, quod ipsa etiam,  
quasi Imperatrix, rebus se se ingessit. Eo tempore plebs  
tumultuata est, cum Augustalibus quidam histrio nollet  
pro constituta mercede in theatrum intrare: nec finis ante  
turbarum fuit, quam ea ipsa die tribuniplebis coactio Se-  
natū, precibus impetrarunt ut liceret sibi maiores ali-  
quanto quam legibus permetteretur, sumptus facere.  
Hēc Augusti tempore euenerunt.

Liuia Iulla  
Augusta,  
Numerius  
Atticus Pro-  
culum ini-  
tatur.

Plebs ob hi-  
stionem tu-  
multuatur.



DIONIS ROMANAE  
HISTORIAE LIBER Q VIN-  
quagesimus septimus, Gulielmo Xy-  
landro Augustano ins-  
terprete.

INDEX CAPITVM HVIVS LIBRL

- An. V.C. De Tiberio.  
768. Ut Cappadocia à Romanis gubernari cœperit.  
De morte Germanici, & Drusi Cæs.  
Vndeclim hæc annis gesta sunt, Consulibus,  
768. Druso Cæsare Ti. F.  
C. Norbano C. F. Flacco.  
769. T. Statilio T. F. Sisenna Tauro.  
L. Scribonio L. F. Libone.  
770. C. Caecilio C. F. Rufo.  
L. Pomponiano L. F. Flacco.  
771. T. Cæsare, Augusti F. III.  
Germanico Cæsare, Ti. F. II.  
772. M. Iunio M. F. Silano.  
L. Norbano C. F. Flacco: vel Balbo.  
773. M. Valerio M. F. Messala.  
M. Aurelio M. F. Cotta.  
774. Ti. Cæsare Augusti F. IIII.  
Druso Julio Ti. F. II.  
775. D. Haterio Q. F. Agrippa.  
C. Sulpicio Galba.  
776. C. Cænio C. F. Pollione.  
C. Antistio C. F. Vetere.  
777. Ser. Cornelio, Ser. F. Cethego.  
Visellio L. F. Varrone.  
778. M. Afinio M. F. Agrippa.  
Cosso Cornelio Cossi F. Lentulo.

TIB



TIBERIUS patricio natus fuit gene- Tiberij in-  
re, liberaliterque educatus, ingenij pc= geniu sub-  
ciliaris. Nam neque præ se ferebat que dolum, & e  
cuperet, & sermone ab animi sui sen- simulata o-  
tentia diuersissimo utebatur, negando mnia, ac dis-  
quæcumque desideraret, annuendo ijs quæ odio haberet,  
iratum se cum minime succenseret, equo animo esse cum  
maxime indignaretur, simulabat nimurum quos suppli-  
cio afficeret, ijs misericordiam ostentabat, infensum se ijs  
quos uenia prosequeretur exhibebat, inimicissimos ferè  
uultu quam maxime beneuolo, inimicissimos summe ab-  
alienato intuebatur: denique principis animum nemini  
cognitum esse debere censebat, dicere solitus cum intelle-  
ctum multorum ac magnorum causam esse malorum, con-  
tra dissimulato, plura ac maiora commoda parari. Ac si  
quidem hec tantum in Tiberio fuissent, nemo certe eorū,  
qui cum ipso rem haberent, cauere sibi ab eo potuisset, cū  
omnia contrario atque is sentiret modo accipientes, ea  
quæ is nolebat, uelle, & non cupere ipsum quæ maxime  
appetebat, iudicarent: nunc autem adeò commoueban-  
tur animo, si quis eius sententiā assicutus deprehende-  
retur, ut multos haud aliam ullam ob rem necauerit: ut  
iam periculosest non intelligere qui ipsius esset ani-  
mus, (etenim multi dictis eius, non uoluntati assensi, infor-  
tunium inuenierat) periculosius etiam intelligere, hi enim  
quasi institutum eius explorassent, idque odio haberent  
suspectabantur. Itaque is solummodo (quod rarissime fit)  
tutus fermè erat, qui neq; ignoraret ingenium eius neq;  
argueret, is enim neque credendo decipiebatur, neque in  
odium eius ostendendo uoluntatem eius sentire incur-  
rebat. Erat quippe maxime difficultatis dictis eius uel  
refragari, uel ad stipulari, cum ipse aliud fieri uellet, aliud  
interet

geniu sub-  
dolum, & e  
simulata o-  
mnia, ac dis-  
simulata.

iuberet, essentq; utrobiq; qui ab eo discreparent, quorum his ueritatis, illis opinionis causa irasceretur. His itaque artibus instruclus Tiberius, statim ad exercitus & provincias Nola tanquā Imperator literas dedit, Imperatore quidem se non appellans nam id nomine cum alijs sibi decreatum, non adsumperat: ut neque cognomentū Augusti, cuius ius hereditatem ceperat. Iam uero stipatores circum se habens, auxiliū à Senatu petiunt, ne quam uim in corpore Augusti humando pateretur, scilicet ueritus, ne qui id raptum in foro, ut iulij pridem Cæsar is, cremarēt: ibi cum quidam hanc eius petitionem facete notans, sententiam tulisset, ut ei præsidium, quo nimirum careret, adderetur, intellecta fanna, non suos, sed Republicæ mulites etiā esse respondit. Porro autem cum pro imperio omnia agearet, negauit eo opus sibi esse, priuilegiumque totum id par-

Tiberius tim propter, etatem, (annos iam L V I. natus uisu, sq; Imperiū annos habens becillitatem (quippe in tenebris plurimum, minimum in 56, & cœcu- terdiu uidebat) uerbis recusauit: post socios imperij ac tiēs occepit.

Divisio Im- collegas petiunt: non quidem cum quibus omnia regret, perit R. quod sit ubi rerum potestas in manus paucorum deuenit, sed diuisio imperio in tres partes, unam sibi sumere uolebat, reliquas alijs relinquebat. Ceterum partes ista, prima Romanam & Italiam complectebatur, altera exercitus, tertia subditos. Hanc sententiam cum uehementer ur-

Afinij Galli in Tiberiu libertas. geret, nihil manus tamē reliqui contradicebant, solique omnia deferebant: at Afinius Gallus, qui paternam semper in dicendo libertatem plus etiam quam sibi expediret usurpabat: Elige, inquit, quam uelis partem. Ad ea Tiberius: Qui nam fieri possit, ut idem & diuidet eandem rem, & partem sibi eius eligeret: ibi Gallus sentiēs quō mali deuenisset, demulcere cum uerbis cupiens, non eō id a se quæsumusuisse, dixit, quō tertiam aliquam partem

tem Tiberius haberet, sed ut ostenderet. Rempublicā dī  
 uidinon posse. Non tamen leniuit hominem, quin multa  
 ac grauia ab eo percessus, tandem iugularetur, iampridē  
 iniussus, quod priorem eius coniugem in matrimonium du-  
 xiisset, Drusumque filij instar haberet. Neque natura tan-  
 tum sua, ac uoluntate hæc Tiberius egit, sed quod legiones  
 etiam Pannonicas Germanicasq; suspectas haberet, Ger-  
 manicūmque ijs charum, qui tum Germanie præcrat,  
 metueret: nam Italicas quidem iuramento ab Augusto  
 demonstrato sibi mature obstrinxerat. Illas uero metuēs  
 in utraque partem cunctabatur. ut si quid illæ turbātes  
 præualerent, priuatim uicturus utique incolus esset:  
 quam ob rem se penumerò morbum simulauit, ac se domi  
 cōtinuit, ne quid expresse agere aut dicere opus haberet.  
 Sanè accepi eum, quia Liuia inuito Augusto ipsi Imper-  
 rium parasse fcrebatur, bæc ita finxisse, nc à Liuia ( cui  
 erat admodum infensus) sed à Senatu, coactus etiam quia  
 omnibus uirtute anteiret, id accepisse uideretur. id quoq;  
 traditum, quod hominum animos à se alienos uideret,  
 cunctatum tempus traxisse, ut cum spem fecisset ultrò sc  
 imperio cessurum, à nouis rebus alios detineret. donec eo  
 ipse prorsus esset potitus. Verum ego hæc non tam in  
 causa fuisse puto, cur hac ratione ueteret, quam ipsius  
 animi studium, motumque exercitus. Etenim Agrippam  
 statim à Nola missō percussore necauit, iniussuq; suo eā  
 cædem patratam dicens, munatus etiam ei qui fecisset, non  
 tamen ultus est, sed sermonibus hominum uarijs locum  
 dedit: alijs cum ab Augusto sub mortem interfactum,  
 alijs, suopte consilio Centurionem, cuius custodie man-  
 datus fuerat, nouas res agitati nec attulisse, alijs, Liuie,  
 non Tiberij mandato casum comminisceribus. At Ger-  
 manicum uehementer metuebat. In Pannonia quidem  
 etiam

Afinius Gal  
 luc Tiberij  
 priore vro-  
 rem duxit.  
 Germanicā  
 Tiberius  
 metuit.

Tiberius A.  
 grippam  
 Posthumū  
 necari iu-  
 bet.

Seditio militum etiam tumultus coortus fuerat. Hi simul atq; de  
litum in P<sup>2</sup> obitu Augusti cognouerc, in unum oppidum conuenere:  
nonia.

eoque potiti, multa seditiose egerunt: ac inter alia presta-

Iunius Blf- Et cum quoque sibi Iunium Blfsum trucidare intendere,  
sus.

seruos eius comprehensos cruciavere: summa fuit, ut mis-  
sionem militiae à sedecim annis, stipendiique in singulos  
dies denarium, præmia statim in ipsis castris persolui si-  
bi poscerent, minates, nisi impetrassent, solicitata ad defra-  
ctionem prouincia, Romam petituros. Aegrè eis à Blfso  
persuasum est, ut legatos pro se ad Tiberium mittenter,

quia spem conceperant in mutatione Imperij sc aut il-  
lum territuros, aut alij summam rerū in manus daturos.

Inde Druso cum Prætorijs militibus ad eos profecto, quis  
is nihil ipsis confirmaret, rursus tumultu cōcitato, quosdā  
qui cum eo erant, consauciauerunt, ipsum ea nocte ne ef-  
fugere posset, armati circumfederunt. Cæterū deliquio

Iunx des- Lunæ animis cōsternati, ut omissa, alios ad Tiberium le-  
gatus misere. Interim tempestate ingenti coorta, eiusque  
causa singulis in sua hyberna redeuntibus, ferociissimus  
quisq; à Druso tanquam alijs rei causa accitus, in taber-  
naculo eius ab his quos secum Drusus adduxerat necati  
sunt: reliqui ita pacati, ut seditionis autores quosdam ad  
supplicium tradiderint. Hic finis Pannonice, seditionis.

Militum in At in Germania milites, quorum ad id bellum eò ingens  
Germania copia missa fuerat. cum Germanicū ex ipsum quoque C.e-  
sarem esse, ex longè Tiberio præstantiorem uiderent, ni-  
hil moderatè egerunt, sed eadem obtendentes, traducto

Germani- Tiberio, Germanico nomen Imperatoris obtulerūt: cum=

cus ut Im- que is multis uerbis habitis non potuisse eos sedare, ac  
periū obla- tādem gladium quasi manus sibi ipsi illaturus strinxisset,  
tum respu- lugubrem clamorem sustulerunt, ac quidam ipsorū suo  
rit, & sedi- porrecto gladio, Hunc ergo, inquit, accipe, acutior tuo  
tionem cō- posuerit.

est: ita

est ita Germanicus quò res rediisset uidēs, seipsum inter=  
 sicere non ausus est, quia præsentim finem seditioni ni=  
 hilo magis futurum metueret, literis tamen compositis,  
 quasi Tiberius eas misisset, doni quod Augustus eis le=  
 gasset, duplum excoluit quasi Tiberij iussu, & veteranos  
 dimisit, quorum maxima pars ex urbana multitudine  
 constabat, quam Augustus post Varianam cladem con=  
 scriperat. Ad hunc modum ea tunc seditio resedit. Postea  
 uero quām à Tiberio missi legati Senatores aduenerunt,  
 (quibus clām Tiberius ea modò quæ uellet Germanicum  
 scire, dixerat, quòd satis compertum habebat eos Germa=  
 nico omnia ipsius consilia indicaturos, idcōque præter  
 ista, quasi nihil aliud mente agitaret, neque ipsos, neque  
 Germanicum quicquam scrutari uolebat) milites intel=  
 lecta arte, qua usus fuerat Germanicus, existimantésque  
 idcō legatos missos, ut eius acta rescinderent, ita rursum  
 tumultuati sunt, ut parum à cæde legatorum absfuerint:  
 Germanicōq; instantes, uxorem eius Agrippinam, Agrip=  
 pe & Iulie Augusti F. ac filium Caium (cui Caligulae co=  
 gnomen dedecrant, quòd plerunque in exercitu educatus,  
 militari pro urbico pedum tegmine uteretur) emissos alii  
 quò ab ipso comprehendrunt, Agrippināque, quæ tum  
 uterum frebat, ei præcanti reddita, Caium detinuerunt.  
 Post aliquantum temporis cum nihil consequerentur, ul=  
 trò finem turbarū fecerunt: adeoq; immutati sunt, ut spon=  
 te sua turbulentissimum quenque corripucrint, ac alios  
 ipsi necauerint, alios in medium productos, ut maioripar  
 ti placuisse uel interficerint, uel dimiserint. Germanicus  
 ueritus ne deuò turbarent, in hostium terram duxit,  
 ibique & negocium eis, & uictum abundantem ex alie=  
 nis bonis exhibuit. Poterat, siquidē uoluisset, is uir impe=  
 rio potiri, adeo omnis Romanorum subditorūque bene=  
 uolentia

Agrípima  
Germanicī,  
vxor;

C. Caligula.

Tiberio  
Germani-  
cus suspe-  
ctus.

uolētia in cum inclinabat. Eius rei causa Tiberius ipsum laudauit, multāq; ad eum & Agrippinam amicē scripsit literas: at uero actionibus eius nequaquā delectatus fuit, magis iam eum metuens, ut qui militum animos sibi deuinciret. Ut enim sibi ipse conscius erat aliter se agere atq; sentire, ita Germanico quoque diuersum ab his que egisset consilium subesse suspicabatur. Neque minus Agrippinam suspectam habebat, mulierem eam, cuius spiritus generis excellentiae responderent. Enim uero omnino dissimulans omnem in eos similitatem, laudato in Senatu multis uerbis Germanico, sacrificia propter eius acta, ut Drusi etiam fieri, iussit: militibus in Pannonia tantumdem, quantum is Germanicis dederat, donauit: in postcrūm autem non nisi uiginti annis militassent, missioneis qui extra Italiam merebant, concessit. Postquam nulli iam motus anuinciabantur, omnistutò res Romana in principatum ipsius consentiebat, ita demum missa dissimulatione imperium occipit, idque ad hunc modum,

Tiberius quām se moderatū geserit initio, & viuente Germanico. quandiu uixit Germanicus, administravit. Suo arbitrio nihil aut per pauca agebat: de rebus etiam minutissimis ad Senatum referebat, posito in foro tribunali, in quo sedens ius diceret, semper consiliarios Augusti exemplo habebat, neque tamen nisi communicata prius re etiam cū ceteris, quicquam seruum peragebat: proposita sua in medium sententia, non tantum omnibus contrà dicere liberum relinquebat, sed ferrebat etiam aliquando contraria suæ sententiae decreta fieri: nam ipse quoque se penumerò suffragium dicebat. Et enim Drusus itidem ut reliqui modo primus, modo post alios sententiam ferrebat: & Tiberius aliquando silentium tenebat: aliquando primus, aut alijs posterior, uel ultimus etiam omnium, quedam aperte pronunciabat, plerunque, ne uideretur libertatem

libertatem aliis adimere, dicere solebat, se si sententiam  
 laturus fuisset, hoc uel illo modo dicturum fuisse: id etsi  
 eandem cum altero uim habebat; nihil tamen impedi-  
 bat, quo minus reliqui etiam quid ipsis placaret expone-  
 rent: quin saepius diuersum ab ipsius sententia posterio-  
 res probauerunt, ac saepe numerò nihil cuiquam succen-  
 sente ipso obtinuerunt. Ius quo dixi modo dabant: magis  
 stratum quoque iudicia uel uocatus ab iis uel ultrò ac-  
 cedebat, eos suo quenque loco sedere sinens, ipse in sub-  
 selliis è regione positis considens, quid ipse sentiret pri-  
 mo loco dicebat. Eodem modo in aliis quoque se rebus  
 gerebat. Nam neque dominum se à libero homine, nec  
 Imperatorem, nisi à nulitibus, uocari patiebatur, Patris  
 Patriæ nomen planè recusabat: Augusti nomen nō quia  
 dem usurpabat (neque enim id sibi unquam decernicona-  
 cessit) audiens tamen, aut scriptum legens forebat, id-  
 que etiam quoties ad regem aliquem literas daret, ad-  
 scribebat. Omnino autem Cæsar, & quandoqne pro-  
 pter res à Germanico gestas, Germanici, Principisq; Se-  
 natus more antiquo nomen sibi tribuebat, saepius dicens,  
 dominum se seruorum, Imperatorem nullum, principem  
 ceterorum esse: & quoties casus ita tulisset, precari so-  
 litus est tantum sibi uite & imperij tempus, quantū Rei-  
 publicæ conducebat. Adcò popularis erat in omnire, ut  
 neque præter consuetudinem quicquam fieri natali suo,  
 neque per su. in fortunam iurare cuiquam perniserit:  
 neque si quis eam iurasset, ac per iurij reus ageretur, id  
 prosecutus est. Utq; omnia in unum caput contrahā, quod  
 de Augusto in hunc usque diem semper Cal. Ianuarij, ac  
 d: omnib. qui post eum fuerunt alicuius precij Imperato-  
 res fieri consuevit, ut acta eorum, & quæ clauri sint hi  
 qui adhuc in viuis sunt, omnia iuramento populi appro-

Nomina,  
 quib. Tibe-  
 riis uteba-  
 tur.

D. d

bēetur, id quoq; initio de se fieri Tiberius nō permisit, quāo  
uis in Augusti acta & ipse iurauerit, & sacramēto reli-  
quos adegerit. Qyod ut manifestius redderet, ipsis Calē-  
dis in suburbano exactis, ac neq; in Curia, neq; omnino in  
urbe uisus ea die, deinde ingressus, priuatum s; sc̄m dedit.  
Fuit & alia causa, cur iis Calendis extra urbem esset, nē-  
pe ne hominib. anni auspicio & sexto die occupatis nego-  
ciam pr̄beret, neue strenas ab iis acciperet, quod Augu-  
stū fecisse improbabat: quia ea res multe molesta, mul-  
tiq; in rependendo sumptus esset. Pr̄tereā eo tempore ne  
que templū ullum sibi proprium extrui, neq; se in alio ul-  
lo coli passus est, sed dicto etiam palam, ne quis priuatus,

**Impietas in Imperato-  
res.** neue urbs ulli statuam ipsi poneret, iniussu suo: sed addi-  
derat, nunquam se id concessurum. Injuries aliorum, im-  
pietatemue in se (iam enim impietatis nomen id generis  
peccatis tribuebatur, multisque ob eam dies dicebatur)  
penitus disimulabat, neq; ullam accusationem huiusmo-  
di propter se factam admittebat, quanuis ea in re honori  
Augusti studeret. Initio quidem neminem Augusti causæ  
in iudicium tractum puniuit: multosque accusatos quid  
per ipsius fortunam peierassent, at soluit, quanuis postea  
rerioribus temporibus multos morte afficerit. Ad hæc Au-  
gustum eo etiam coluit, quid edificia ab eo inchoata neca-  
dum absoluta, perfecit, Augustiq; nomen iis inscripsit: sta-  
tuas & fana ei à populis aut priuatis facta partim ipse  
dedicauit, partim sacranda Pontificibus iniunxit. Quem  
inscribendi morem non in Augusti tantum operibus, sed  
& in aliis obseruauit, que restrictione indigeabant: que  
cum omnia instaurasset (nihil enim de novo edificauit,  
pr̄ter Augusti templum) nullum eorum suo, omnia eorum  
qui primum ea extruxissent non nunc inscripsit. Minimos  
uerò sumptus pro se, plurimos pro Republica faciebat,  
omnia

omnia propemodum publica opera aut reficiendo, aut exornando: multa quoque ciuitatibus & priuatis hominibus suppeditabat. Senatores multos ad egestatem reditos, ac ob id eo ordine cedere uolentes, locupletauit, non tamen nisi adhibito examine: multis Senatu propter luxuriam aut paupertatem cuius rationem edere probabilem nullam possent motis. Si quid alicui largicbatur, id constim numerari sc̄ insuffiente iubebat, magna adhibita cura ne idem sibi quod Augusto eueneret, cuius munerum permagnam partem dispensatores detrahere consueuerant. Hæc omnia non aliunde quam ex constitutis reditibus insuebantur: nam eo quidem tempore neminem pecunie causa neceauit, aut bona cuiusquam publicauit, neq; prouinciam ullam expilauit. Certè Aenilio Recio, cum is pecunie maiorem constituta summam ex Argyp̄to (nam ei præcerat) misisset, rescripsit se tonderi suas oues, non ad uiuum usque radi uelle. Præbebat se etiam ad congressus & alloquia benignum: inde Senatores simul omnes se salutare iuſſit, ne certando de priore aditu se inuicem truderent. Deniq; tanta utebatur clemētia, ut cum aliquando Rhodiorum magistratus data ad eum cip̄ stola, nō subscriptissent illud consuetum, quod uota ipsi facerent, celeriter eos excitos, quasi male multeturus, cū id quod deerat adiicissent, indemnes dimiserit. Q̄ ḡ si in populari Reipublice si uiueret imperio, ita magistratus quo quis tempore honorabat, etiam Consulibus assurgens: cūmque eos conuinio acciperet, ingredientes apud ianuam excipiebat, abeuntes prosequebatur. Si quando curru ueheretur, comitari se non modò patricium, sed ne prim.iorum quidem equitum ullum sinebat. Cum fisi dies essent, aut aliquid simile, quo multitudo occupata esset futura, uesperi ueniens ad Cæsariorum quen-

Aemilio Re  
etus quodd  
provinciā  
compilat  
et à Tib.  
obiurgat.

Rhodiorū  
error.

quam qui eo loci, ubi conuentus populi esset futurus, habibaret, noctem ibi exegit, ut expeditissime et quām minimo labore homines ipsum accedere possent: se penumero etiam equestres ludos de liberti domo spectauit. Frequenter enim ad spectacula ueniebat, in honorem eorum qui haec edebant, utque multitudinem ornaret, ac unā ea celebrare uideretur, ipse exhibendis eis neque per se, nec **equalitas.** que cum aliis gloriam captans. Adeò equalitati in omnibus rebus studebat, ut cum populus histrionem quendam manumitti cuperet, non prius adsensus sit, quām dominī premium eius accipientis uoluntate id fieret. Amicis perinde ac priuatus aderat, eos et in iudiciis defendebat, et rem sacram unā faciebat, et grotantesque nullo secum adducto praesidio inuisebat, etiam in funere cuiusdam funebrem orationem habuit. Matrem quoque adhortabatur ad haec eadem agenda, quantū eius decorum pateretur, partim ut ipsum imitaretur, partim ne immo-  
**Liuix fast.** dico fastu sc̄e ea efferret: quippe quae superbia omnes priores foeminas longo interuallo post se reliquerat, quae Senatum ac de populo qui uellent domum ad se salutādā uenire admittebat, idque ipsum in publicos cōmentarios referri curaret. Quinetiam epistolis Tiberij nomine matris aliquandiu adscriptum fuit, literāq; ad Tiberium dātæ, Liuiae etiam inscribebantur: ac nisi quod in concilium, ad exercitum, inq; conciones uenire non fuit ausa, cetera omnia quasi ipsa imperium teneret, agere audebat: etenim Augusto incolumi plurimum potuerat, ipsaq; se Tiberio Imperium dedisse ferebat: ideoq; non aequata modō potestate cum eo regere, sed priores ipso gerere uoleb. t. Hinc multa extra consuetudinem populi Rom. introducta, inuentiq; haud pauci, qui matrē eam patrie ac genitricem appellandam censcent: alij Tiberio ab ipsa nomine habend

habendum, nimirum à matre uocatum, ut Græci à patre. que indignè ferens Tiberius, & decretos illi, exceptis minimis, honores improbauit, neque insolens quicquam agere permisit. Statuam quandam Augusto Liuia dedica re, ac propterea Patricios & equites cum eorum uxori bus conuiio accipere statuerat. Tiberius neque dedicationem ei nisi Senatus consulto concessam permisit: & uiris ipse epulum, illa tantum mulieribus eo iubente præbuit. Postremò ab omnibus actionibus publicis ei remote, rei familiaris curationem mandauit, qua ipsa cum molesta ipsi esset, peregrinationes instituit, omniique modo se illi subtraxit: neque minima Capreas secedendi causa mag ter ipsi fuit. Hæc de Liuia traduntur. Ceterum Tiberius cum scuerum se ius quibus aliquod crimen obiiccretur præberet, Drusum quoque filium suum hominem impuris simum, & extrema sæuiciae, (nam gladiis quoq; acutissimis ab eo nomen inditum, ut Drusiani uocarentur) & o dio habuit, & priuatim publiceque sæpen numero obiurgauit: idque aliquando multis præsentibus ei dixit, non illum se uiuo quicquam per vim aut libidinem perpetratum: sin conatus fuisset, effectum se, ut ne se defuncto quidem. Nimirum ali. quandiu moderatissime Tiberius uitit, ac ne reliquos etiam libidinibus obsequi passus est, multis ob id supplicio coercitis. idemque cū Senatus pœnam iis qui luxuriarentur constituere uellet, improbauit: eo addito, præstare singulos certa ratione castigari, quām commune omnibus supplicium irrogari. sic enim in præsentiā quosdam metu dedecoris sibi temperatueros, ne uitia eorum palam fierent: ubi uero semel legem natura uicisset, nemini eam curae futuram. Gestabant eo tempore permulti uiri etiam uestem purpuream, quanquam uictum id esset iam pridem: id neque reprehendit in

Drusi mali  
cia, & Tibe  
rij in eum  
seueritas.

Mutatio Ti-  
berij in pe-  
ius.

quoquam Tiberius, neque multauit: tantum ludis cum plueret, nulla ipse penula indutus effecit, ne quis etiam acilius uestem in concessam usurparet. Hęc ita ab eo acta sunt, quandiu in uiuis mansit Germanicus; eo autem defuncto plurimum immutatus est, siue quod eum animū ab initio gerens, qualēm postea ostendit, ita se composuerit dum Germanicus uita frueretur, quem principati immūnentem ante oculos habebat, siue quod aduersario sublatō ab egregia natura in uitia cursum deflexerit. Proin-

Anno V. C.  
768.

Intempesti-  
ua libertas.

de autem quæ unoquoque tempore memoratu digna cū-  
nerint, exponam. Druso Tiberij F.C. Norbano Consuli-  
bus, legatum populo ab Augusto persoluit, ob huiusmodi  
factum. Cum funus quoddam per forum efficeretur, acces-  
sit quidam, et mortuo in aurē quidam insurrauit: in-  
terrogatusque ab his qui uiderant, quid nam dixisset, in-  
dicare eum Augusto iussisse respondit, nihil dum eius no-  
mine quenquam accepisse: hunc, quo ipse cum nuncium  
perferret (id enim illudens dicebat) statim interfecit Tie-  
berius, ceteris mox satisfecit, uiritim diuisis septuagenis  
quinis denariis. Quidam hoc priore anno actum affira-  
mant. Cum duo quidam equites gladiatorio spectaculo,  
quod Drusus suo et Germanici nomine dabat, congrega-  
uerent, ipse pugnam non inspexit: altero caso, alterum  
dimicare præterea uertuit. Alię item pugnae ludis equa-  
stribus in honorem natalis Augusti factis editę, nonnullę  
fere occise sunt, idque per multos annos ita factum. Cre-  
te præfecto defuncto uita, Quæstori et legato insula in  
relicuum tempus mandata. Cum multi, quibus forte pro-  
uincie obtigissent, diu Romę et in Italia commoraren-  
tur, ita ut eorum antecessores diutius quam conueniebat  
in prouincia manerent, ante Calendas Iunias illos disce-  
dere in prouincias iubisit. Nepote eius, quem ex Druso  
habeb

habebat, mortuo, nihil consuitorum agere intermisit,  
principi curam Republice propter priuatum infortu-  
nium relinquendam non putans, reliquosque hortans, ne  
mortuorum causa uiuentium quoque officia desererent.

Cum Tiberis multas urbis partes corripuisse, adeò ut na-  
vigaretur in urbe, hoc quoque in prodigium ab aliis tra-  
culum est, ut cætera quæ tum acciderunt, magni terre mo-  
tus, quibus pars quoque muri corruit, multa fulmina,  
quibus uirum etiam uasis illæsis absumptum est: ipse ue= Fulminis  
rò existimans ex abundantia hoc aquarum fieri, m. nde= natura.  
uit, ut quis tempore quinque Senatorcs, quos surs ei of-  
ficio destinasset, curarent ne uel estate deficeret, uel hye-  
me abundaret Tiberis, sed quām maxime æqualis semper  
flueret. At Drusus quæ Consulatus ei cum collega erant  
commissaria munera, priuati instaur obiuit, harèsc; à quo-  
dam dictus, unus ex funis eius efferentibus fuit. Ira tam  
graui erat, ut uerbera etiam illustri cuidam equiti inflis-  
xerit, indeque sit Castor cognominatus: adeò intemulen-  
tiam effusus, ut cum noctu cum slipatoribus suis cogere= Drusus vixit.  
tur, aquam eis poscentibus, calidam in fundi iussit; in tan-  
tum deditus histriionibus, ut eos ad tumultuandum, legéz= Castor.  
que Tiberij de cislatas detrectandum conciterit. Sisen-  
na Statilio Tauro, L. Livone Consulitus, Tiberius edi- Anno V.C.  
xit, ne quis uir scrica ueste uteretur, ne quis aurea uasa 769.  
nisi ad rem factam haberet; dubitantibus non nullis an ar-  
genteis etiam, quæ aureis emblematis cælata essent, inter-  
dixisset, facturus etiam hac de re edicū, emblematum uo- Lex vestiar-  
cabulum in eo poni, quia Græcum esset, prohibuit, quan- ria.  
quam Latinum, quo id interpretaretur, nullum esset. Idē Tiberto La-  
Centurionem in iudicio testimonium Græcè dictrurum  
non tulit, quāuis eo ipso in loco multas causas Græcalin-  
guæ dictas ipse audiisset, multas ipse interrogasset. ita  
studiosus.

792

L.scribonij que haud consentaneum id eius factum. L.Scribonium Libonis in- bonem patricium adolescentem, tentatarum nouarum re- teritus.

rum insimulatum, quandiu is firma fuit ualeudine, non uocauit in ius, at morbo lethali correptum, in lectica or- perta, cuiusmodi Scn.itorum uxoribus in usu sunt, in Se- natum intrri iussit: cumque is dilato iudicio sibi ipsi con- scita morte damnationem praeuertisset, etiam defunctum reum peregit, eius pecuniam accusatoribus dedit, suppli- cationes non sibi modò, sed Augusto etiam, ex Julio, ut olim statutum fuerat, decerni fecit. At Vibio Rufo initiò crimini datum ab eo non est, quod Cæsar is sellam eam ha- beret in qua is semper sedderat, in qua etiā occisus fuit: id enim consultò Vibius faciebat, ac Ciceronis uxorem in matrimonio habebat: utroque gloriabundus, aut orator scilicet propter coniugem, aut Cæsar propter sellam fu- turus: quod adeò inculpatum tulit, ut Consulatum etiam sit adeptus. Porro Tiberius et si Thrasyllo ad fiducia uteba- tur, ac singulis diebus uaticinia accipiebat, tamen re accu- ratè considerata, cum aliquando personum iussus esset cuidam argentum dare, hominem interermit, quod intel- ligebat sibi per magicam artem demonem immissum fui- se: reliquos omnes Astrologos, magos, aut quicunque alio quopiam modo divinationes exercebant, exterros ne- cauit: ciues qui etiamnum neglecto priore edicto, quo prohibitum fuerat usu harum artium omnibus qui in ura be essent, tractare huiusmodi res deferrentur, extorres egit: qui uero destitissent, impunitatem consequebantur. Quod nisi Tribunus plebis intercessisset, etiā cōtrà quām censuerat Tiberius, omnes ciues impunitatem tulissent: unde forma præcipue Reipublicæ popularis imago uide- ripotuit. nam sententia Drusi & Tiberij ad stipulata sen- tentiæ Cn. Calpurnij Pisonis uicerat, sed Tribunus ple- bis eis

Vibij Rufi fastus.

Ciceronis vxoris.

In Mathe-3 maticosde- cretum.

Tribb. pl. potestas sub Tiberio.

bis cis praeualuit. Quia ij qui hoc anno Quæstores fué-  
re ad prouincias non sufficiebant, emissi sunt etiam in  
cas quidam ex prioris anni Quæstoribus: id deinde etiā  
quoties usus esset factum. Cum publicorum commentario-  
rum quidam omnino periissent, quidam ueritate iam e-  
uanidi fierent, tribus Senatoribus negocium eos qui ex-  
tarent describendi, reliquosque conquirendi mandatum  
est: incendio correptis quibusdam non Tiberius modò,  
sed Liua etiam succurrit. Eodem anno Clemens quidam  
seruus Agrippæ, nec absimilis ci. Agrippam se esse fin-  
xit, in Galliāque profectus, multos ibi, multos etiam in  
Italia sibi adiunxit: deniq; Romam quoq; ad cui sui im-  
perium recuperandum contendit. Itaque tumultu pro-  
ptere à in urbe coorto, multisque ei accedentibus, sapien-  
ter eum Tiberius per quosdam, qui ipsi quoque eius se fa-  
ctionis socium simularent, in suam potestate rededit:  
deinde cum quæstioni cum subiecisset, ut consciens facino-  
ris ederet, neque is quenquam nominaret, interrogauit,  
quónammodo Agrippa esset factus: eodē, inquit ille, quo  
tu Cæsar. Sequenti anno C. Cæcilius Rufus, L. Pompo-  
nius Flaccus Consulum nomen gesserunt. Tiberius stre-  
nam à quibusdam oblatam non accepit: eaque dñe edi-  
ctum proposuit, in eo uoce non Latina usus. cius cum in  
mentem ipsi noctu uenisset, ut erat elegantiæ in loquendo  
per quam diligens, omnes qui Latine linguae proprietate  
studiose obseruarēt, ad se uocauit. Ibi Ateio Capitone di-  
cete, tametsi nemo ante ipsum eo uocabulo usus fuisset,  
nunc nihilominus in Tiberij gratiam inter antiqua refe-  
rendum: Marcellus quidam subdidit, hominibus Cæsarem  
ciuitatem Romanam dare posse, dictionibus non posse:  
eam eius immoderata libertatem æquo animo Tiberius  
tulit. Cæterū Cuppadocie regem Archeluum, infensus

Publici cō-  
mentarij i-  
terrum ex-  
scripti.

Clemens A-  
grippam se  
iactat, & se-  
ditionem  
moltur.

Tiberij scđ  
mate illus.  
De stenis  
edictum.

Ateius Ca-  
pito.

Marcelli in  
Tib. liber-  
tas.

Archelaus à  
Tiberio a.i

Dd §

causam di- ei, quia cum olim sibi is supplicasset, suoque patrocinio u= cendam Ro sus cum ab incolis apud Augustum accusaretur fuisse. mam voca- Rhodi se neglexisset, at Caium in Asiam uenientem offi- tus.

ciose coluisse, insimulatum quasi nouis rebus studeret, ex- uocauit Romanum, ac Senatus iudicio tradidit, hominem non senectute modo extrema, sed podagra etiam confe- clum uehementi, ac delirare creditum: ex quidem ali- quando uerè mente alienatus fuerat, ita ut tutor regno- cius ab Augusto tum datus fuerit: tunc uero satis sanus, impotem se animi simulabat, saltem in hoc praesidium sa- lutis querens. Neque euit, sset mortem, nisi quis mendax de ipso testimonium tulisset: dixisse Archelaum, ubi do- cum rediisset, ostensurum se Tiberio, nero sibi esse; id risum excitauit, ac Tiberium à necando eo retraxit, qui tum ad eò male affecto corpore erat, ut in leuella coniecta in Curiam illatus fuerit, (concessus enim erat uiris etiam harum usus, ut qui per ualitudinem aliter non possent, eo modo in Senatum aducherentur, idque tum à Tiberio factum) prospectansq; ex eo nonnulla differuerit. Arche- laus uero tum euitato periculo, nihilominus paulo post oluit, ac inde Cappadocia quoque Romanorum iuris ef- fecta, equitique regenda data. Vrribus Asiae, terrae tremore concussis, Praetorius uir cum quinq; lictoribus pre- fatus, multa ei tributi pecunia remissa, multa à Tiberio do- nata: qui dum uirtutibus deditus fuit, alieni abstinentissi- mus, ne hereditates quidem à cognatis sibi relicias adiit, in urbes & priuatos homines magnam vim pecuniae in- pendit, neque inde aut honorem aut ludem amisit: nunquam solis legatis urbium aut prouinciarum respon- sum dedit, sed multos, præcipue qui earum aliquando pre- fecti fuissent, in consilium adhibuit. At Germanicus expe-

Archelai  
mors.  
Cappado-  
cia fit Ro-  
manorum  
provincia.  
Tiberij libe-  
ralitas.

Germanicus  
ad Oceanu

ceſſit: barbarisque ui deuiftis, oſſa eorum qui cum Va= <sup>753</sup> progre= ro ceciderant lecta humauit, signaque militaria recepit. Cum instaret Tiberio Senatus, ac menſem Nouembrem (nam X V I. Calend. Decembris natus fuit) cuperet ab eo Tiberium nominare: Quid, inquit, facietis, si tredecim Cæſaris fiant? Marco Iunio Silano, Lucio Nor= bano Consulibus, ipſa prima anni dic, prodigium haud exiguum cuenit, quo ſcilicet Germanici casus prædices batur. Norbanus enim Consul tuba canere ſedulus, ac multus in eare, cum tum quoque diluculo multis ad do= mum eius iam confluentibus cam inflaret, omnium animos perturbauit, quafid signum belli Consul incinuifet. Iani quoque statua corruit. Neque parum mouit animos hominum oraculum quoddam pro Sibyllino habitum, nihil quidem ad iſthac, ſed ad noſtra tempora pertinens, in hanc ſententiam:

*Aſter ter centum revolutis protinus annis  
Roma intestina perdetur ſeditione,  
Et furor exitium Sybariticus afferet urbi.*

Hoc carmen Tiberius ut faſum cauillatus, omnes li= bros uaticinos impexit, aliósque probauit, alios reiecit. Germanici mors, ſumme delectationi Tiberio ac Liui= fuit, ſummo omnibus aliis dolori. Fuit enim ex corporis forma, ex animi bonis, institutione que iuxta ex robo= re, clementia ex modicitate preſt. antiſtimus, neque egit quicquam uel ad Drufi ſpectans inuidiam, uel quod Ti= berius culpare posset: ſanè ſepenumero Imperium cum posset adipisci, aſternatus eſt. Obiit autem Antiochæ Cn. Pifonis ex Plancine fraude: etenim uiuo adhuc ipſo, in ea quam inhabitabat domo, oſſa hominum de= foſſa,

Tib. meſem sibi cognominem reſpuit.  
Anno V.C.  
<sup>772.</sup> Prodigium.

Oraculum Sibyllinum.

Pisonis interitus. Tiberius in dexteris cō mutatus. Crudelitas eius.

fossa, laminæq; plumbeæ diris imprecationibus cum nomine eius reperte fuerant. Piso ob necem Germanici ab ipso Tiberio in Senatum uocatus, dilatione impetrata sibi ipsi manus intulit. Enim uero Tiberius, cum iam nemo esset qui principatui imminens uitam eius obscrubaret, cū antehac plurima egregie fccisset, tum in contraria omnia mutatus est. Imperauit crudeliter, uiolenti numinis postulari iussit non modò qui contra Augustum, sed iam etiam qui contra ipsum aut matrem quicquam egissent, locutique essent incommodius. Neque questio[n]es modò tum seruorum in capita dominorum habebantur, sed liberi etiam ciuēsque tormentis subdebantur: accusatores, & qui falso testimonio reos presserint, facultates damnatorum sortiebantur, augebanturque insuper magistratibus & honoribus. Multos etiam in d[omi]nato corum nativitatis

Tiberis Astrologia abutitur in hominum perniciem.

Galbè Tiberti Imperii predicit.

die ac hora, inde que mores & fortunam eorum scrutatus, si quid adesse excellens, aut quod imperium ferare iuberet, deprehenderetur, protinus interficiebat. Adeo sanè fatum uniuscuiusque præstantissimorum virorum in d[omi]nato cognocebatur, ut Galba etiam, qui posterioribus temporibus Imperator factus, tum forte uxorem duxerat, obuiam factus dixerit, cum quoque aliquando Imperium gustaturum: abstinuit autem eius exinde, quia hoc quoque in fatis Galbae erat, ut quidem ego sentio: ut ipse Tiberius dicebat, quod se iam defuncto, multo post tempore esset Imperio potitus Galba. Ad h[ec] omnia adiutorem administrumque habuit prom-

L. Acl[er] Seianus admini ster crudeli tatis Tibe- rii.

M. Gabius Apicus lu- c[er]narius.

ptissimum, L. Aelium Seij Strabonis filium, Seianum, qui puericam suam M. Gabio Apicio prostituerat: ei qui luxuria adeo omnes homines superauit, ut cum aliquando iniire rationem uellet, quantumiam prodegit, quam- tumque restaret, cum supresse adhuc centies festertium reperis

reperisset, magno mœrore correptus, quasi fame sibi p[ro]reundum foret, mortem sibi consciuerit. Hic Scianus alius  
 quandiu cum patre suo Prætoriis cohortibus præfuit: El[ep] interit.  
 postquam eo in Aegyptum missus, solus eas gubernauit, Praetoriani  
 cum aliis modis eas instituit, tum quia ante per centurias  
 diuisi, quemadmodum nocturni custodes, alij alio in loco  
 morabantur, intra una omnes castra conduxit, ut simul  
 celeriter omnes mandata accipere possent, omnibusq[ue] in a  
 de terrori essent. Igitur eum Tiberius propter morum si-  
 militudinem adsumptum, Praetoriis honoribus (qui nemini  
 ni antehac eius conditionis hominum obtigerant) orna-  
 uit, consiliariiq[ue] & ministro in omnibus rebus usus est.  
 Cum Tiberius in quarto suo Consulatu Drusum 11. Corne  
 sulam collegam haberet, statim ex hoc ipso homines Dru-  
 so perniciem uaticinati sunt: neque enim ullus eius in Cō-  
 sulatu collega nisi violenta morte obierat, exēplo Quin-  
 tilij Vari, Cn. Pisonis, ipsiusque Germanici, hoc nimirum  
 fatum Tiberij uite obtigerat: ita Drusus quoque, &  
 Scianus postea, collegæ eius, ad eundem modum perie-  
 rūt. Tiberio ab urbe absente C. Lutorius Priscus, eques,  
 magni alioquin nominis poeta, qui in Germanici mortem  
 insigne carmen composuerat, ac magnam pro eo pecu-  
 niam accepérat, accusatus est quod per morbum Drusi  
 carmen in mortem eius scripsisset, eiusque rei causa à Se-  
 natu condemnatus obiit. Ac gr̄ē id Tiberio latum, non q[ui]  
 is supplicio esset affectus, sed quod Senatus aliquem sine  
 sua sententia damnasset, ideoque Senatus consultum fieri  
 iubuit, ne quis à Senato damnatus intra diem dcccimū ne-  
 caretur, néne sententia contra eum lata ante id tempus  
 publicaretur: quo uidelicet absens etiam de eorum senten-  
 ti cognoscere, & iudiciū ferre posset. Finito suo Consul-  
 atu Romam rediit, Consulēsq[ue] patrocinari aliquib[us] cu-  
 pient

Tiberij col-  
legz omnes  
mala mor-  
te perierūt.  
C. Lutorij  
Prisci cas.

Anno V.C.  
784.

S.C. de diffe-  
rendis sup-  
pliciis.

consulibus patrocinii interdictis pientes eo dicto uetuit, quod se, si Consul esset, id facturum negabat. Cum Praetor quispiam impius in Tiberium factum uerbo fuisse accusaretur, et egressus Curia, uestem magistratui propriam depositisset, priuatumque se accusari iubisset, magno dolore Tiberius motus, in posterum eum nullum fecit. Histriones Tiberius Roma exturbauit, aratique ea interdixit, quia et mulieres ignominia afficeret, et turbas darent.

Histriones Roma pulsi.

Seiani statu & auto ritas.

Cum multos alios post mortem statuis et publico funere cohonestasset, Scianus etiam uiui statuam et neam in theatro posuit; inde multe eiusdem imagines a multis factae, frequenter a Senatu ac populo laudatus, mane ad domum eius illustres uiri ipsique; Consules adsidue uocatare, cum eo et quae priuatim a Tiberio quiske petitus erat, et de quibus publice acturi essent, communiceare, in summa nihil horum sine Sciano agi. Eodem tempore cum porticus maxima Romae in alterum latus inclinasset, mirum in modum erecta est. Architectus quidam (cuius ne nomen quidem notum est, quod inuidens miri artificij Tiberius in libros id referri prohibuit) firmatis undique fundamentis eius, ne moueri possent, reliqua omnia uelleribus et centonibus circundedit, ac porticu laqueis ab omni parte alligatum, multorum hominum ac machinarum impulso in pristinum positum restituit: hoc et miratus est Tiberius, et inuidit, ideoque pecunia hominem donatum urbe eiecit. Atque is rursus ad principem accedens, supplexque factus uitreum poculum consulto abiecit, fractumque manibus rursus refecit, sperans eos secundum imperaturum, uerum necari ob id iussus est. At filius Tiberij Drusus ueneno extinctus est. Nam Scianus potentia ac autoritate sua exturgescens, homo aliquin fastuoso, etiam Drusum aggressus iam erat, cique colaphum ali quando intenderat: inde Drusum iuxta, ac Tiberium tunc,

Architecti in erigenda nutante portico solertia.

Vitrum dulile.

Drusus veneno a Sciano necatus.

mens, similiusque existimans si iuuenem sustulisset, facile se  
 in sua senem manu habiturum, uenenum Druso per sonu  
 los eius, uxoremque eius, cum qua consuetudinem ipse ac  
 dulterij habebat, (Liullavxot  
 Diuſi, adul-  
 tera Sciani.  
 hibuit. Nec uacauit suspicione Tiberius, quia neque aegro-  
 tante, neque mortuo filio quicquam preter consueta egis-  
 set, aut alios pati siuisset: cui suspicione fidem ea derogat,  
 quod ita statuerat in omnibus huiusmodi casibus agere,  
 quod filium unicum ac sibi natum maxime diligebat, q  
 mortis eius autoribus aut statim, aut post supplicium ir-  
 rogauit. Tum quidem in Senatum uenit Tiberius, filioque Exilibus te  
 ut par erat laudato, domum se recepit. Interdixit etiam stamentum  
 iis, quibus aqua et igni esset interdictum, testamenti facere, non  
 compositione, quod interdictum hodie ualeat. Aelium Sa  
 turinum, quod is de ipso carmina quae d. in famosa spar- Tiberio sua  
 sisset, in Senatum adduxit, damnataque de Capitolio pre*ipius vitia*  
 cipitarit. Multa id genus alii scribere haberent, si omnia publicat.  
 perse qui instituisset. Ut haec omnia complectar, multi  
 cum huiusmodi de causis ab eo sunt occisi, tum coplures  
 ob hanc, quod dum singula ac curate inquirens que de se  
 in malam partem essent dicta, nullum in hominem cadere  
 uitium potuit, quod non ipse de se predicaret: etenim  
 si quis in arcano cum uno aliquo colloctus in Tiberium  
 quicquam dixisset, id in publicum, ab ipso raptum est, ac  
 in publicos adeo commentarios relauit: multa quoque  
 ipse affinxit nunquam a quoquam: ita, sed quorum  
 ipse sibi conscientius esset, quo iustius iratus ueretur. In-  
 de euenit ut propter quecunque alios quasi in iios puniret,  
 et ipse omnia in se admiserit, risuique praeceps se ex-  
 poneret, dum que inficias ibant alii se protulissent, affirmando ipse, adiurandoque uerius se ipsum ledebat, uia-  
 propter fuerit qui cum insinuare sufficarentur; herumque

Capito in  
exilium a-  
etas.

quarum omnium rerum optima administratio eius, eam alienatae mentis opinionem diluit. Senatori cuidam luxus riosc uiuenti, tutorem, quasi pupillus si esset, dedit. Capitonem Asiae curatorem in Senatum introduxit, obliociens que inter alia crimina quibus se Imperatorem tulisset, militibus usum fuisse, in exiliū misit. Neque enim iis qui Imperatoris pecunias trahendis erant constituti præter definatorum redditum exactiōem, et controversiarum in foro secundum leges priuatorum modo disceptationem quicquam concessum erat. Hæc Tibcrij actionum diuersitas. Decem annis Imperij eius exactis, ad resumendum id nihil decreto opus habuit: neque enim in decennia intersum, quod Augustus fecerat, cum gerere statuerat. Ludi tamen decennales facti. Cremutius Cordus manus sibi ipsi inferre propter offensum Scianum coactus fuit. Adeò nihil in eo viro iam ingrauescens etatis, ut aq. ho nestissime actæ, criminis obuium fuit, ut historiæ causa, quam de rebus ab Augusto gestis quondam composuerat, ac ipse Augustus legerat, postulatus sit, quia Cassiū et Brutum laudasset, populm ac Senatum perstrinxisset, Cesarem et Augustum et si nullo maledicto, non tam men immodicis laudibus fecisset. Hec enim uitio dabatur, atque ob hæc morte oppetiit, librique eius in urbe inuenti per Aediles, si per præfectos, cremati sunt: postea tamen temporis iterum editi (nam eos cum alijs, tum Marcia filia ciu occulta uerat) maiori studio ob casum Cordi sunt exti. Eo tempore Tiberius exercitia cohortium prærianarum Senatoribus tanquam uires etrum ignoritibus ostentauit, ut robore carum ac multitudine agnita, eo magis ipsum metuerent. Hæc tum, que in his oria mentione digna sint, acta. Cyzicenis præter libertas iterum adempta, quod Romanos quosdem in

Ludi decen-  
nales.  
Cremucij  
Cordi inte-  
ritus.

Marcia.

Cyzicenis  
adempta li-  
bertas.

vincula duxissent, inchoatumq; Augusto sanum non perfec-  
cissent. Erat animus Tiberio cum quoq; necare, qui cū do-  
mo statuam ipsius aliquam uendidisset, ( nam eo crimine  
postulatus quidam erat ) nisi Consul ipsum primum om-  
nium sententiam rogando effecisset, ut cum pudaret ipsum  
in sui gratiam quippiam censere, suo suffragio cum ab-  
solueret. Lentulum unum ex Senatoribus, hominem natu-  
ra mansuetum, ac tum magno admodum natu, accusauit  
quidam quod infidias Imperatori tetendisset: ad id Len-  
tulus ( aderat enim ) cachinnum sustulit. Tiberius autem  
tumultuante nonnihil Senatu, uita se iam dignum amplius  
negauit: ubi Lentulus quoque ipsi infensus esset.

Lentuli Se-  
natoris con-  
stantia.

\* \* \*



## DIONIS ROMANAЕ

HISTORIAE LIBER Q V IN=  
quagesimus octauus, Gulielmo Xy-  
landro Augustano  
interprete.

**S**v b id tempus Roma discessit, neque unde Tiberio Ro-  
quam in urbem redijt, quanquam subinde  
uenturū se polliceretur. Iam Latianis qui  
dam, Sabini uiri inter Romanos pricipui  
socii, in gratiam Sciani, in culmine sue  
domus occultatis quibusdam Senatoribus, occasione collo-  
quij Sabino oblata, dictisq; ijs que solebat, eò hominē per-

E c

traxit, ut omnia quæ sentiret, liberè enunciaret. Hic enim sycophante sycophantis mos est, ut conuicijs proscindere aliquem, priuilegia.

¶ arcani quippiam efferre ipsi incipient, ut audicns alter, ipse quoque simile aliquid enunciando, crimini obnoxius fiat, nam illis quidem hoc absque periculo licet, nimis rum ex compacto id facientibus, non quod ita sentiant, sed ut aliorum sensum explicantur: at hi si uel minimum præter quam licitum est uerbulum emittant, pœnas dant, quod tunc etiam factum. Nam ea ipsa die in carcerem coniectus

Gemonix. est Sabinus, deinde indicta causa necatus, corpus eius in Canis fides.

Gemonias proiectum, ac post in flumen missum. Eius ca-

sus atrocitatem adauxit canis Sabini, qui cum eo in car-

cerem iuit, morienti affuit, denique cum eo in fluuium se

Liuiç mors. præcipitauit. Eodem tempore Liuia quoque morti con-

cessit, cum uixisset annos LXXXV: eam neque de-

cumbentem morbo inuisit Tiberius, neque defunctæ exca-

quias celebrauit, neque præter funus publicum, imaginis que

et alia leuia ullum ei honorem tribuit, decerni ei cœra

lestem religionem palam prohibuit. Ceterum Senatus non contentus ijs quæ Tiberius ei decernenda scripsisset,

luctum mulieribus in totum annum indixit, ( laudato in-

terim tam Tiberio, quod ne tum quidem à Republice administratione se abstineret) arcum quoque ei, nulli un-

quam id mulieri datum, decreuerunt: scilicet quod multis ipsorum salutem attulisset, quod multorum liberos

educasset, multos in elocādis filiabus adiuuisset: unde non-

nulli matrem patriæ eam cognominauerunt. Condita est

in Mausoleo Augusti, scrunturque cum alia eius scite sa-

pienterque dicta, tum quod obuiam sibi factos quondam

maia Liuiç uiros nudos, cum ea de causa iam essent necandi, ita cri-

puerit morti, quod diceret pudicis mulieribus hos nihil

statuis diffirre: interroganti cuidam, Quinam ratione

Augustum

Augustum ita in suam potestatem redegisset, respondit:  
 Exquisita pudicitia, omnia eius mādata lubenter exequendo, nullas eius res scrutando, lusus eius uenereos neq; persequendo, & dissimulando. Arcus uero ei non est extructus: nam Tiberius, cum puderet eum uerbis Senatus consultum irritum facere, pollicitus se cum suis sumptibus aedificaturum, eo modo rescidit: quia neque publicis impensis fieri passus est, neque suis ipse fecit. Porro Seianus magis etiam elatus est, decretumque fuit, ut publicè eius natlis celebraretur: (nam numerum quidem statuarum quas ei Patricij, equites, tribus, ac primarij uiri posuerunt, inire nemo posset) legatosque ad ipsum, perinde atque etiam ad Tiberium seorsim Senatus, seorsim equites, ac plebs ex Tribb. & Aedilibus suis miserunt, pro eis iunctim uota & rem diuinam fecerunt, ac per eorum fortunā iuramenta conceperunt. Ceterū Gallum Asinium Tiberius propter ductam ab eo uxorem suam, ac libertatem dicendi de imperio usurpatam, capto tempore adortus est. Cum enim is legatus ad Tiberium uenisset, conuiuio acceptus, comiteturque habitus est, liter. & q; ad Senatum simul à Tiberio missæ, quib. eum accusabat: ita res inexpectata, ac inusitata Gallo accidit, ut eadem die Tiberij coniuua esset, cum eoque amicè compotaret, & in Senatu damnaretur, missō etiam ad hoc Prætore, qui cum uinctum ad supplicium duceret. Ac Tiberius his artis, ubi quæ lata esset sententia cognouit, ne mortis quidem copiā Gallo eam appetenti permisit: sed, quo diutius male haberet, ac multo tempore ignorinia simul & metu conflictaretur, bono animo ut esset hortatus, in libera custodia usque ad suum in urbem aduentum habcri iussit: ita Gallus semper à Consulibus, aut si Tiberius Consulatum gereret, à Prætoribus adseruabatur: non profecto ne effugeret, sed ne mori posset; neq; ei

Asinus Gal  
lus in miser  
timam cu-  
stodia à Ti  
berio cōdīc.  
tus.

aut seruus ullus aderat, aut colloquebatur quisquam, neque uidebat quenquam, nisi cum ad sumendum cibum congregabatur: qui sane eiusmodi erat, ut neque voluptatem ullam robur ue adferret, neque mori eum sinceret. Hec uero erat extrema miseria, qua alios quoque permultos Tiberius affixit. Ad hunc modum amicorum eius quendam in uincula condiderat, deinde de eo necando illata mentione, renuit, quod nondum se cum eo in gratiam rediisse diceret. Alium quendam cum grauiissimis tormentis ex-

Tiberij in-  
humanitas.  
Syriacus.

cruciasset, deinde cognito eum in merito accusatum, summa celeritate occidit, grauiora passum perhibens, quam ut commode uiuere posset. Syriacus nullius criminis neque reus, neque accusatus, doctrinaque insignis, unam hanc causam habuit cur iugularetur, quod cum Galli amicitia usum Tiberius dicebat. At Seianus subinde ingrauescere ac maiorem terrorem sui offerre, iamque et Senatus et reliqui Tiberio spredo, ei tanquam Imperatori animum aduertire. De quo ubi resciuit Tiberius, ac ueritus

Tiberio que  
moliri con-  
tra Seianu  
ctoperit.

ne Imperium recta ei deferretur, rem neque parui faciens dam, neque negligendam duxit: quia uero prætorianos milites Seianus sibi summè deuinxerat, Senatorum alios beneficijs, nonnullos spe, quosdam metu sibi adiunxerat, et in omnium qui cum Tiberio erant, ita se insinuauerat amicitiam, ut de omnibus eius actis statim resciret, nihil eorum quem ipse egisset quicquam ad Tiberium deferret, idcò palam nihil conatus est. Alia igitur uia eum aggressus, statim Consulem designauit: curarumque suarū partcipem nominauit, Seianumque suum nominans, sapienter id repetit, idem hoc etiam ad S.P.Q.R. scribens. Quo credito decepti Romani, omnibus eis locis æreas statuas coniunctim posuerunt, in literis una utriusq; nomine scripsierunt, amborum currus aureos in theatrum inuexerunt: denique

denique decretum est, ut ad quinquennium Co<sup>s</sup>. simul iij  
constituerentur, utriusque cum Romam intrarent, obuiam  
procederetur; denique ad statuas etiam Seiani, tanquam  
Tiberij solebant, sacrificarunt. Interim multi illustres ui-  
ri peribant, inter quos unus fuit C. Geminus Rufus; is im-  
pietatis in Tiberium reus factus, testamentum suum in Se-  
natum intulit, recitauitq; ostendens se hereditatem ei cum  
liberis suis committanem reliquisse: tum mollicie culpatus,  
antequam sententiae ferrentur, domum discessit, audiensq;  
Quæstorem ad supplicium sumendum uenisse, uulnus  
sibi ingesit, eoque ostendo Quæstori, nunciare iussit Sena-  
tui, uirum se mori. Vxor etiam eius Publia Prisca in ius  
uocata, in Curiam uenit, ibi q; se pugione, quem occultum  
attulcrat, interfecit. Enim uero Seianus fastu, potentia que  
adeo efferebatur iam, ut ( quo paucis rem expediam ) se-  
ipsum pro Imperatore, Tiberium pro insula rectore quo-  
dam habuerit, quod in insula cui Capreæ nomine Tiberius  
agebat. Hinc studia erga eum, & luctationes propter ia-  
nuam eius, cum metuerent singuli, non modò ne non uide-  
rentur ab eo, sed etiam ne postremi, omnium, ac præcipue  
procerum & uerba & nutus accurate obseruante. Nam  
qui propria dignitate aliqua eminent, neque salutationes  
istas ab alijs requirunt, neque omittas uitio uertunt, con-  
scij nimirum sibi, non hoc contemptu sui fieri: at qui adsci-  
ticijs ornamentiis utitur, summoperè ea, tanquam ad per-  
fectionem sua dignitatis necessaria, desiderant: ac nisi con-  
sequantur, tanquam probro iniuriæ affecti animis com-  
mouentur. Ideo magis huiusmodi homines quam ipsi ferè  
Imperatores, sunt obseruandi, quod apud hos uirtutis corum, qui  
habent peccatorum gratiam facere: apud illos quod de-  
linquitur, imbecillitatem suam arguere creditur, face-  
re que ad firmandam magnæ potentie opinionem, ut ea

C. Gemini  
Rufi interci-  
tus.

Publia Pri-  
sca.

Tiberius Ca-  
preæ degit.

Insolentia  
corum, qui  
indigai cu  
aliqua sunt  
potentia.

persequantur ulsciscanturque. Calendis quibusdam, frē  
Omina Seia quentibus omnibus in domum Sciani conuenientibus, le-  
no exitium ctus in aula in quam salutantes admittebat, multitudi-  
ne insidentium totus confractus est: progradienteque ipso  
ex domo. felis per medios discurrit: cumque in Capito-  
lios sacrificasset, ac inde in forum descenderet, servi eius  
stipatores cum propter turbam eum sequi non possent, in  
uiam quæ ad carcerem ducit diuerterunt, ac per scalas  
Gemonias descendentes lapsi deciderunt: augurium dein-  
de captanti, nulla avis secunda apparuit, corui autem cir-  
cumvolantes, obstreptentesq; ei, confertim ad carcerem  
deuolárunt, ac super eam consederunt. Hæc neque à Seia  
no, neque ab alio ullo pro prodigijs sunt habita: uideli-  
cet ad præsentia respiciens, nemo ne Deo quidem futu-  
ram tantum breui mutationem prædicenti credidisset. Ita-  
que adulationis pleni omnes eius fortunam iurabat, colle-  
gamq; cum Tiberio non iam in Consulatu, sed in summa re-

Astus Tibe rum administranda innuentes destinabant. Quorum et si  
rij in euer- nihil iam Tiberium latebat, id tamen agitabat, qua ratio-  
tendo Seia- ne eum è medio tolleret: ac non inueniens, quomodo id  
no. tutò posset manifestò peragere, mirabilis usus est consilio,  
ad eius reliquorūque omnia consilia percipienda. Con-  
tinenter multa ac uaria de se ad Senatum ac Scianum  
scribebat, modò se male affectum ac tantum non mori, mo-  
dò bona ualitudine uti, uenturūque Romam: Scianum  
aliás laudib. extollere, interdum deprinere, amicorum  
Sciani alias honore, alias ignominia propter eum affice-  
re. Itaq; Scianus & superbie & metus in medio, utrius-  
que plenus, semper animi pendere, neque metu adductus  
ad nouas res consurgere audere, cum adhuc in honore ha-  
beretur, neq; rursus ex confidentia quicquam conari, quia  
diminutio erat de ipsius potentia facta; reliqui itidem os-  
muncs,

nnes, cum breui temporis spacio diuersissimos nuncios ac ciperent, ac neq; suspicere iam Scianum, neq; contemnere certi essent, Tiberijq; mortem iuxta aduetumq; expectarent, ancipites habebant. Non ea modò Seianum turbabant, sed longè magis, quòd ex ipsis statua initio furem copiosus emergerat, deinde capite eius statuae sublato, ut posset inspici quidnam rei esset, serpens magnus exiluerat: rursusq; alio capite imposito, cum propter hæc rē sacram facere uellet Seianus (nam inter alia, sibi quoq; sacrificabat) inuentus est funis capiti statuae circunclus: & ipse litans uiderat simulacrum Fortune (quod Tullij quondam Romanorum regis suisse sciebat, ipse domū sue gratissimum habebat) se se auertere,

Omina &  
prodigia  
Seiano fa-  
cta.

\*  
ac deinde alij etiam unā egressi. Reliqui et si hæc suspicabantur, tamen quia animum Tiberij ignorabant, eius uanitatem, rerumque inconstantiam expendentes, in utramque partem propenabunt, priuatim que suæ incolumitatis rationes inuenientes, palam Seianum colabant, eo magis, quòd Tiberius cum eo & ipsum, & filium eius sacerdotes fecerat: ideò ei proconsulare imperium dederunt, addito ut omnes Consules exemplo eius magistratum gererent. Tiberius cum sacerdotiis Caium Caligulam exornasset, ad se tamen non uocauit, quinetiam petenti ut liceret sibi in Capaniam uenire, quia sponsa sibi pacta agrotaret, domū manere iussit, quòd Caius Caligula à Tiberio ornatus.

maxima populum affectum uoluptate ex his quæ de Caio dicta essent memoria partis eius Germanici intellectissent: & prius opinatus populum quoque suis rebus fauere, postquam tum sensit eos Caÿ studiosos, & grè tulit, pœnitentiāque corruptus est, quod non in Consulatu aliquid conatus esset. Reliquos & hæc mouerunt, & quod Tiberius inimicum quendam Seiani ante decennium ad regendam Hispaniam electum, ac tum certas ob causas in ius uocatum absoluissest, alijs quoque qui prouincias administraturi, aut aliud quocunque publicum officium obituri essent, impunitatem eo tempore definiens, quodque datis ad Senatum de morte Neronis literis, Seianum nudè, nullo addito eorum quos morib[us] habebat titulo, nominauissest: edixisset etiam, ne cui homini sacrificaretur, ( atqui Seiano res sacra fieri solebat ) néue in suum honorem quicquam decerneretur ( quippe multa Seiano decernabantur ) quod iam antè interdictum, tum propter Seianū repetebatur: neque enim id concessurus alteri erat Tiberius, quod sibi ipsi non permisisset. Hæc effecerunt, ut contemptus Seiani apud populum adeò augeretur, ut iam nō occultè ab eose subtraherent, cumq[ue] desererent. Tiberius ubi hæc cognouit, sumpto animo, ratisque se auxiliarijs etiam populo ac Senatu usurum, quo magis improviso hominem adoriretur, rumore sparso, quasi Tribuniciam postulatam Seiano esset daturus, per literas cum apud Seianum accusauit, easque perferendas dedit Nauiu Scerto-  
torius Ma-  
cro.

Memmius  
Regulus Cō-  
sul. Gracina  
Laco.

Nauiu Scerto-  
rio Macroni, quem iam antè occultè cohortibus Prætorijs  
præficerat, & quæ agenda essent docuerat. Is noctu Ro-  
mam uenit, tanquam aliud ob negocium, mandata cum  
Memmio Regulo tum Consule ( nam collega eius Seiano  
fauebat ) & Gracino Lacone nocturnorum uigilum custo-  
de communicat, sub auroram in Palatium adscendit, ( Seia-  
nus

natus enim in Apollinis templo indicitus erat ) cùmq; in Seianum nondum è ingressum incidisset, tristemq; ob non datas ad se à Tiberio literas inuenisset, consolatur remos tis arbitris, ac dicit, ferre se ei Tribuniciam potestatem. Eo magna lètiaperfusus Seianus in curiam insiluit. At Macro militibus Prætorianis, qui circum Seianum & Curiam erant, in castra ablegatis, cum prius se eis à Tiberio präfectum esse ostendisset, séque literas ferre ab eo, quibus præmia ipsis quedam darentur, in eorum locum nocturnos custodes templo circumfudit: ipse tum ingressus, literisque Senati exhibitis, egressus inde, antè quām ea recitaretur, custodiam eius loci Gracino mandauit, ipse in castra ne quid ibi turbaretur contendit. Interim epistola recitatur bene longa, in qua nihil confertur contra Seianum continetur, sed aliae principiò res, deinde breuis eius insestatio, tum rursus aliud quiddam, iterumque aliud contra Seianum: in fine duos Senatores Seiani familiares plectendos, Seianum in custodiā habendum dicebat. Neque enim palam cum necari iubebat, non quodd hoc nollet, sed quia uerebatur, ne quem id tumultum páret, quintiam ad se alterum Consulum uocabat, quasi neutò quidem ipse iter facere posset. Videre uero erat, audireq; multi ac uaria, que he secum literæ attulerunt. Nam antè quām ea recitarētur, laudare Seianū Senatus, ut Tribunicia potestate accepturu, acclamare, spes quisque suas precipere animo, ostentare quæ Seiano daturus esset: postquām nihil eorum quæ sperabant, contraria omnia inuenta sunt; ibi uero hæsatio, & secundum cāmœstria cooriri, ac quidam eorum qui Seiano asidebant, consurgere: (quem enim paulò antè amicum habere magni duxerant, cum eo ne sedem quidem iam communem habere dignabantur) deinde Prætores ac Tribuniplebis

Epistola Ti  
berij ad Se  
natū con  
tra Seianū.

circundare eum, ne profiliens foras aliquid turbarū daret. Et dedisset haud dubiè, si initio graui aliqua subito oratione ictus fuisset: nunc singula quæ recitabatur, quasi sola ex leuia prætermittēs, ac omnino uel nihil de se, aut certè non extrema prescripta esse sperans, commoratus loco suo est. Regulo eum ad se vocante, non audiens dicto fuit, neque id quidem fastu, (iam enim animo deiecius erat) sed quod parere insolens ipsi esset: iterum, ac tertium in clamanti manu portenta, Seiane ades huc, id modò interrogauit an ipse vocaretur. Demū cum surgerebat, Laeco ingressus ante eum additit. Perfecta ad finē epistola, omnes uno ore clamore ex maledicis Scianum incessere, pars iniuriam ab eo passi, alijs quibus terrorē obtulerat, nonnulli eo amicitiam, quā cum eo habuissent, oblitantes, quidam mutatione eius fortunæ leti. At uero Regulus neque omnes sententiam interrogauit, neque capitatis anquisiuit, ueritus ne suffragijs uariaretur, ac inde tumultus existeret: uno censere iusso, acceptoq; qui in uincula ducebatur, in

" traxit. Is uero casus humanam imbecillitatem egregiè oculos ponit, monētq; nūquam inflatè se gerere. Quem enim manè ut præstantiorem se, uniuersi ad Curiam eomitati fuere, tunc quasi nequaquam se meliorem in carcere rem rapuerūt: quem coronis antè dignati fuerāt, eitū uincula induxerunt: quem tanquam dominū stipauerāt, cum fugitiui in star custodierūt, tecumq; obuelanti se destraxerunt, alapis iugestis: quem antè prætexta purpura ueste decorauerāt, cui genua flexerant, ac ut Deo sacrificauerāt, eum tum ad mortē duxerunt. Populus quoq; irruens, multo ei clamore hos quibus mortem intulerat exprobauit, spes quas sibi propositas habuerat ludibrio iactauit

611  
et auit: omnes eius statuas deiecit, cōfregit, raptuuit, quā-  
si ipsum si ea contumelia multarent. Ita spectator eorum  
quæ passurus esset Seianus fuit, dum in carcerem coni-  
tur. Nulla interiecta mora, eadem die prope carcerem in  
adē Concordiae conuenit Senatus, cum hunc sensum popu-  
li, Prætorios milites nulos adesse uiderent, ac morte eum  
daminarunt. Itaque capite multatus, in Gemonias proie-  
ctus est, eumque totum triduum populus ludibrio habitum  
in Tiberim misit: liber ciuius ex Senatus consulto necati  
sunt. filia, quam paclus erat Claudi filio, constuprata  
prius à carnifice, quasi impium esset uirginem in carcere  
re perire. Verū Apicata uxor Seiani damnata non fuit.  
Hec librorum morte suorum audita, corūmque in sca-  
lus corpora intuita, digressa inde libellum composuit, in  
quo continebatur quo modo Drusus esset interfectus, ac-  
cusatiōque Liuillæ uxoris eius, propter quam uir ipsi in-  
fensus nuncium remiserat: eo ad Tiberium libello missō,  
uita seipsum priuauit. Quo Tiberius lecto, rēque ut acta  
esset perspecta, reliquos omnes Drusianæ cedis recos, &  
ipsam Liuillam interfecit; accepi tamen hoc etiam, ipsum  
Liuillæ propter eius matrē Antoniam pepercisse, Anto-  
niam uero ipsam sua sponte Liuilā inedia necasse. Sed hæc  
pōst paulo facta. Tum uero ingens in urbe tumultus ex-  
titit. nam quoscunq; apud Seianū ualuisse populus, idcō-  
que iniurios alijs fuisse uidit, eos trucidauit: milites quo-  
que indignantes se propter gratiam Seiani suspectos es-  
se, sibi que nocturnos custodes antchaberi propter fidem  
aduersum Imperatōrem, incendia & direptiones fecerunt:  
quanquam omnes qui cum magistratu essent urbis custo-  
diam mandato Tiberij suscepissent. Ne Senatus quidem  
quietus fuit: sed qui Seiano studuerant, uchementer me-  
zu poenæ turbabantur: & qui alios ante detulerant, aut  
falsis

Seian' mor-  
te affectus.

Apicata Se-  
iani vxor.

Liuillæ in-  
teritus.

Antoniq in  
filiam seue-  
ritas.

Tumultus  
in urbe post  
necem Se-  
iani.

falsis testimonij oppresserant, metuebant sibi, ne in Scia-  
ni, non Tiberij gratiam id egisse censerentur. Pauci ani-  
mo securo erant, quibus nihil horum aderat, & fore cle-  
mentiorem Tiberium sperabat: quippe, ut ad solet fieri, ea  
qua acciderant, in Scianum iam sublatum conferebant,  
nihil, aut per pauca Tiberio imputabant, pleraque aut igna-

*Decreta fa-  
cta propter  
Sciani exi-  
tum.*

ro eo, aut in iusto acta dicentes. Hi priuatorum erant afa-  
fctus. Publicè autem decreuerunt, ut quoniam domino

exonerati essent, nemo Seianū lugeret, ut Libertatis effi-  
gies in foro poneretur, festus dies ab omnibus magistratis  
bus & Pontificibus (quod nunquam antè factum) celebra-  
retur: dies quo is p̄enitus morte dedisset, annuis Circen-  
sibus ludis & uenationibus per quatuor collegia Pontifiz-  
cum & Augusti sacerdotes ornandus indiceretur, ne hoc  
quidem prius usitatum: ita quem inmodicis ac nouis ho-  
noribus ad perniciem prouexerant, in eum Dijs quoque  
nouos cultus statuerunt. Evidem satis ipsis liquebat,

istos Seiano praesertim furoris sui causam præbuiss: ita  
que edicto prohibuerunt extemplò, ne quis nimis honori-  
bus in posterum afficeretur, neque per quenquam alium  
quam per Imperatorem iuramenta fierent: quæ et si diui-  
no quodam consilio tum decreuerunt, tamen haud ita mul-  
to post Macronem & Laconem adulati sunt, pecuniam  
eis, & honores, huic Questorios, illi Prætorios tribuen-  
tes, permissoq; ut in spectaculis sibi adsiderent, ludis que  
uotiuis prætexta uerentur. Verum hi territi recenti ex-  
plo, eos honores repudiarunt. Tiberio quoque decreti  
multa, ut Patris patrie nomen firre inciperet, ut natalis  
eius decem equorum certamine, & epulo Senatui dato  
honoraretur: horum nihil admisit, iterum prohibito, ne quid  
huiusmodi decerneretur. Hec Romæ acta. Porro Tibe-  
rius catenus in magna sollicitudine uersatus, ne Roma occi-  
pata

*Macro et La-  
co à Senatu  
honorati.*

cupata Seianus contra se quoque nauigaret, parauerat  
 lembos ut si quid huiusmodi euenisset effugere posset: ma-  
 daueratq; ut quidam referunt, Macroni, si quis grauior  
 motus incidisset, ut Drusum ad populum & Senatū pro-  
 duceret, Imperatorēq; constitueret: auditō interitu Seia-  
 ni, ut par fuit, gaudio affectus, tamen legationem ea de re  
 missam non admisit, quamvis multi Senatores, multi ex-  
 quites, ac de plebe, ut antè quoque, legati essent: quin-  
 tiā Consulem Regulum, semper sui studiosum, eoque  
 uenientem ut euto ipsum Roman, quod per literas peti-  
 set, adduceret, repulit. Adhunc modū Seianus, inter om-  
 nes qui ante aut post illum, solo Plautiano excepto, cum  
 magistratum gesſiſſent, summam ad potentiam cueclus, Plautianus.  
 obiit. Ceterū propinquū eius et amici, ac reliqui omnes, ludicia &  
neces pro-  
 qui cum antè adulati fuerant, honorēsq; decreuerant, po- plescianu.  
 stulati sunt, ac plerique condemnati propter ea ob quæ  
 prius in aliorum inuidia fuerant, damnantibus eos ceteris  
 propter ea quæ ipſi ante statuissent, per multi etiam eoru-  
 qui superioribus temporibus causa dicta absoluti fue-  
 rānt, tunc in iudicium retracti, rēcīque peracti sunt, quasi  
 tum in Seiani gratiam causa stetissent. Atque adeò si cui  
 nullum aliud obijci poterat crimen, satis erat ad irrogan-  
 dā pœnā, quod amicus Seiani fuisset: quasi uero non Tibe-  
 riū quoque cum amauerit, ac propter hūc reliqui. Inter  
 alios delatores huiusmodi criminum iij quoque erant, qui  
 maxime prius Seianū coluissent: hi enim cū sui similes cer-  
 tò cognoscerent, neque in inquirendo, neque in conuinc-  
 cendo, quicquam laboris habebant, ipsique salutem inde  
 suam, pecuniāmque ac honores sperantes, eos aut accusa-  
 bant, aut testimonio urgebant. Atqui eorum spes irrita  
 omnino fuerunt: ijsdē m̄ nimirum, quæ alijs obijciebant,  
 criminibus obnoxij, partim ob hæc, partim ob proditos  
amicos

amicos paenaribz luebant. Eorum qui rei erant facti quidam  
præsentes accusati sunt, et se defenderunt, et quidam  
magna in eo libertate usi sunt: reliqui damnationem uo-  
luntaria morte præuerterunt, hac potissimum de causa,  
ne contumelia et cruciatus pati opus haberent. (Omnis  
enim qui huiusmodi criminis iudicabantur, non equites  
modo, sed Senatores etiam, non uirilatum, sed et mulie-  
res, in carcerem una trudebantur: damnataque aut ibi  
plectebantur, aut à rupe Tarpeia eos Tribunis plebis, uel  
ipsi etiam Consules precipitabant. omnium corpora in  
forum proiecabantur, inde in profluentem mittebatur.)  
tum ob hoc etiam, ut ad liberos suos hereditas peruenie-  
ret. Paucorum enim qui se ante diem iudicij ipsi interfe-  
cissent, bona publicata sunt, quod Tiberius homines ad  
consciscendam sibi ipsis mortem alliciebat, ne ipse eos  
necasse uideretur: quasi uero non longè grauius sit, adi-  
gere aliquem ad manus sibi ipsis interfendas, quam spicula-  
tori cum tradere. At qui non de scipiosis statuissent, eorum  
bona ut plurimum in fiscum redigebantur, exigua plane  
aut nulla parte accusatoribus data. Erat enim pecunia,  
quam exnarum attentior Tiberius, qui etiam producens

Auaritia Ti-  
berij.

Centesima  
pensio.

tesima pensione, centesimam instituit, omniumque her-  
editates, qui cum heredem dixissent, adiit. nuncupatus au-  
tem fuit heres à plurimis, etiam ijs frè qui se ipsis inter-  
fecissent, ut Seianus quoque dum in uiuis erat, frè ab o-  
mnibus heres nuncupatus fuerat. Eodem consilio, quo uis-  
tam ultrò relinquuntum bonis abstinuit, etiam omnia  
crimina ad Senatum deferri iussit, ut ipse omni culpa ua-  
care uideretur, Senatus autem iudicis faciendis scipsum  
damnaret. Vnde cum uiderent scipios sibi ipsis exitij cau-  
sam esse, facile intellexerunt, priora quoque ista nō scias-  
ti, sed Tiberij fuisse acta: quippe nō modo iij qui alios reos

fecerunt

fecerant, ipsi in iudicium uocabantur: sed hi quoque qui  
suis sententijs alios damnauerant, uiciissim ipsi damnab-  
antur. Ita Tiberius nemini parcebat, uerum omnibus,  
ad omnium perniciem utebatur, neminem amicum con-  
stanter habens. sed Scianorum criminū persecutione nul-  
lo discrimine noxa ex innocentia, securitásque et metus  
habebantur. Visus est tandem uelle sancire obliuionem o-  
mnium eorum, quæ præterito tempore acta essent, cù et  
lugere Scianum ijs qui uellent permetteret, et interdices-  
ret, ne quis luctu quenquam prohiberet etiam de alijs,  
quod se penitus erat decreatum: non tamen eam obliuio  
nem rc quoque confirmauit, sed paululum moratus, mox  
propter Scianum et alia crimina in permultos animada-  
uerit, incesti crimine et parricidijs propinquarum ob-  
iectis. Eo rerū statu, ut nemo iam inficias ire posset, quin  
carnem quoque Tiberij uorare cuperet, tamen sequenti  
anno, C. Domitio, et Camillo Scriboniano Consulibus, res An. V.C.  
apprimè ridicula accidit. Cum enim iam permultos an<sup>78</sup>  
nos lege statutum fuisse, ne uirilim Senatus Calendis Ia-  
nuarijs in acta Imperatoris iuraret, sed uno iuramentum  
præente, reliqui adsentirent, sicut suprà demonstratum  
est, eo anno fecus factum, ex sua omnes sponte, nemine co-  
gentem scorpsim unusquisque fidem dederunt, quasi eò me-  
lius præstito iuramento: Initio enim, ut dixi, ac per ali-  
quot annos neminem omnino passus erat in ea que ad  
Imperium suum facerent iurare. Quin et adhuc risu di-  
gnior res euenit. Decreueré enim ut Tiberius ex suo or-  
dine deligeret quotquot uellet, ac uiginti ex ijs, quos fors-  
tulisset, quoties in Curiam intraret custodes sui haberet,  
Gladijs armatos: nimurum cum extra Curiam omnia mili-  
tari præsidio essent munita, priuatus autem homo nemo  
Curiani iniret, propter quemnam alium, quam scipios,  
ad quos

Crudelitas  
& iniustitia  
Tiberij.

Iuratum in  
acta Impe-  
ratoris no-  
uo modo.

Ridiculum'  
Senatus de  
Tiberio de-  
creatum.

ad quos nimis tanquam inimicos ingredere tur, eam ipsi custodiā addiderūt? Tiberius laudato Senatu, benevolentiaq; ergo gratijs actis, rem ipsam ut insolentē auersatus est, neque enim eō stoliditatis deuenerat, ut ijs ipsis quos odisset, et à quibus maximē odio haberetur, gladios daret. Sane ex his ipsis rebus suspectans eos, (omne enim id quod propter ueritatem adulandi causa fit, in suspicionē incurrit) nultum ualere iussis eorum decretis, prætorios milites ipse, quanquam Sciano fauisse sciret, oratione & pecunia honorauit, quibus promptioribus contra Senatum uti posset. Laudauit tamen iterum Senatum, cum crescissent, ut militibus istis stipendium ex arario solueretur. Tam uero accuratus erat in decipiendis uiciissim suo sermone Senatoribus, ac re ipsa sibi conciliandis militis

Iunij Gal-  
lioni casus. tibus, ut Iunium Galionem, qui sententiam di-  
xisset, ut milites Tiberij exactis stipendijs in subsellijs ex-  
quitum spectacula uiderent, in exiliū miserit, hoc ipso crisi  
mine, quod is militibus persuadere uoluisse uidebatur, ut  
Reipub. potius quam Tiberio studerent: neq; eo contensus  
supplicio, cum Lesbū ire cum accepisset, tutæ ibi uitæ  
Amoenitatē cum subtraxit, et magistratibus, ut Asinium  
pridē Gallū, custodiendū dedit. Utq; et Senatui et mili-  
tibus euidentius ostenderet, quid de utrisq; sentiret, à Se-  
natū paulo post petiit, cōtentī essent cum Macronem scū,  
et Tribunos militum in Curiam introducere, id sibi satis  
fore: at uero ne his quidem indigebat, certus nunquam in  
urbem reuerti, sed et odium illorum et militum bene-  
uolentiam notabat. Confessi sunt hoc Senatores: nam Se-  
natus consulto addiderunt, excuticndos esse qui in Sena-  
tum uenirent, ne quis eorum pugionem sub ala haberet. Id  
Senatus consultum anno in sequenti factum. Tum uero et  
alijs familiaribus Seiani pepercit, et L. Sciano Prætori,  
Marcōque

Marcóque Terentio equiti. Scianus floralibus ad ridendum Tiberium ( caluus enim erat ) omnia caluorum ministerio ad noctem usque peregerat , lunen quoque discedetibus à theatro per puerorum rasis capitibus quinque nullia præbuerat : id Tiberius adeò nulla ira persecutus est , ut omnino se certiorem factū dissimulauerit , quam inde tractura fuit , ut omnes calui Seiani dicerentur . At Varro in ius vocatus propter amicitiam Seiani , tantum à negando absuit , ut ostenderit maximo se consilio coluisse . quem ipse Tiberius in tanto habuerit bonorum : Quis si recte , inquit , fecit ciua amicitia utorsus , neque ego quidem quicquam peccavi : sis imperator a qui omnia explorata habet , deceptus fuit , quid velix . nre . quis que in errore una tractum , cum convenientis notis sit , omnes eos quos is honore dignatur , appare . nihil anxios quales is sint , unumque hunc amicitiae corum terminum statuentes , quod imperatori probantur . Hanc ob excursionem absolutus est . Senatorum suffragijs , accusatoresq; eius uerbis increpati , ad stipulante etiam Tiberio . Idem L. Pisonem , urbis praefectum , defunctum publico funere decorauit , quod alijs quoq; largiebatur . Lucium ei . Quixstorem suffecit , quem dudum exercitui destinatum Romæ detinuerat , idcmq; cum multis alijs egerat , nihil quidem ijs opus habens , tantum ut hegiores eis tribueret uideretur . Interim Vetratio Polione Aegypti praefecto uita functo , ex Cesarianis libertis euidam Tbero ad certum tempus prouinciam mandauit . Ex Consulibus alter Domitius , toto anno gesit magistratum habebat enim in matrimonio Agrippinam , Germanici filiam : in locum alterius alijs alijs suffecit pro arbitrio Tiberij , alijs longius , alijs breuius tempus eius honoris constituentis , idq; ipsum alijs contrahentis , alijs prorogantis : nam etiam si

L. Scianus  
Prætor Ti-  
berij calui-  
ciū irridet.

M. Terentij  
libertas in  
fæda Seia  
ni amicitia.

L. Pisonis  
mortis.

Vetrarius  
Pollio.

Tiberij ma-  
gistratus ua-  
tè cœstituit

Ff

quem ad totum annum Consulem creasset, mox eo deposito, alium, iterumq; alium subinde subrogabat, eo modo Consulatus fr̄e toto imperij eius tempore habitus. Eorum uero, qui ceteros magistratus peterent, electos quot uite debatur, in Senatum misit, alios commendans, iijq; omnium suffragia auctorabant, alios petitioni, professionique & sorti permittens: tum ad populum plebemq; qui utroque modo candidati erant magistratum progressi, anti qui ritus causa, (cuius nunc etiam imago extat) designabantur. Quod si qui aliquando deficerent, aut immodica contentione efferrentur, pauciores solito constituebantur. Anno insequenti, cum Sergius Galba, is qui deinde Imperator factus est, & L. Cornelius Sylla Consulum non men haberent, x v. Praetores fuerunt, idq; multis annis accidit, ut nonnunquam x v i. nonnunquam uno aut duobus plures paucioresue fierent. Ceterum Tiberius et si appropinquauerat Romae, & in locis circumiacentibus uer satus fuerat, ac intra quatuor M. passuum ab urbe absens, non tamen eam iniuit, quamquam filias quoque Germanicireliquas, & filiam Drusi Iuliam nuptum dedisset: ideoque ne ciuitas quidem eas nuptias celebrait festo die, sed Senatus quoque eo die ac iudicia habita sunt. Magna autem cura obseruabat Tiberius eos dies quibus Senatus conueniebat, ne uel tardius ueniret, uel maturius discederet: eaque de re multa ipsis quoque Consulibus scripsit, recitari literas iussis, ut in reliquis etiam negotiis solebat, quasi non posset ad ipsum Senatum literas da

An. V. C.  
786.

Tiberio Ro  
mæ appro  
pinquat, nō  
tamē intrat.  
Julia Drusi  
filia,

re. Mittebat autem in Senatum non modò libellos siti à  
berij quæsi- dclatoribus exhibitos, sed & ea quæ erant questionibus  
tor.

Vibuleni A- à Macrone cognita, ita ut præter condemnationem nihil  
grippi obi- requireretur. At postquam Vibulenus Agrippa eques in  
tus.

Neruēmors ipsa Curia hausto quod ex annulo deponerat uene=

nomor

no mortuus est, Neruaq; consuetudinem Tiberij non ferens præterea, (causæ ei erant cùm aliæ, tum quod à Cæ sare latas leges de contralibus is renouaturus erat, causam angustæ fidei & multorum tumultuum præbituras) multum hortante Tiberio ut animum suum explicaret, nullo dato responso abstinentia uitam finiuit: ibi demum Tiberius for motus Tiberius rem fæneriariam modo statuto temperauit, milliesq; sestertiū Republicæ largitus est, quā pecuniam Senatorij ordinis viri indigentibus citra usuram ad tres annos mutuò darent. Vna item die eos qui inter Delatores una die omnes occisi. latores precipui erāt omnes occidi iussit, ac cum unus, qui aliquando Centurio fuerat, indicium de aliquo deferret, omnibus nularibus ea re interdixit, cùm equitibus & Senatoribus eam concessisset. Hæc laudi Tiberio suerunt iuxta, ac spreti qui propterea decernebatur honores. Cæterū ob libidines, quibus promiscuè in nobiliissimos utriusque sexus effusus erat, male audiebat. Vnū exemplū refutram, Fuit inter amicos Tiberij Sex. Marius, tantis inde diuinijs ac potentia auctor, ut iratus cuidam uicinorum, biduò eum coniuiam habuerit, ac priori die domum illius penitus subuerterit, postridie ampliorem ac splendidiorē refecerit: ignaroq; à quo id factū esset, utrūq; confessus simul dictis ostenderit, cā sibi & ulciscendi, & gratias re ferendi adesse facultatem. Is Marius cum formosam filiam aliquò ablegasset, ne eam Tiberius pollueret, incesti cum ea cōmisi accusatus est, ac cum filia p̄c̄ijt. Ob huiusmodi flagitia turpitudinis incusabatur: at ob Drusum & Agripinam necatos, crudelitatis. Etenim cum que prius id genitus perpetrata erant, omnia homines Seiano accepta referrent, eoq; sublato saluas res fore sperarent, postquam de corū quoq; cede rescuerūt, quodq; non modò in Mau solo condi eorum reliquias prohibuisset, sed occultari

Libidines  
Tiberij.  
Sex. Marij.  
potentia &  
interitus.

Drusus & A  
grippina à  
Tiberio necati.

Munatiz  
Plancine in  
teritus.

Caium Cali-  
gulam, Tibe-  
rius ad Im-  
perium pro-  
mouet.

Tiberius ne-  
potem suum  
Tibetid cur  
neglexerit.

Tiberij o-  
dium in po-  
stericatem.

etiam in terram defossas iu<sup>s</sup>isset, ne inueniri possent: simmo dolore icti fuerunt. At Agrippinæ obitus, Munatia Plancine necem traxit, quamvis ci*iam ante* Tiberius infensus, non Germanici, sed alia de causa, tamen usura uitæ frui passus fuerat, ne eius mors Agrippinæ gaudio esset.

Caium quoque Cesareni non inter primos Questorem fecit, attamen ad reliquos magistratus quinquennio quam leges ferrent maturius se cum eucœtum pollicitus, orato etiam Senatu, ne cum multis ac intempestiis honoribus extollerent, quam rectam uitæ cursu non tenendi esset occasionem habiturus. Erat ipsi nepos etiam nomine Tiberius, uerùm eo ex propter etatem ( puer enim erat adhuc ) ex propter suspicionem, quod non credebat Drusis sanguine natus, neglecto, Caio tanquam Imperij potiuro deditus erat, eò magis, quod Tiberium haud diu uicturum, ac ab ipso Caio interemptumiri compertum habebat: nihil enim corum que Caio essent euentura ignorabat: ex quodam tempore ei cum Tiberio litiganti. Tu quidem, inquit, hunc occides, te uero ali. Enim uero neque alium quenquam sanguine sibi coniunctorem habebat, ex sciens Caium pessimè uicturum, haud illibenter Imperium ei fertur tradidisse, ut ex sua facinora Caij grauioribus flagitijs occultarentur, ac reliqua pars Senatus, nobilissimus quisque etiam post suam mortem interficeretur. Sæpe uero recitasse memoratur antiquum hoc:

*Me misceatur igne terra mortuo.*

Priamus Ti-  
berio felix.  
Priamus quoque crebro beatum dixit, cuius interitus cum exitio patricie et regni totius fuisset coniunctus. Evidem que ex tempore euenerunt, fidem iis faciunt que de ex scripta ita sunt. Tantus enim sub Tiberio Senatorum, ne reliquos dicam, numerus perire, ut forte ducli provinciarum præfeci, Prætorij quidem per trien

tricennium, Consulares per sexennium prescribunt, cum non suppeterent successores: ne iam electos ab ipso recesseram, quibus in plurimos annos imperium prorogatur. Inter eos qui tum necati sunt, Asinius etiam Gallo fuit, cum quo uix tandem ( ita enim ipse Tiberius dicebat ) in gratiam redierat: adeo enim res redierat, ut uita pro supplicio, mors pro beneficio essent. Vice si An. V. C.  
mo anno Imperij, cum frequens in Albano & Tusculi esset, in urbem non uenit. Sed Consules L. Vitellius,  
787.  
 & Fabius Priscus, decennium nuncupauere, tanquam ei, ut Augustio usitatum, tunc Imperium prorogarent. Verum hi ludos decennales simul & celebrarunt, & poenas dederunt. Nam rcorum iam nullus absoluatur, omnies damnabantur, plerique ex literis Tiberij, & que questionibus actis Macro compertisse sibi erat, reliqui ex ijs, que Tiberium & Macronem uelle suspicabantur: rumorque uagabatur, ideo ipsum Romanum non ingredi, ne presenti damnationes pudori essent. Alij igitur a carnicibus necabantur, alij sibi mortem ipsi consciiscebant:  
 inter quos Pomponius Labeo, qui à Praetura Mysiae octo annos presuerat, cum unā cum uxore, quod se pecunia corrupti passus esset, arcesseretur, uoluntaria mortis eam sociam habuit. At M. Aemilius Scaurus: neque pruinciae malae administratæ, neque donorum acceptorum reus, ob Tragediam à se scriptam postulatus, grauiora his que composuerat mala perpetius est. Atreus carmini titulus erat: eius subditorum quendam monebat Euripides istis uerbis, ut stultitiam imperantis ferret. Id cognitum Tiberius, in se conditum poema dicebat, Atreique se propter patratæ parricidia nomine notatum, sed Aiacem se de Scauro facturum: compulitq; ad sibi ipsi inferendas manus hominem, non hoc obiecto, sed adulterio Liuilla. Liuilla mul  
tis exitij causa.

Multi enim propter hanc, alij uero, alij conficto criminis  
 Drusum se pœnas dederant. Eo Romæ rerum euentu, ne subditi qui-  
 quidam iactans, tur- dem quieuerunt. Drusum quidam se adolescens iactabat:  
 bas mouet.  
 An. V. C. 788. is per Græciam & Ioniam uisus, ab urbib. ultrò acceptus,  
 Caij Caligu & auxilio firmatus, in Syriam haud dubiè uenisset, exct  
 lœ nuptiæ. citusq; occupasset, nisi quis cum agnatum detinuissest, &  
 Fulcinij ad Tiberium misisset. Secuti Consules C. Gallus, M. Ser-  
 Trionis in- uilius. Tiberius Antij nuptas Caij Caligule celebrauit.  
 teritus.

Nam ne harum quidem nuptiarum causa Romam uenire  
 uolebat, quia Fulcinius Trio, qui amicus quondam Seia-  
 ni, ipsi propter quadruplationes gratissimus, die dicto  
 metuens accusatores, uita scipsum exuerat, multis in  
 testamento suo in ipsum Tiberium, multis in Macro-  
 nem conuicijs relictus. Id testamentum cum non auderent  
 publicare, ipse ubi quid scriptum in eo esset cognouit,

Tiberius cō  
 uicia sibi fa- in Senatum afferri iussit: minime conuicia ista curans,  
 a publicat qui occultas etiam de se querelas sepius in uulgus edi-  
 Sabini Pop- tanquam laudes suas, uolebat. Hec certè ipsa quoque  
 pax interi- quæ Drusus in tantis niserijs & malis uerba protulisset,  
 tuis. utriq; ad Senatum scripta misit. Poppæus porrò Sabinus, qui  
 Regulus. ad id usque temporis per omnem frè Tiberij principa-  
 tum Myſie utriq; & Macedoniæ præfuerat, gratissimum  
 habuit nece sibi ultrò conscientia, iudicia omnia evitare. Et  
 in præfectura Regulus successit: nam Macedonia, &, si  
 quibusdam credimus, Achaia extra sortem prouincie da-  
 bantur. Sub idem tempus Artabanus Parthie rex mor-  
 tuo Artaxa, filio suo Arsaci Armeniam dedit, idq; cum à

Artabani Parthus Ar- Tiberio impunè tulisset, Cappadociam quoque atten-  
 meniani in- uuit, & superbius Parthos tractauit. Itaque nonnulli des-  
 uadit. Arsaces. Mithridates Iberus. cerunt ab eo, & missis ad Tiberium legatis, regem sibi  
 unum ex obsidibus petierunt. Iis statim Tiberius Phra-  
 tem, eo in itinere mortuo, Teridatem regij & ipsum ge-  
 neris

neris misit: cui ut expeditius regnum adire liceret, Mi-  
thridati Ibero scripsit, Armeniam inuaderet, ut Artaba-  
nus dum filio opitularetur, domo abstraberetur, atq; ita fa-  
ctum est. Neque tamen diu Tiberidates regnum tenuit: ete-  
nim Scytharum auxilio cum Artabanus non magno labo-  
re expulit. Armenia autem Mithridati data est, filio, ut ui-  
detur, Mithridatis Iberi, fratri Pharaismanis, qui ei in re= Pharaisma-  
gno Iberia successit. Sex. Papinio, Q. Plautio Consulis  
bus, Tiberis multas urbis partes aqua repluit, ita ut na= Pharaisma-  
uib. per uiae essent, incendio lögè plura propter Circum ex An. V. C.  
Auentinum perierunt: itaq; Tiberius nullies festertium ijs  
qui damnum inde tulissent leuandis impendit. Quod si Tiberis inu-  
Aegyptie etiam res ad Romanos attinente, eo anno ibi datio.  
Phœnix apparuit. Hæc omnia uisa sunt mortem Tiberij Incédiū.  
prænunciare. Nam tunc Thrasyllus, Tiberius autem an= Phœnix ui-  
no in sequenti Cn. Proculo, Pontio Nigrino Consulibus suss.  
mortem obiit. Cæterum Macro permultis, ac inter eos Thrasylli  
Domitio insidias tetenderat, criminibus et quæstionibus obitus.  
falso paratus: qui omnes morte multati fuissent, nisi Thra- An. V. C.  
syllus sapientissime Tiberium tractasset. Quippe cum 790.  
diem et horam suæ mortis præcise indicasset, Tiberium  
decem adhuc annos uicturum affirmauit, ut spes longioris  
ris uitæ eorum necem non properaret. Neque id consilium  
irritum fuit: nam Tiberius existimans fore, ut per ocium  
posset omnia quæ statuisset perficere, nihil fuisse inuit: ne-  
que offensus est, cum Senatus iudicium distulisset, quia  
rei quæstionibus contradixissent. Etenim quedam mulier  
cum scipsum sauciasset, in Curiam illata est, atque inde in  
carcerem abducta obiit. L. Arruntius etate et moribus I. Arruntii  
grauius, mortem sibi consciuit, quamquam iam agrotan= obitus.  
te Tiberio, ita ut spes nulla morbo leuatuiri esset: tamen  
quia Caij maliciam norat, maluit ante quām cum expe-

riretur, vita concedere, non posse se in senectute sua dor-  
minum, cùmque talem, ferre dicens. Reliqui partim iam  
damnati, quia tamen intra decimum diem morte afficere  
eos prohibitum erat, partim cum graui morbo Tiberium  
Mors Tibe- conflictari nunciatum esset, dilato iudicio evaserunt. Mi-  
rij. seni mortuus est Tiberius, antè quam de iis causis resci-  
ret, cùm diu iam ægrotus, tamen sperans ad id tempus  
quod Thrasyllus prædixerat se uicturum, neque medi-  
cos consuluisse, neque uictus rationem mutasset, sed se-  
pumerò, ut senectute & morbo haud acti sensim tabe-  
scens, imbecillitatem cum ualitudine mutasset. Eò mul-  
tis alijs, Caio autem in primis modo sphen moriturus, mo-  
rī accele- dō metum uicturus obiecerat. Ideo Caius metuens, ne  
rat. uerè ualitudinem recuperaret, cibum petenti negavit,  
scilicet damnum si obtulisset, laturo : in ictisque multis  
ac densis uestimentis, tanquam calefactione egenti, suffo-  
cauit eum, nonnihil etiam Macronis auxilio usus, qui  
adolescenti iam obsequebatur, male tum affectio Tiberio,  
cùmque antè in amorem uxoris suæ Eniae Thrasylle  
pellegerat. Quod ipsum suspicatus ita esse Tiberius, Be-  
ne tu, dixerat, qui sole occidente relicto, ad orientem  
te confers. Ita Tiberius, homo multis uirtutibus, multis  
uitijs præditus, utrisque peculiariter usus, mortuus est  
vii. Cal. Aprilis. Vixit annos L X X V I I . menses qua-  
tuor, dies nouem. Imperauit annos X X I I . menses V I I .  
ac dies totidem. Publico funere elatus est, habita oratione  
in laudem ipsius à Caio.

DIONISIUS.



DIONIS ROMANAЕ  
HISTORIAE LIBER Q VIN-  
quagesimus nonus, Gulielmo Xy-  
landro Augustano in= terprete.

INDEX CAPITVM HVIYS LIBRI:

De Caio Cæsare Caligula.

Vt templum Augusti dedicarum fuerit.

Quomodo Mauritaniz à Romanis regi cœperint.

De Caij Cæsaris morte.

Anni reliqua parte hæc gesta, C. Ackeronio, & Pontio Nigri-  
no Collatum tribus aliis, quibus Consulatum gessere,

791. M. Aquila C.F. Iulianus.

An.V.C.

P. Nonius M. F. Asprenas.

792. C. Cæsar Germanicus I I.

L. Apronius L. F. Celianus, siue Cestianus.

793. C. Cæsar II I. solus.

794. C. Cæsar III I.

Cn. Sentius Cn. F. Saturninus.

Hic annus non annumeratur, quia pleraque eius acta in libro  
L X. referuntur.



I B R R I O succedit Caius, Germanici  
& Agrippinæ filius, quem Germaniz  
cum quoque, & Caligulan dictum fuisse  
se ostendimus. Reliquerat sancte Tiberius  
nepoti suo Tiberio principatum, sed  
Caius testamentum id per Macronem in Senatum misit,  
idque Consulum, reliquorū inque ante ad hoc præparato  
rū sententijs irritū iudicari fecit, in qua ab homine mētis  
impote conditū, qui Imperiū puerō, cui ne in Curiā esset  
per etatē aditus, legasset. Ita Tiberiū imperio tūc exutū,

C. Caligula  
Imperium  
excipit.  
Viberij te-  
flamentum  
irritum fa-  
cum.

Tiberius post adoptatum sibi occidit. Quanquam Tiberius eandem Druli F. à sententiā suam multis modis perscripscrat, quasi uires ita Caligula & habiturā, quæ omnia scripta in Senatu tūc sunt à Macro- In. perio & vita spolia- ne recitata: sed nihil consilij aduersum ingratitudinem  
 Liuius testa- hominum & uim posteriorum ualeat. Ita Tiberio ea euene-  
 mentum à Tiberio ir- runt, quæ ipse matris sue fecerat, nisi quod is nemini quic-  
 ruit factū. quālegatorum eius testamento dedit: atque ipse alijs le-  
 gasset, excepto nepote, omnia persoluta omnibus sunt,  
 evidenti indicio, omnem de testamento actionem nepotis  
 eius causa adornatam fuisse: nam cum sat. compertum  
 Caius haberet testamenti eius sententiam, possetque id  
 supprimere, tamen quia multi erant concij, ipse inui-  
 diam eam subiturus, maluit Senatus auxilio id ceterere,  
 quam occultare, eique culpam imputari. Ceterū legata  
 omnia quasi ex suo omnibus persoluens, liberalitatis a-  
 pud homines opinionem sibi parauit. Itaque statim exer-  
 citio Prætoriarum cohortium coram Senatu edito, lega-  
 tum ijs distribuit, mille in singulos nummos, additis totis  
 à se: populo quadringentis quinquagies sestertiis  
 (id enim legatum erat) ac uirilim sexagenos denarios,  
 quos cum ipse uirilem togam acciperet non persoluerat,  
 cum fœnoris causa additis quindenisi denariis numerauit:  
 urbanis milibus, & nocturnis custodibus, tum legio-  
 nibus extra Italiam, & urbanis alijs milibus qui in  
 oppidis minoribus erant, simuliter legatum represe-  
 uit, urbanis scilicet uirilim quingenos sestertiios, reliquis  
 trecentos. Liue quoque testamento legata exoluit: po-  
 tuisstq; magnificus & animo alto præditus haberet, si re-  
 liquas etiam pecunias conuenientibus impendijs absum-  
 psisset: (nam etsi metu populi & mulitum non nihil ad hec  
 facienda esset compulsus, tamen magis uoluntas in cau-  
 sa fuit, cum non bis modò, sed priuatis etiam, nec à Tibe-  
 riō tñ

Liberalitas  
Caligulæ.

rō tantum, sed à proavia quoque sua legata omnia per= Prodigall-
 solueret.) nunc statim revocatis histriōnibus, equis, gla- tas Caij.
 diatorib⁹que & alijs huiusmodi rebus immodicē pecu= Histriōne
 niā impendens, & thesauros maximos brenūissimo tēpore seducl.
 exhausit, & demonstrauit priora quoq; ista non iudicio,
 sed prodigalitate à se facta fuisse. Quippe uicies ter mul-
 lies festertiū (ali⁹ tradunt uicies semel nullies festertiū,
 ac C C C x x. in super festertia) cū accepisset in thesauris,
 nullam eius summae partem in tertium annum seruauit, Ingens sum
 quin altero statim anno magna inopia laborauit: codēmq;
 modo alijs omnibus in rebus usus est. Nam cum initio se
 maximē popularē ostentasset, adeo ut nihil ad Sena-
 tum aut populum scriperit, neque ullum imperator⁹
 nomen usurpauerit, mox ita Regios mores sumpsit, ut o-
 mnia quæ tanto imperij sui tempore Augustus, uix ea
 quidem, & singulatim sibi de c̄reta accepit, quorum non=
 nulla Tiberius quoq; recusauit, omnia uno die arripuerit,
 tantum patris nomine, neque in longum tempus dilato. A-
 dulterijs fuit inquinatissimus, uxores unam pactam alijs,
 reliquas ab aliorum coniugio auulsas habuit, eāsq; deim- Caij. Adul-
 de omnes unica excepta odit, ne hanc quidem si diutius teria.
 uixisset, odij immunem passurus. In m̄trem, fratres, & Pieras in
 uiāmque Antoniam per multa pietate usus est: nam hanc
 Augustam statim, & sacerdotem Augusti fecit, omnesque
 Vestaliū honores tribuit: eosdē sororibus quoque suis dea-
 dit, utque sibi in ludis equis tribus spectandis assiderent,
 ut uota quæ quotannis magistratus & pontifices pro ipa-
 sius & publica salute nuncupant, ac iuramentum quod
 in eius imperium præstat, ad eas etiam spectarent: offe-
 matris & fratrib⁹ defunctorum ipse eō nauē adiectus
 sua manu legit, & Romā allata in Augusti sepulcro co-
 dedit, pretextam amictus, ac lictoribus ornatus tanquam
 in triuīs

in triumpho quodam: omnia contra eos decreta, aboluit,  
 insidiatores eorum omnes suppicio affectit, in exilium  
 eorum causa pulsos reuocauit. Hec tamen omnia, extre-  
 mis in auiam & sorores flagitijs contaminauit. Auiam  
 enim, quod esset ab ea uerbis corruptus, ad mortem uo-  
 luntariam cōpulit: sorores suas omnes uitiauit, ac duas in  
 insulam quandam exposuit, certia morte id praeuertit:  
 ipsum Tiberium, quem auum suum appellabat, cui omnes  
 Augusto oblatos honores decerni petebat, cum hi non sūt  
 tim essent decreti (nam ad ipsius aduentum patres cā rem  
 extraxerant, nondum satis ciuius sententia perspecta hono-  
 res neque dare, neque adimere Tiberio ausi) nulla alia  
 prequam publica sc̄pulta decorauit, nocti eius corpore  
 acta, in urbem allato, & manē proposito: quam enim funerē  
 habuit orationem, ea non tam Tiberij laudes, quam Ah-  
 gusti & Germanici memoria apud populum renoun-  
 tionem, suique commendationem continuuit. Adeò autem  
 contrarius sibi ipse in omni re fuit, ut cum libidines Ti-  
 berij, & parricidia conuicijs agitasset, non imitatus mo-  
 dō ea fuerit, sed excesserit: & que in eo laudauit, nequa-  
 quam secutus est. Primus omnium contumelijs & probris  
 Tiberium proscidit, unde alij rem gratam se Caio factu-  
 ros rati, libertate dicendi magis temeraria usi sunt: di in-  
 de ita laudibus eum extulit, ut nonnullos dictorum causas  
 mulctauerit: iuxta & eos propter maledicta tanquam  
 inimicos Tiberij, & qui cū laudassent, quasi amicos, odio  
 habuit. Maiestatis legem sustulit, ita tamen, ut permelitos  
 ob id crimen necauerit, ut horum etiam, qui contra pa-  
 trem, matrē, fratresq; suos conspirassent, tametsi iram his  
 renuissē se, & combusisse literas eorum perhiberet: &  
 sane literas nonnullas aboleuerat, non tamē ipsa inimico-  
 rum manuscriptas, in quibus ad conuincendum eos cui-  
 dentia

dentia erant argumenta, sed ab his rescripta exemplaria.  
Idem cum initio prohibuisset, ne qua sui effigies fieret,  
deinde ad statuas sibi ponendas ita delapsus est: ut passus  
sit decretum de sacrificando fortune ipsius in columnam in-  
cidit, iussitque templo sibi extrui, et rem sacram, tan-  
quam Deo, fieri. Modò frequētia hominū, modo solitudi-  
ne gaudebat: siue peteretur aliquid, siue nemo quicquam  
cū posceret, stomachabatur: res quasdam celeritate sum-  
ma aggressus, aliquoties ignauissimè tractauit: pecuniam  
ut profudit, ita turpisimis rationibus confecit: adulatoris-  
bus et libero ore loquentibus ex aequo gaudebat ac  
succēsebat: multorum in se grauiores iniurias cede ultus  
est: amicorum alios nimia adulazione, alios immodicis in-  
iurijs habuit: ita nemo erat, qui sciret quo pacto cum co-  
loqui aut agere deberet: ac si quis prosperè id fecit, man-  
gis fortuna quam consilio hoc affecetus est. Tali ergo Ro-  
mani tunc traditi sunt imperatori, ut Tiberij acta, quam Caius Tibe-  
rius molestissima ea, tantum à uitis Caij absuerint, quam-  
tū ab Augusti virtutib. Tiberius. Nam Tiberius ipse Im-  
perium gerebat, aliisque ministris ad suam voluntatē ex-  
quendam utebatur: Caius ab aurigis gladiatoriisq; re-  
gebat, seruus histrionum et scenicorum hominum. A-  
pelem quidem, Tragedorum ea etate principem, sem-  
per et in publico secundum habuit, deinde seorsim ipse, seors-  
im histriones, omnia ea que huiusmodi homines poten-  
tiam nati agre ausint, peregerunt: que ad eam rem per-  
tinebant, ipse preciosissimè quecumque occasione suppedit-  
tauit ac constituit, coegitque etiam prætores ac Consules,  
ut ea pararent: itaq; ferè quotidie fabula aliqua acta fuit,  
Principiò ipse spectatorem tantum se, ac auditorem præ-  
buit, ac studio suo, quasi unus ē turba hominum, aut fa-  
uit cuidam, aut restitit, ita ut aliquando aduersarijs ira-  
tus ad

630  
tus ad spectaculum non uenerit. Procedente tempore multos imitatus est uarijs in rebus, cum multis certauit: nam et aurigauit, et pugnauit, et saltauit, et Tragœdiam egit, semper hæc tractans. Semel noctu primoribus Partum quasi ad necessariam deliberatione uocatis, coram saltauit. Eo anno quo Tiberius obiit, et ipse principatum ceperit, primum Senatores, presentibus in Curia equitib. etiam, ac nonnullis de plebe, multis uerbis adulatus est, cōmunicaturum se cum eis imperium, omniāque ad placitū eorum acturum, filii: mque se, et alumnū eorum dictitans.

**Caligula**  
promissa ad  
Senatum.  
**Q. Pompo-**  
**nus.**  
Agebatur tunc etatis annum x. x. v. quinque adhuc ad eum explendum mensibus et diebus quatuor indigens: drinde eos qui in carcere erant dimisit, inter quos fuit Q. Pompeius. septem totos annos à Consulatu suo ibi miserè habitus: actiones lese maiestatis, quibus urbem maximē uexari uidebat, sustulit: libellosque de ijs à Tiberiore relatos cōgestos exuissit, ut quidem præseferrebat: addens eò id à se factum ut ne si omnino quidem uellet propter matrem aut fratres quenquam ulcisci, id posset. Ob hæc laudatus, quia spes erat uera hæc cum promittere, neque posse per etatem suam aliud sentire quam dicere, auxit spes hominum, ius sitq; Saturnalia per quinque dies agi: accepitq; ab omnibus ijs quibus frumentum ex publico dabatur, os bolum pro eo denario, quem ad imagines ei faciendas cōferebant. Conseruim ei Consulatus abrogatus, Proculo et

**Consulatus**  
**Caij & Clau-**  
**dij Cesarū.**  
**An. V.C.**  
**790.**  
Nigrino decretus est, utque eum deinceps quotannis ge-  
reret: neque uero ea recepit, sed cum sex mensibus ij (ad  
hoc enim tempus Consulatum acceperant) Consules fuissent, ipse dcinde Consulatum iniit, collega adsumpto Clau-  
diu patruo. Is Claudius ad id usque tempus in equestri  
ordine uixerat, et ab eo missus legatus ad Caium post  
mortem Tibcrij, tunc primum, annos iam natus x l v i.  
Senator

Senator unà Consûlque factus est. Bene hæc egisse Caius  
creditus, initio Côsulatus cam ad Senatum habuit oratio-  
nem, singula Tiberij uitia pestringendo, & multa de se  
pollicendo, ut Senatus ueritus ne mutaretur, Senatus con-  
sulto facto iusserit quotannis eam recitari. Deinde Caius  
habitu triumphali templum Augusti dedicauit, nobilissi-  
mis pueris ætate florentibus cum uirginibus eiusdem or-  
dinis hymnum canentibus : epulumque Senatoribus, &  
earum uxoribus, ac populo datum. uariaque spectacula  
edita. Nam & omnis generis musica introducta, & equi  
certauerunt duabus diebus, priore uicies, posteriore (na-  
tal is enim erat Caij) uicies quater: ea fuit dies pridie Ca-  
lend. Septembri. Idq; posthac etiam quoties uoluit, Ca-  
ius fecit, cum ante tatum duodecies certaretur. Vrsæ quo-  
que tum cccc. ac totidem aliae sive Africæ sunt inter-  
fectæ. Patricij pueri Troiā luserunt: sex equis tractus est  
currus triumphalis quo Caius uehebatur. nunquam an-  
tè usitatum. Ipse autem metas aurigis non constituit, sed  
præsidens cum sororibus & collegis in sacerdotio Augu-  
stali spectauit. Ac ne qua ulli excusatio esset non ueniēdē  
in theatru, (nam & gerrimè id ferebat, si quis abesset, aut  
spectaculo nondum finito discederet) iustitium indixit, lu-  
ctus inhibuit, ita ut liceret uiduis nubere intra constitu-  
tum quondam tempus, siquidem non essent prægnantes:  
interdixit etiam id, quod aliás receptum erat, ut obuij in  
uijs Imperatorem salutarent, quo nimurum facilius ad  
theatrum iri posset. Permisit etiam, ut qui uellent discal-  
ceati spectarent, deductum ab antiquo more, quo iudicia  
etiam ita & estate obire dabatur: atque ipse etiam Augu-  
stus saepe ludis & stiuis ita interfuerat. à Tiberio omissum.  
Tunc etiam primùm Senatoribus ne nudis afferibus insi-  
derent, puluimaria subdit, usque pilorum. Thessalico-  
rum

Augusti te-  
plum dedi-  
catum.

rum concessus in theatris, ne solis ardore laborarent: qui sicuti esset uehementior, diribitorio pro theatro usi sunt. Hec in Consulatu egit Caius, quem gesit duos menses, ac dies x i.i. reliquam semestris temporis parte ijs, qui iam antea ad id designati fuerant, tradidit. Post morbo confli-

Tiberius  
Drusus F. T.  
N. à Caio  
occisus.

tatus mortem euasit; at Tiberius, qui iam ex ephebis ex- cesserat, ac princeps iuuentutis creatus fuerat, quemque adoptauerat etiam, interfecit, eo criminis oneratum, quod morte ipsius opt. fuisse ac sperasset: codemq; pretextu mul-

Antiochus.  
Agrippa He-  
roidis ne-  
pos.

tos etiam alios uiti frollauit. Qui enim Antiochus Agrippam Herodis nepotem, filio Commagenem paternum regnum adiecit Ciliciae maritimis dabant, qui Agrippam Herodis nepotem. vinculis, que ei à Tiberio fuerant indita, liberabat, et aui principatum ei reddebat, ideni fratrem, imb. uero filium suum non modo paternis bonis, sed uita etiam priuauit: ne cōsulto per literas quidem Senatu. Idemque cum alijs multis egit. Atq; tunc Tiberius, quod insidiatus esset Caio

P. Afranius per occasionem morbi, cœsus fuit. Sed P. Afranius Potitus Potiti, & As. plebeius homo, qui stulta adulatio inductus non mori interitus, domo uolens, sed iurciurando etiam se se obstrinxerat uita cœssurum, si Caius reuatur esset. Afraniusque Secundus eques, qui promiserat se depugnaturn gladiatorijs ludis salutem Caio redditum, uterque spe pecunie à Caio accipiente, uitam suam pro eius anima se daturum pollicitus, coadili sunt pronissum per soncre, ne per irarijs se alligaret. At so-

M. Silanus Sacer Caij iurauerat, tamen molestus ei propter uirtutem ex affinitate voluntate, id est que ludibrio habitus, manus sibi intulit. Hunc in tanto honore Tiberius habuerat, ut nunquam sine sententiam de causa, in qua facta ab eo fuisset provocatio, uo lucerit: uerum ei omnes huiusmodi causa remiserit. Caius uero cum alijs magnis cum contumelij affecterat (quanta-

quam tam benè de eo sentiens, ut auream pecudem uocaret) tum ne primus sententiam diceret (qui ei honos ab omnibus Consulibus propter etatem et dignationem habebatur) antiquauit eam consuetudinem, quas is qui de re aliqua ad Senatum reculisset, sententiam aliquem Consularem primo aut secundo loco, ut uisum ei fuisset, rogabat: instituitque ut Consulares a quo iure cum reliquis secundum ordinem magistratus sui censerent. Filia quoque eius electa, Corneliam Orestillam, Iohonso C. Calpurnio Pisoni ex ipsis nuptiis (intererat enim) creptam duxit, uerum ante exitum secundi mensis, eam ad Pisonem relegauit: quod coüssent medio tempore: Pisoni concessit ut secum decem seruos atducaret: cumque is plures

Consularis-  
b' dignitas  
sua adépta.  
Caij secunda  
vxor Corne-  
lia Orestilla-  
la.  
C. Pisonis  
& Orestilla  
exilium.

Anno V. C.

791.

peteret, liberum fecit ut haberet quot uellet, addito totidem ei milites adfuturos. Anno inséquenti Consules ex his qui designati fuerant, facti sunt M. Aquilius Julianus, et P. Nonius Asprenas: atque hi quidem in acta Tiberij non iurauere, ideoque ea irrita habita sunt (neq; enim uel res cenduntur.

Tiberij acta  
res cendun-  
tut.

de Augusto et Caij reliqua pro more facta, iuratumq; ab omnibus, Caij se ciusq; sorores scipisia et liberis suis antehabitueros, uotaq; pro iis omnibus concepta. Prima anni die Machaon quidam seruus ad puluinar Louis Ca= Machaonis  
pitolini adscendit, multaq; et dira uaticinatus, catellum predictores.

quem secum intulerat, ac post se ipsum iugulauit. Caius Caij lauda-  
autem hec egregie et laude digna fecit. Rationes publi bilia fau.

caru pecuniarum iam inde à secessione Tiberij non uulgatas, exemplo Augusti omnes conscripsit et edidit: incēdiū auxilio militum restinxit, damnumq; passis opitulatus est: cum ordo equestris diminutus esset, ex omni suo et tian: extra Italiam imperio multos affinitatibus et opibus auctos primores in eū allegit, quibusdāq; eoru usum

Gg

uestis Senatoriae, antequam magistratū ullum gefessent, quo in Senatum aditus paratur, concessit, ut spem Senato-  
riæ dignitatis haberent adipiscende. antè id solis patri-

Comitia po-  
pulo reddi-  
ta.

Centesimæ  
sublatæ.

Tesseræ pic-  
az.

Caij mala  
facinora.

Crudelitas  
Caij.

cis permussum. Comitia quoq; populo plebique redditum, abrogatis Tiberij ea de re constitutionibus tributum cē-  
tesimarum sustulit: ludis Gymnicis tesseras proiecit in  
uulgas, quas qui arripuissent, eos multis donis affecit.  
Fuere hæc grata hominibus deterioribus: at prudentibus  
dolorem attulerunt, cogitantibus si rursus in multitudi-  
nis potestate magistratus fierent, absumptisque iis que  
essent ærario pecunius, etiam pensiones peculiares ceſſar-  
rent, multa mala euentura. Contrà hæc eius facta ab om-  
nibus culpabantur. Gladiatoriam operam à plurimis po-  
ſcebat, impetrato hoc à Senatu, & non modo uirum cum  
uiro, sed quasi acie quoque eos conſertim committebat. Li-  
ber à legibus omnia agebat ex animo suo, nec abatq; cùm  
alios multos, tum X X V I. equites, qui partim suas fa-  
cultates decoxerant, partim armis dimicabant: neq; tam  
atrox uisum id facinus propter numerum, quamquam ef-  
ſet ſacuum, quām quod ſumnam ex iſtis cædibus uolupta-  
tem cepit, ſanguinis effuſi ſpectaculo citra faciētatem  
intentus. Eadem à crudelitate profectum est, quod aliquā-  
do deficientibus iis, qui ad belluas damnabantur, iuſſit ex-  
turba que tabulis adstabat quos dā abripi, & feris proii-  
ci, præcisis antè linguis, ne clamare aut accusare quic-  
quam poſſent. Qyendam illuſtre equitem digladiari  
coegit, qu-.si in matrem ipsius Agrippinam eius iniur-  
ia extante, uictoremque accusatoribus tradidit, & in-  
terfecit: patrem eius innoxium in cauea incluſum, ut per  
multos alios, interemit. Exhibuit autem ſpectacula iſta  
primum in Septis, effoſſo omnilioco eo, & aqua replete,  
ut unam nauim introducere poſſet. pōst alibi etiā maxi-

ms

ma ædificia demolitus, tabulata fixit, contempto Tauri  
 amphitheatro. Hæc ei, & sumptus, cædésque uitio datæ Macro &  
 sunt: idq; præterea, quod Macronem ac Enniam, neque Ennia ad  
 amoris huius, neque illius beneficiorū, qui'us etiā ipsum morē ada-  
 Imperium consecutus fuerat, ad mortem uoluntarium a-  
 degit (quanquam Aegypto Macroni mandati) & ea in-  
 famia onerauit, cuius ipse maxima in parte futurus esset,  
 obiecto nimirum eo crimine, quod stuprorū cōciliatores  
 fuissent. Multi autem alij pars damnati, pars ante iudicium  
 occidebantur, prætextu propter parentes & fras-  
 tres Caij, ac eos qui propter hos periūssent, re ipsa pro-  
 pter diuitias. Erant enim exhausti iam thesauri, neq; et  
 quicquam satis. Hi uero conuincebantur uel falsis testi-  
 bus, uell literis, quas se prius cremassæ Caius dixerat; aliis  
 mortis causam morbus, quo priore anno Caius laborarat,  
 sororis uel Drusillæ obitus ferrebat. nā præter alia id quoq;  
 supplicium inueniebat, si quis iis diebus cōiuio quenquā  
 accepisset, aut salutasset, aut lauisset. Drusilla maritus  
 fuit M. Lepidus, cum quo mutui stupri consuetudo erat  
 Caio, sed rem quoque frater cum ea habebat: tunc mortuā  
 maritus laudauit, publicam sepulturam frater tribuit, ac  
 Prætoriani milites cum suo tribuno, ac seorsim equester  
 ordo, seorsim patricij pueri Troiæ decursione circū tu-  
 mulū eius obequitârūt. Decreta ei omnia que Liuic, ac  
 insuper ut immortalis haberetur, aurea in Curia effigies  
 eius poncretur, ut in foro imago Veneris staturæ eius &  
 qualis collocaretur, iisdemq; honorib. coleretur, peculia-  
 re fanum ei ædificaretur; eaq; statuis sacris nō modò uiri,  
 sed mulieres etiam uenerarentur, ut mulieres eam iurar-  
 ent, quoties aliquid sacramento confirmarēt; ut natali  
 eius die ludi Megalensiū similes fierent, epulūq; Senatui  
 & c. iuitibus daretur. Itaq; tūc Pāthea vocata est, & di-panthea.

Drusilla  
 Caij soror,  
 eius mors,  
 honorēsque  
 habitu, &c  
 des ob'eam  
 editæ.  
 M. Lepidus.  
 Honores  
 defunctæ  
 Drusillæ tri-  
 bui.

Luius Gemi*nus se Drusilla vidit* honoribus per omnes urbes culta. At Luius Gemius Senator, uidisse se eam in coelum adscendentem, ac cum in coelum Diis conuersantem iuravit, perniciem sibi liberisque, si uanum id asseruisset, imprecatus: uocatisque ad hoc testibus cum aliis Diis, tum ipsa Drusilla: ob id donatus est decies secessit. Ii honores ei a fratre habiti, ludicis qui tum erant edendi, neque eo tempore, quasi nefas, neque poste a facili. Omnes autem homines in culpam incurabant, siue modesti siue leti esse sentirentur. nam et lugere eam, quippe deam, et non lugere, nimurum hominem, uitio dabatur. Quid tum euenerit, ex hoc uno colligi potest, quod quidam ob aquam calidam uenditam impiciatis reus factus, et a Caio trucidatus fuit. Paucis interpositis diebus Caius Lolliam Paulinam duxit, coacto eius marito Memmio Regulo, ut eam sibi traderet, ne preter leges uidelicet non desponsam duceret; atque hanc quoq[ue] statim missam fecit. Interim Soemus Arabum Itureorum regnum, Cotyri Armenium minorem, ac deinde nonnullas Arabic partes, Rhymetalci Cotyris ditionem, Polemoni Polemonis filio paternum imperium ex Senatus consulo uidelicet tribuit. Ipse in foro pro tribunali in sella inter Consules sedens, cortinis sericis, ut quidam prouidere, utebatur: accum forte multum coenii in angiporto quodam uidisset, iussit id in uestem Flauij Vespasiani, cui tum Aedili purgandorum angiportuum cura incumbebat, conuici. id sic actum, ad praesens obseruatum a nuncmine est: sed post cum Vespasianus res perturbatas suscepisset ac constituisset, uisum fuit haud sine Deum uoluntate actum fuisse, sed Caius ei propalam urbem componebantur dedisse. Post haec iterum Consul, Louis Flaminem uctuit in Curia iurare: (hi enim, ut sub Tiberio etiam, scorsim tum iuramentum imibant) ipse et occipiens magistrum

Caius Lolliam Paulinam Regulo ademptus dicit.  
Soemus.  
Cotys.

Rhymetalces.  
Polemo,

Flauij Vespasiani Aedi-litas.  
Omen.

Anno V.C.  
792.  
I.I. Consula  
tus Caij.

gistratum, et deponens itidem ut reliqui de tribunalis,  
 quod priore maius erat factum, iuriandum dedit; gesto-  
 que per XXII.dies magistratu, ac sex mensibus L. A= L. Apronius  
 pronio collegē cōcessis, ubiit Consulatu, successore Sabia  
 nio Maximo, tum praefto urbis. Hoc, et paulò inferiori  
 tempore, multi procerū damnati, (multi enim etiā ē car-  
 cere dimisi, ob hæc ipsa, propter quæ à Tiberio in vincu-  
 la coniecti fuerant, poenas dederunt) multi alij gladiato-  
 ria dimicazione perierunt, neq; præter cædes quicquam  
 erat. Neq; enim iam multitudini Caius quicquā gratific-  
 cabatur, sed omnibus eius cupiditatibus resistebat, atque  
 ipsi contrā omni eius uoluntati refragabantur, eratq; tū  
 uidere et audire ea quæ is iratus, illi repugnates loque-  
 rentur ac facerent, quanquam nulla similitudine. nam  
 præter uerba, et gestus quibus animum suū exprimeret,  
 populus nihil poterat, cū Caius multos inter spectandum  
 arruptos, multos à theatro domum reuertentes appre-  
 hendens obtruncaret. Causa iræ potissima fuit, quod ne-  
 gligentius ad spectacula conueniebant, scilicet uexati eos  
 q; alias alio tempore, quā medixisset, ac sēpe noctu etiā  
 eō ueniret, et quia non semper eosdem quos ipse, proba-  
 bant, nonnuquam etiam iniuisos ei. Id quoq; exerrimè tu-  
 lit, quod cum prædicantes, luuenem Augustum in clamas-  
 sent: non fortunas suas laudari, quod iuuenis id Imper-  
 rium obtineret, sed reprehendi se, qui ea aetate tantum  
 principatum gereret existimans. Minatus certè aliquan-  
 do populo, optauit unicam omnibus ceruicem. Etenim  
 tum eo exasperato, ut solebat, plebs indignata spectacula  
 negligebat, et in delatores se conuertebat, m: gno eos cū  
 clamore inquirens. Quare iratus Caesar, nullo responso,  
 aliis ludorum mandata curatione, in Campaniam abiit.  
 Reuersus inde ad Drusillæ natalicia, effigiem eius ele-

Caius pro-  
 pter negle-  
 cta specia-  
 lula fuit.  
 luuenem se  
 uocari Cai-  
 us fecit.

Vna popu-  
 lo toti cer-  
 uicē Caius  
 optat.

Drusilla na-  
 talicia.

phantis impositam bigis in theatrum inuexit, spectaculū populo bidui gratuitō exhibuit, ac priore die præter eque stra certamina, CCCC. ursæ sunt necatæ, posteriore to-  
tum Africanæ feræ: etiam Gymnicis certaminibus mul-  
tis in locis exhibitis, cœpulūmque populo, Senatoribus, &  
corum uxoribus donum datum. \* \*

Caij quibus  
rationibus  
pecuniam  
parauerit.  
Gladiatores  
venditi.

Has igitur, quasi plane inops, cœdes edebat. Inuentæ ei etiam alia pecunie parandæ ratio. Gladiatores qui sus-  
perfuerint, Consulib. & Prætoribus non uolentibus mo-  
dò, sed etiam inuitissimis coactis in ludis, præsertim uero  
iis in quos sors incidisset (reduxit enim morem antiquū,  
ut duo Prætores gladiatorium munus sortirentur) pre-  
cio iniquissimo vendidit, ipse aſidens in foro, & auctio-  
nans. Multi quoq; aliunde aduenientes eos emebant, ma-  
xime quod maiorem etiam quam legibus permittebatur  
numerum gladiatorum habere iis qui uellent concede-  
bat, ac ipse ſæpe intererat uenditioni. Itaque alij quod o-  
pus haberent iis, alij ut rem principi gratam faceret, ple-  
rique qui diuites censebātur, ea occasione inſumere pare-  
tem ſuarum facultatum, ut pauperiores facti ſalui eſſent,  
uolentes, magna eos pecunia comparabant: quanquam  
horum quoque, ut equorum etiam, & aurigarum ſibi ad-  
uersantium optimos ac præclarissimos quenque ueneno  
ſustulit.

Batrachis.  
Pralinus.

Incitatus e-  
quas Caij,  
quāto in ho-  
nore habi-  
tus.

Summoperc autem ei qui batrachidem (uestimeti hoc  
genus eſt, coloris uiridis) geſtabat, ac Pralus à colore  
porri dicebatur, intentus erat, adeò ut locus in quo ſole-  
bat aurigationem exercere, etiamnum ab eo Caianus di-  
catur: quendam ſuorum equorum, Incitatum nomine, ad  
coenam quoque adhibebat, & ei in auro hordeum appo-  
nebat, & in poculis aureis uini propinabat, ſalutē eius  
ac fortunam iurabat, Consulēq; ſe cum creaturū polli-  
cebat,

cebatur, facturus si diutius uixisset. Ad conficiendā por-  
rō pecuniam, edictum fuit, ut quicunq; in uiuis essent, qui  
antē h̄eredem sibi Tiberium destinassent, i; morte sua bo-  
na Caio legarent; nam ne pr̄ter leges has h̄ereditates ac  
dona accipere uideretur, cum neque uxorem tunc saltē,  
neque liberos haberet, Senatus consultum adhibitum  
fuit. Cæterū alsque eo omnia ea bona, quæ centuriones  
à patris sui triumpho alijs quām Imperatori legassent, in  
suas facultates redigit. Cum ne h̄ec sufficienter, tertium  
genus pecuniae conficiende inuenit. Cn. Domitius Corbu-  
lo Senator cum sub Tiberio uias malè habitas uideret,  
semper earum curatoribus negocium facebat, etiam  
Senatui propterea mol̄sius. Huius opera Caius omnibus  
Quicunque uias curandas unquam habuissent, ac pecu-  
nias ad eam rem accepissent, non uiuis modò sed & mor-  
tuis insidias struxit, eosque, & quibus hi quicquā facien-  
dum locassent, quia eam pecuniam non impendissent uia-  
rum refectiōni, multetauit. Id tum Corbuloni Consulatum  
attulit, pōst sub Claudio criminī datum est, dicsque ob id  
dictus; nam Claudio neque exegit multetam quæ adhuc  
debebatur, & quod solutum eius nomine fuerat partim  
ex erario depromptum, partim ab ipso Corbulone postu-  
latum, multatis reddidit. Verū hi tum singuli, atque  
omnes alijs expilabantur quocunq; artificio, nemine locu-  
plete, uir mulierue esset indifferens, in urbe indemni relis-  
to. Si cui enim proiectioris etatis uita concedebatur, at  
patre uel auo, matre uel auia nominata Caius, fructus bo-  
norum uiuentis etiamnum percipiebat, defunctorum h̄e-  
reditates adibat. Ad id usque temporis cum Tiberiu sem-  
per & apud omnes homines maledictis lacerasset, quicq;  
idem facerent non modò non culpasset, uerū etiam ga-  
uisus esset, tunc primū in Curiam ingressus, multis

Cn. Domi-  
tius'Corbu-  
lo noue ex-  
actionis  
Caio au-  
tor.

Claudij iu-  
sticia.

Caius Tibe- uerbis cum collaudauit, ut qui immerito traduceretur; si-  
ciū laudat, & in Sena- bi quidem, nimurum Imperatori, hoc quoque permisum,  
rum inuehi at ipsos iniustè, suum quondam principem ita accipere:  
deinde recensitus singulatim iis qui sub eoperierat, ostendit, ut quidem uideri uolebat, plerisque causam exitij Se-  
natores fuisse: alios quod accusassent, alios quod falso tes-  
timonio onerassent, uniuersos, quia damnassent. Ea om-  
nia recitatis per libertos libellis, quos se pridem combus-  
sisse dixerat, demonstrauit. His subiunxit, Tiberio, si quid  
iniustè egisset, non honores uiuo habendos, multò minus  
ea quæ de eo se penumero dixissent ac statuissent, mutan-  
da fuisse: uerum ipsos & Tiberio stolidè usos, & Seide-  
num inflauisse, corruptumque à se necasse, ideoque ne sis-

Tiberij fidae bi quidem ab ipsis quicquam boni expectandum. Ad hæc

responso.

Tiberium sibi respondentem introduxit in hanc senten-  
tiam: Tu uero Caij recte hæc & uerè omnia, ideoque ca-  
ue ne quem horum diligas, néc ulli parcas: omnes enim  
te oderunt, mortem tuam in uotis habent, nec abint que  
te si possint. Ne tu igitur cogita quid ipsis gratum agas,  
neque eorum de te sermones cura, sed uoluptatē modo ac  
securitatem tuam, tanquam iustissimam omnium rem, con-  
sidera: ita enim & nihil mali patieris, & omnibus iucun-  
dis rebus perfrueris, & ab iis uelint nolint honorateris.  
Ast alteram illam uiam secutus, nihil re consequeris, tan-  
tum uerbis inani gloria affectus, ac nihilo prestans, insi-  
diis circumuentus, in honesta morte peritis. Nemo enim  
hominum sponte principi subest, sed metu eo adigitur, ut  
eum colat: fiducia uero auctus, infirmorem ulciscitur.  
His uerbis habitis Caius, maiestatis crimina renouauit,  
rurusque ea tabulis æneis incidi iussit, ipse festinatō è  
Curia se proripiens, eodem die in suburbana abiit. At Se-  
natus, populusq; in magno esse metu, reputates & quam  
sepe Ti-

Maiestatis  
crimen re-  
nouatum.

etep Tiberium uerbis incusassent, et quantum in eius oratione mutationis à priore fuisset. Ac tum quidem præ terrore et mortalia nihil potuerunt loqui aut censere: postridierurs conuenerunt, ac multas eilaudes, tanquam ueracissimo ac piissimo, tribuentes, maximisque fassi gratias, quod uiuere eos pūssus fuisset, quotannis ea die qua hæc recitata erant, sacrificare eius clemetie decreuerūt, et iis diebus qui in Palatio festi celebrabantur, ita ut ue heretur in Capitoliu imago eius aurea, canentibus eam carmine nobilissimis pueris, ouationēq; ei quasi hostibus deuictis dederunt. Hæc ipsa ad singulas deinde occasiones auxerūt. Verum Caius, rem haud magnā esse censens, si equo per continentem terram inuheretur, ouationem eam spreuit, at per mare equo uehi intendit, ponte iniecto ei maris parti, que est inter Puteolos ac Baulos. Is locus est regione urbis sicut, et distant inter se Bauli ac Puteoli nullibus passuum tribus ac quadrante. Ad cum pontem conuectæ sunt naues partim, aliae fabricatæ, cum que in tanta celeritate comportata essent, nō sufficerent, quād quam omnibus que haberi poterant conquisitis. Vnde et fames uehemens Italiam, ac maxime Roman inuasit. Non uero tantum transitus causa pons paratus fuit, sed diuersoria etiam in eo effecta sunt, quibus etiam aqua dulcis affuebat. Omnibus perfectis, thoracem qui Alexāndri thora. drifuerat, (sic enim perhibebat) et supra eum clamydē sericam purpurci coloris, multo auro, multisque gemmis Indicis ornatam induit, gladioque se accinxit, et clypeū sumpsit, querna corona capiti imposta. Tum sacra re Neptuno ac Diis aliis facta, et Liuori etiam, ne qua iniuria, ut aiebat, premeretur, pontem à Baulis ingressus est, ac in urbem, quasi in hostes celeriter irruit: ibi quieti die insequenti se cum dedisset, quasi à prælio fessus, per ipsum

Calij ouatio  
in ponte ad  
Baulos.

Alexandri  
thorax.

Liuori sacri  
fici Caius.

pontem curru reuectus est, tunica auro intertexta amictus, ductus ab equis, qui in certaminibus uictoriam preseftim obtinebant. Sequebantur autem cum inter reliquum apparatus spolia, et Darius Arsacidarum generis, unus ex obſidibus Parthicis, tum amici eius ac socii in curribus, uestibus floridis, ac exercitus etiam reliquus, singuli peculiariter ornati. Et quia opus erat nimis  
 Darius.  
 Cœcio Caij. rum cum tanta expeditione facta, ac tanta uictoria imperata concionem habere, suggestum conſcendit in medio pontis nauibus impositum, ac primò se ut eximia conatū iactauit, deinde milites ut periclitatos ac fatigatos laudauit: hoc inter alia gloriatuſ, se pedibus mare percurriſſe. Congiario deinde dato, pōst ipſe in ponte tanquam in insula aliqua, reliquis in aliis nauibus stationem habentes, dici reliquum et totam noctem epulati sunt, multo ex ponte igni, multo ex montibus affulgente: nam loco in Luna formam curvato, undique ignis quasi in theatro quodam uidebatur, ita ut omnem tenebrarum ſenſum ea riperet. ita noctem quoque in diem conuertere, uelut in mare in terram, uolebat. Postquam ad ſatietatem uſque cibo et potu ſeſc ingurgitauit, multos anſicorum de ponte in mare proiccit, multos nauibus roſtratis circumuectus submersit, ita ut periclit nonnulli, plerisque quanquam ebriiſ euidentibus, quod eo loci mare placidiſſimum ac minimè turbulentum erat. Hoc ipſo inflatus, Neptuno ſe timorem incuſiſſe dixit, Dario et Xerxe non niſi ludibrijs cauſa memorato, quia longe plus maris ipſe ponte inſtrauiffet. Hic ſunis fuit pontis cuius, qui ipſe etiam multis cauſa necis fuit, cum omni in eum pecunia abſumpta, multo iam pluribus propter opes perniciem crearet. Iudicia peragebat partim ſolus, partim toto Senatu adhibito, nonnulla Senatus priuatim, ſed ab eo tamen ad Caium prouo

prouocatio erat frequens: sententiæ Senatus alio modo  
 quam Caij edebantur, qui nomina damnatorum propone  
 bat, scilicet ueritus ne ij effugeret. Suppicio affecti sunt,  
 rei uel in carcere, uel de Capitolio precipitati, uel morte  
 damnationem præuenierunt: ne pulsis urbe quidem secu-  
 ritas erat, sed multi eoru in itinere, aut exilio perierunt.  
 Singulis accuratè recensendis lectori frustra molestiam  
 exhibere, non est opera. Caluſius Sabinus præcipiuſ in= Caluſij Sa-  
 ter Senatores, cum recens à Pannonie administratione bini, & Cor  
 rediſſet, mulierque eius Cornelia, postulati (uitio huic nelia in-  
 dabatur excubias, ac exercitia militaria infexiſſe) mor= titus.,  
 te ſpontanea iudicium anteuerterunt. Idem fecit Titius Rufus, Titij Ruf.  
 cui obiectum erat quia dixiſſet, Senatum aliter ſen-  
 tire ac loqui. Iunius Priscus Prætor prætextu aliorum  
 criminum, propter diuitias damnatus eſt; Caius que intel- Iunij Prisci.  
 lecto fortunas eius cædem non meruiſſe, mirabili oratio-  
 ne uifus eſt, dicens ſe ab eo deceptum, fruſtrāque cū obiisſ-  
 ſe, qui potuerit uiuere. Inter reos eius tēporis Domitius  
 Aſter periculum inopinatum, mirabiliori ſalute mutauit. Domitius A-  
 fer qua arte  
 Infensus ei alioquin Caius, quod principi Tiberio mul- præſens pe-  
 rem quandam Agrippinæ matris ſue neceſſariam in ius ſiculū eſſu-  
 uocasset, (quo ſancto tempore Agrippinæ obuiam forte fa-  
 etus, uia deceſſerat, id que ea pudore factum intelligens,  
 uocatum compellārat, ac bono animo eſſe iuſſerat, non  
 enim cum ſibi horum cauſam eſſe, ſed Agamemnonem:) ſerit.  
 eo autem tempore Caij imaginem ponens, inſcriptione o-  
 ſtenderat, Caium annum iam agentem uicesimum septi-  
 mum, alterum Consulatum gerere. Id quaſi ab eo at-  
 temſibi & leges ſpretas exprobrante, moleſtè accepit  
 Caius, eiusque rei cauſa, unde Domitius honorem ſibi ſpe-  
 rabat, in Curiam pertraxit, ac orationem contra eum de-  
 scripto prolixā habuit. Quippe alioquin ocs arte dicen-  
 di pre-

dispræstare cupiens, Domitium eloquentem sciens, sua  
 perare satagebat: ac profectò morte eum multasset, si  
 studio certare intendisset. nunc Domitius nihil respons-  
 dens, nihil se purgans, sed mirari se uim orationis Caij,  
 eaq; obstupefactum simulans, ac orationem eius per sin-  
 gulas partes repetens, quasi auditor, non si reus esset,  
 laudansq;: deinde cum iussus esset dicere pro se, ad depre-  
 cationem et querelas se contulit, denique humi se pro-  
 strauit, ac supplicauit Caio quasi oratorem magis eum,  
 quam Cæsarem metuens. Quæ uidens is audiensq; lèti-  
 tia persus fuit, sperans se orationis apparatu cum ui-  
 Callist⁹ Caij cisse, atque ob id, ac Callisti in gratiam liberti sui, quem  
 libertus. plurimi faciebat, et quem demeruerat Domitius, in e sue  
 finem posuit: ac postmodò à Callisto incusatus, quod ho-  
 minem eum in ius traxisset, non debuisse à se eam oratio-  
 nem occultari dixit. Ita Domitius amissæ eloquentiæ sue  
 L. Annij Se. damnatus, in columnis fuit. L. uero Annius Seneca omnes  
 necz peri- sui temporis Romanos, multosq; alios sapientia præstas,  
 culum. penè interiuit, neq; ullo suo peccato, neq; opinione pecca-  
 ti, sed quod causam aliquam in Senatu, præsente Caio es-  
 gregiè egisset: cum Caius, iam damnatū dimisit. fidē mu-  
 lieri cuidam qua utebatur habens, que cū tabe laborare,  
 nec diu superuicturū affirmārat. Domitiū porrò Consul-  
 lem tum constituit, Consulibus abrogato magistratu, &  
 ferias in suum natalem non indixissent, cum Prætores co-  
 decursio: nem equestrem exhibuissent, uenationemque  
 solitum id quotannis, quodque propter Augusti de Anto-  
 nio uictorias diem sc̄tū promore egissent. Et calumnias  
 circunueniendorum Consulū causa, ab Antonio potius  
 quam ab Augusto genus trahere uideri uolebat: hoc  
 quoque iis quibus cum sermones conferret dicens, in al-  
 terutram omnino partem Consules peccaturos, siue pro-  
 pter

Domitius  
Consul.

pter calamitatem Antonij sacrificarent, siue rem sacram pro Augusti uictoria ovatterent. Itaque eo ipso die magistratu eos, fractis ante fascibus, detrusit, quare tantus alterum eorum moeror corripuit, ut seipsum confoderet. Domitium autem collegam Caius ipse sibi re, uerbo populus elegit. Reddiderat enim Comitiorum ius populo, cum iam longo tempore nihil liberè decreuissent, idcōque segniiores ad agendum quicquam pro sua dignitate essent, cūm que raro plures quam cligi possent, magistratus peteret, aut sicubi plures essent, ipsi inter se compararent; ita forma status in republica popularis conseruabatur, res aberat, ideoque ipse rursum Caius Comitia sustulit. Porro deinceps omnia, ut sub Tiberio, ordinata sunt: prætores tum x v. alijs ut res tulerat, plures paucioresque creati. Adeò autē in uniuersum inuidēs ac suspiciosus erat Caius in omnī rc, ut Carinna Secundum oratorem non alia de causa in exilium egerit, quam q. cōtra tyrānos exercitiū causa declamasset. Quia L.Piso, Cn.Pisonis & Plancine filius Africam regebat, ueritus ne is ad nouas res consurgeret, homo animi plenus, ac præterea copias magnas & ciuiles & peregrinas habiturus, in duas partes prouincia diuisa, exercitus alteri, & Numidas mādauit, atq; ita hodie etiam fit. Iam omnes in Italia Romicq; abs sumptuosa erant pecuniae, unde omnino quicquam haberi potuisset: neque ibi præterea ulla pecuniae conquirende ratio alicuius momenti quæ esset, reperi poterat, urgen tibus interim uehementissime sumptibus. Igitur Caius in Galliam abijt, Germanici belli obtenu usus, quod is populus aliquid noui motus dedisset: ipse in animo habens Gallias quoque opibus florētes, & Hispaniam expilare. Abitum suum non palam ostendit, sed in suburbium progressus, inde subito discessit, abductis secum multis saltatoribus,

Comitiorum  
ius populo  
reditum,  
quale.

Carinna. Se  
cundus O  
rator in exi  
liū missus.  
L.Piso.  
Africæ in  
duas prouin  
cias diuisio.  
Caij in Gal  
lijam profe  
ctio, pecu  
niz parade  
causa.

tatoribus, gladiatoriibus, mulieribus, ac reliquo luxus famulicio. In Galliam cum uenisset, hostium terram nullo maleficio infestauit, ultra transitum à se Rhenum parvus per progressus, inde statim reuersus: tum quasi in Britāniā iturus motis castris, ab ipso Oceano rediit, iratus etiā

Gallia <sup>2</sup>  
Cale expi-  
lata.

legatis si quid rei geſſissent: ut subditos, fœderatos, ciueſa que mirum in modum afflixit. Horum alios, qui locupletes eſſent, quacunque excogitata cauſa pecunijs ſpolias bat, cum dona ei tamen à priuatis ac ciuitatibus ultrò maxima ferrentur: alios nouarum rerum, aut insidiarum ſibi paratarum inſimulatos necabat, eratque omnibus ijs commune crimen diuitiae. Horum facultates dum uendea ret, multo plus eo quoque pecuniae conficiebat. nam omnes cogebantur omnia longè iniquissimo preцio emere, ut demonstratum eſt. Quo inductus, instrumenta etiam

Caius Prin-  
cipatus in-  
ſtrumenta  
vendit.

principatus pulcrrima & preciosissima Romæ allata di uendidit, in corum aſtimatione etiam poffſorum pristi norum gloriā uendens: ſingulis enim addebat, Hoc patris mei fuit, hoc matris, aui, aut proxi: hoc Antonius in Aegypto uſus eſt, hoc Augustus de uictoria parauit ſimul ostendens neceſſitatem emptionis, ut iam nemo auaderet diuitiarū opinionem de ſeſe præbere. Nihil tamen

Copie Caii.

inde diuitiarum ei partum, cum ſumptus faceret pro mo- re ſuo multos, Lugduni quoque nonnullis editis ſpectacu lis: tum uero in milites. Collegerat ducenta, aut ut alijs aſſerunt, ducenta quinquaginta millia militum, ab iisque eſt septimum Imperator appellatus, cum neque unquam collatis signis uiciſſet, neque omnino quenquam ex hostibus occidiffet. Pancos omnino hostium in fraudem inducitos ceperat. at ſuorum magnam partem perdi- rat, alios ſingulatum obtruncans, alios toto agmine trucidans. Videns enim aliquando turbam ſeu captiuos

rum

rum seu aliorum quorundam, tritum illud iusfit, à calvo ad A' calvo ad  
 caluum usque omnes occidi. Aleam quondam ludens, aut caluū vsq.  
 ditoque decesse pecunia, Gallorum cēsus indices poposcit,  
 iusfitque ex ijs locupletissimis necari, ad collusores reuer-  
 sus, paucos ipsos ludere denarios inquit, at sc̄ iam nunc ad  
 sexies millies sestertiūm cogisse. Atque hi quidem nulla Iulius Sa-  
 de causa necati sunt, unusque eorum Iulius sacerdos, sa-  
 tis quidem pecunia possidens, non tamē immensis diuitiis  
 mortem meritus, cognomēti sinulitudine morte inuenit:  
 ita tum omnia citra iudicium etiam fiebant. Reliquos  
 qui c̄esi sint, nominatim referre singulos non est ope-  
 rae, illos dicam, quorum mentionem historia requirit.  
 Lentulum Gætulicum cum alijs rebus illustrem, tum ad- Lentiū Gæ-  
 ministrata per decennium Germania occidi Caius iusfit, tulicus.  
 quod militum bencvolentiam sibi parasset. Lepidum, eum M. Lepidi  
 cum quo mutui stupri consuetudinem fecerat, maritum  
 Drusillæ, qui cum Agrippina etiam ac Liuilla rem post  
 Caium habuit, cui quinquennio antē quād legibus per-  
 mitteretur magistratus addire concesserat, quem prīcī-  
 patus sui successorim se destinasse promiserat, interfecit,  
 ac militibus donatiuum eam obrem, quasi hostibus supe-  
 ratis, dedit: pugioneisque tres Romam Marti ulti- Sororessua,  
 crandos misit: sorores suas, quod cum eo coiſſent, in Cai⁹ depor-  
 Pōtias insulas relegauit, cū multæ eas impietatis ac libidi- cat Pontiā.  
 nis apud Senatū per literas accusauisset, Agrippinæ quo-  
 que ossa eius in urna dedit, iusfitq; ut ea in sinu per om-  
 nem viam Romam usque deferret. Cumque permulti  
 sororibus sui in gratiam decreti essent honores, ue-  
 tuit cuiquam suorum cognatorum ullum honorem de-  
 ferri. Hęc tum ita ad Senatum perscripsit, quasi graui-  
 bus insidijs clapsus, alias solitus simulare, in magnis se ui-  
 ta periculis & miseriis agere. Senatores acceptis literis,  
 cū

cum dia nonnulla, tum ut urbem ouans Caius intret, censuerunt, legatosque qui ei haec nunciarent forte ductos miserunt, Clodium uero delectum suffragijs, id Caius in quo animo tulit, ita ut rursus edixerit, ne cui suorum cognatorum quicquam laudis aut honoris tribueretur. Iam sibi non meritos honores oblatis succensuit, solitus semper ea que darentur, nihil pendere, ac si parua essent ei decreti contemptu eorum irasci: sin magna, itidem stomachari, quasi maiorum licentia dempta sibi. Neque enim uolebat uideri, quasi in Senatus potestate quicquam esset, quod ad suum honorem facerent, aut sibi illos aliquid largiri, quorum uis esset minor, ideoque sibi ab iis decretis se penumerò non quasi augmenta sui splendoris, sed immunitonem potentiae suae suggillabat. Ita affectus, Senatui obirascebatur, sicubi non a quantia suam dignitatem censeuissent, homo animi impotentis, et cui non facile esset satisfacere. Ita tunc quoque legatos quasi speculatum sua missos non omnes, sed paucos electos ad se admisit. reliquis antè quam in Galliam uenirent, discedere iussis: neque admissis ullum honorem habuit, quin imò Clodium etiam necasset, nisi cum contempisset ob sociordiam, quam partim natura, partim simulatione multam praeseferbat. Alios postea temporis legatos, eosque plures (nam inter alia paucitatem quoque priorum culpauerat) missos, nunciantesque multa in eius honorem statuta esse, late animo excepit, obuiam quoque eis progressus: ob quae iterum

Paulina re-pudiata Mi-loniam Cæsoniam du-cit Caius. alijs ei honores habiti. Ad praesens uero exturbata Paulina, ut sterili, sed re uera, quia satietas eius ipsum ceperat, Miloniam Cæsoniam duxit, adulterio prius sibi cognitam, quam tunc uxorem ducere statuit, quia grauida erat, ut trigesimo die pater ex ea fieret. Haeres Romanos turbabant, nec minus multitudo corū, qui propter sorores Caij, ac

Caij arrog  
de.

Claudij so-  
cordia.

Caij, ac occisorum amicitias in iudicium pertrahebātur,  
ut Aediles quoque & Prætores quidā coacti sint magi= Aestus.  
stratu posito causam dicere. Aestus quoque urbem affla= Tigillia<sup>so</sup>  
xit tantus, ut uela supra forum suspendi opus fuerit. Fuit phonius.  
inter eos quidam exilio plectebantur Tigillinius etiā So= Agrippa.  
phonius, propter commissum cum Agrippina adulterium pulsus. Cæterū non hæc tantum doloris afferebant Ro= Antiochus.  
me, quantum metus, fore ut crudelitas ac libido Caij ma= An. V. C.  
gis adhuc augesceret: præcipue quod ferebatur Agrippa  
ei ac Antiochum reges adesse, qui eum ad tyrannidem in= 791.  
struerent. Itaque Consule eo tertium, nemo Tribunus ple= Consulatus  
bis aut prætor ausus fuit conuocare Senatum. Collegam  
enim Caius non habebat, non quidem (sicut putant qui= Caij tertius  
dam) data opera id ab eo factum: sed eo qui designatus  
fuerat, mortuo, tam breui spacio in concione alius ei  
subrogari non potuerat. Erat porto officij Prætorum, ut  
per absentiam Consulum, omnia horum munia obirent. li  
ne uiderentur imperatoris aliquo munere fungi, omisis  
ijs quæ agenda essent, cum frequentibus Senatoribus in  
Capitolium adscenderunt, rem sacram ibi fecerunt, Caij Senatus &  
sellam in templo positam adorarunt, ac argentum, ex mo Magistra-  
re qui sub Augusto inuuluit, quasi præsentii obtulerunt:  
(quod in sequenti etiam anno factum est) deinde in Curiā  
conuenere, à nemine aduocati: nullaque re acta, diem to= tium eo laudando, uotisque pro eo nuncupandis absum= pscrunt: tanto id diutius agentes, ut quoniam neque charum eum habebant, neque saluum cupiebant, sententiam  
eo suam occultarent. Tertio die editio omnium Prætorū  
ad uota peragenda conuenerunt, sed neque tum, neq; post  
quicquam statuerunt, donec nunciatum est, die duodeci-  
ma Caij magistratus se abdicasse: tunc accepto consula  
tu ijs qui designati erant, officio suo functi sunt: decretūq;  
H h

inter alia, ut natalibus Tiberij & Drusillæ eadem quoque Augusti natalicio festo fierent: ludi quoque in orchestra exhibiti, ac spectacula, & statue Caij ac Drusillæ positæ, dedicataeque. Hæc ex rescripto Caij acta, soliti ea quoque decerni uellet, pauca quidem uniuerso Senatui, pleraque Consulibus scribere, ac nonnunquam mandare, ut in Sena

Caius Prole tu recitarentur. Cæterum Caius Ptolemæum lubæ filium  
mæum lubæ euocauit, ac cum cognouisset de ciuiis diuitijs, neccauit: non  
F. occidit.  
Ridicula nullosque etiam præterea alios. Eodem tempore ad Oceanum profectus, tanquam in Britanniam bellum translatu-  
Caij in Bri-  
tanniam ex-  
pedicio, &  
conchylio-  
rum captiu-  
ta.

rus, in acie omnes milites suos propter littus collocauit, ipse triremi consensa paululum à terra auctus rediit, ac  
deinde alto in suggesto considens, signum pugne militib.  
dedit, classicumque canere iussit, ac subito mandauit, ut  
conchylia legerent. His partibus polijs ( nimurum exuuijs  
hostium ad triumphum indigens ) animum sustulit, quasi  
ipsum qui Oceanum subegisset, donatisque militibus, con-  
chylia hæc Romam attulit, ut ibi quoque prædam suam  
ostentaret. At Senatus neque ut quiesceret, cum eum ma-  
gnificè de ea re sentire audiret, neque rursus ut cum lau-  
daret, certus animi esse: quippe magnæ laudes, honoresque

Laus parua immodi ci nulli, aut exiguae certè rei gestæ tributi, tradu-  
cum rerum. ccre eam modò, ac suggillare existimantur. Ut in urbem

Caius aduenit, parum absfuit, quin uniuersum Senatum ne-  
caret, quia non diuinos ipsi honores decreuerant: popu-  
lum conuocauit, ac de sublinu loco multum argenti aurique  
in eos proiecit, cuius direptione multi perierunt, cum, ut  
quidam tradunt, ferramenta exigua eis immiscuerit. Cas-

Caij Becil-  
lini & Capi-  
tonis inter-  
itus.

sium porro Becillnum occidi iussit, patremque eius Capitonem cedi interesse, neque illo delicto, neque criminis eius extante: interrogantemque an conuiuere sibi conce-  
deret, ipsum etiam necari imperauit. Fuit quidam Caij in  
omnibus

omnibus atrocissimis rebus administer, non sine Protogenes, solitus duos libellos semper circumferre, gladij ac purgionis titulis insignitos: hic in Curiam forte quasi aliud propter negocium ingressus, cum omnes, ut solet, cum aliis loquerentur, ac dextrami iungerent, Scribonium Proculum infesto uultu intuitus: Quid, inquit, tu me etiam salutas, tanto Imperatoris odio flagrans id reliqui audientes, Senatorem eum circumfusi discerpserunt. Eo facinore delectatus Caius, in gratiam se cum Senatu redire dixit. Tum ei decretum, ut in tribunali excelsa in ipsa quoque Curia omnibus alijs sublimior foderet, ac ibi quoque mulierari præsidio uteretur. Proinde alijs eum Heroem, alijs Deum uocantibus ucheinenti insania correptus est. Iam autem quoq; humano fastigio altior haberi uolebat, scq; cū Luna coire, & à Victoria coronatum esse uideri: louem se fingebat, eaq; occasione cum multis alijs mulieribus, tum uero cum sororibus congressum esse præse feriebat: sæpe Iuno, Diana, Venüs q; fiebat, mutato cum nomine etiam omnii habitu. Inde aliquando mulierib[us] ornatu conspiciebatur, crateram ac thyrsum gerens: modò uiriliter compostus clauam & leonis pellem gestabat, alias barbatus conspiciebatur, alias imberbis: nunc tridentē tenens, nunc fulmen uibrans: iam uirgini bellatrici se adsimulabat, mox in mulierem transformabatur: deniq; compositione uestitus & ornatu imposito sibi ac circumiecto mirificè uariabatur, quiduis potius quam homo uideri cupiens. Forte quidam accedit, ut Gallus quidam eum pro excelsa Tribunalis sub specie Iouis ius dantem uideret, ac rideret uiso: cū Ca- ius uocatum percōtatus est, quid nam ipsi esse uideretur? Magnum, respondit ille (uerba enim eius penam) deliramentum. Idq; impunè tulit, quod efficit sutor: nam huiusmodi homines, facilius uulgarium, quam aliqua dignitas

Protagen  
libelli gla-  
dius & pu-  
gio.  
Scribonius  
Proculus &  
Senatori  
diseptus.

Calus in o-  
mnibus deor-  
transmutat.

Galli cuius-  
dam sutoris  
in Caiu sed-  
ma.

Libertas hu-  
milium fa-  
ciliè tenuit.

te præstantium libertatem tolerant. Hoc habitu se induerat, cum Deum se fingere uellet, supplicationesque ei, uota & sacrificia pro singulorum ratione fiebant. Aliquando scrico uestitu, aut triumphali ornatu inter populum uersabatur: paucos osculabatur, plerisque etiam Senatum, manum tantum. aut pedem adorandum porrigebat: ac quibus id amicitiae ab eo oblatum fuisset, iij in Senatu gratias ei agebant, cum quotidie cum saltatoribus oscula dare omnes uiderent. Adulabantur eum autem etiam hi, qui in summa erant existimatione. Fuit inter eos etiam L. Vitellius, neque ignobilis, neque insipiens homo; præsertim Syria à se gubernata insignis. Nam inter alia egregie acta, Artabanum, qui Armeniam impunè aggressus, Syriam quoque inuadere instituerat, obuiam ei repente ad Euphraten factus exterruerat, ita ut in colloquium ueniret, ac sacrificare eum Augusti & Caij statuis coegerat, pacis conditiones quæ ex usu Romanis essent dederat, liberosq; eius obsides accepserat. Is ergò Vitellius à Caio accitus, ut interficeretur, (eadem ei causa periculi erat, quæ antè efficerat, ut rex Parthorum à suis pelleretur, quippe inuidia ei odium, metus insidias parauerat) eo modo se neci eripuit. Composuerat se longè quam gloria eius firret humiliori habitu, Caijq; pedibus aduolutus, effusis lachrymis, ac eum multis diuinis honoribus demulcens, uouensq; si incolumis euasisset, se ei sacrificaturum: ita hominem emollit ac sibi placauit, ut non modò ueniam ab eo consequetur, sed et inter precipuos posthac amicos habetur. Aliquando Caius rem sibi esse cum Luna dixit, per-

Oscula Caij  
L. Vitellius  
rem contra  
Artabanum  
præclarè ge-  
tit.

L. Vitellius  
quemadmo-  
dum Caium  
adulatus sit.

Astatum Vi-  
telij ad  
Caium re-  
ponsum.

te contatusq; est Vitellium, uidisset ne se cum Dea congre-  
ditum Vitellius quasi attonitus, oculis in terram demissis, tre-  
mens exigua uoce: Solis, inquit, Domine uobis Dijs licet  
inuicem uidere: eoque facto initio Vitellius, omnes re-  
liquos

Itquos adulando superauit. Caius uero ulterius prouectus,  
Romæ sibi templum extruxit : ac in Capitolio quidem  
mansionem sibi ædificauerat , ut posset cum loue , sic  
enim ferbat , conuersari : sed indignum putans se in eo  
contubernio posteriores ferre , incusato simul loue , quod  
Capitolium occupauisset , ipse in Palatio sibi properato  
templum posuit. In quo cum statuissest Olympij Louis si-  
mulacrum suam in effigiem commutatum collocare , neg-  
posset id perficere : ( nam nauis ad id aduehendum parata  
fulminibus absumpia fuit , exauditusq; multus risus , quo-  
ties quis sacrarium eius tacturus accederet ) munatus ei ,  
aliud fanum sibi instituit. Ergo diuisa in duas partes ade-  
Castoris , que erat in foro Romano , ingressum per media  
Gemunorum simulacra in Palatum struxit ; dicens , uelle  
se sibi ianitores esse Louis & Ledæ filios : tum se Dialecti  
appellans , sacerdotes addidit Caesoniam uxore suam , Clau-  
diu m , aliosq; ditiissimos , centies festertiū à singulis eo no-  
nunc accipiens. Ipse etiam sui sacerdos fuit , equumq; suum  
collegam adscinuit : immolabantur autem ei singulis diebus  
aues delicate ac magni precij. Machinam habebat , qua to-  
ntribus obstreperet , ac eōtra fulgura fulguraret : ac quo-  
ties fulmen decidisset , lapidem ciaculabatur , semper Ho-  
mericum illud addens :

Tollito me , velego te.

Is proinde Deus , is Iupiter , ut taccam omnino quam  
turpisimis rationes pecuniae confiende excogitare-  
rit , tamen lupanaria ab eo in ipso Palatio posita , in iisq;  
ad libidinem suam prostitutas primarias feminas , puc-  
rōsque clarissimorum virorum , ac inde exactam ab om-  
nibus pecuniam uel sponte , uel inuitis , tamen eam ne  
indigne quid ferre uiderentur , conseruentibus , quis silen-

Templum  
Caij Romæ:

Louis Olym-  
pij simula-  
crum Caius  
Romam uē-  
hero cona-  
tus.

Sacerdotes  
Caij.

Equis Sacer-  
dos Caij.  
Fulmina cō-  
tēnit Caius;

Iliad.23:

Lupanaria  
Caij; & au-  
ricia.

tio inuoluat? Idem uolutare se in auro et argento ad  
 hunc modum collecto identidem solcbat. Itaq; ubi ad extre-  
 mum insaniae euasit, Cassius Chærea, et Cornelius Sabia-  
 Cospitato-  
 cassus, Tribuni Prætoriorum milium, insidias ei struxe-  
 cōtra Caio.  
 Cassius Chæ-  
 rea.  
 Cornelius Sa-  
 binus.  
 Callistus.  
 Eparchus.  
 Oraculum  
 Caio datū.  
 Apollonius.  
 Caio perni-  
 clem predi-  
 cit.  
 Pomponi  
 Secundus  
 Consul.  
 Caio Catil-  
 gula truci-  
 datur.

nus, Tribuni Prætoriorum milium, insidias ei struxe-  
 runt, ijq; cædem eius suis manibus peregerunt, fuerunt  
 enim alij quoque coniurationis participes, ac conscijs  
 inter quos Callistus et Eparchus. Chærea uir erat an-  
 tiquis moribus præditus, ac præterea odij in Caium cau-  
 sam peculiarem habebat, mollis ab eo uocatus, cum esset  
 fortissimus: ac si quando tesserae petendæ munus ad ipsum  
 deuenisset, Cupidinem ei Caius, aut Venerem, aut aliud  
 quippiam id genus dare solitus erat. Haud multò antè  
 oraculo Caius monitus fuerat, ut sibi à Cassio caucret: ideo  
 C. Cassium, qui tum Asia præerat, in suspicione habens,  
 quod genus à Cassio Caesaris interflore ducebat, uincitū  
 ad se adduci iusserat, cum tamen oraculum Cassium Chæ-  
 ream innueret. Et Apollonius quidam Aegyptius domi-  
 Caio quid euenturum esset, prædicterat: mißusque ideo  
 Romam, adductus est ad eum ipsa die cædis, dilatusque, ut  
 de quo paulo post supplicium esset sumendum, ita saluus  
 euasit. Porrò cædes ita acta est. Festum quoddam in Pa-  
 latio Caius celebrabat, ac spectaculum edebat, ijq; ipse  
 etiam edens ac bibens, reliquis epulum dabant. Ibi Pompe-  
 nius Secundus Cos. ad pedes eius adsidens cibum capiebat,  
 ac subinde demissæ capite eos ex osculabatur. Postquam ue-  
 rd saltare etiam, et fabulam agere Caius instituit, Chærea  
 cum suis rem extrahendam porrò non rati, obseruaue-  
 runt è theatro exeuntem, ut pueros spectaret, quos nobis  
 lißimos ex Græcia et Ionia ad canendum carmen de se  
 compositum accersirat, deprehēsumq; in angiporto ob-  
 truncauerunt. Cum cecidisset Caius, nemo eorum qui  
 aderant, à uulnerando etiam cadauere eius abstinuit, ac  
 quidcm

quidem carnes quoque eius gustarunt. Confestim uxor  
quoque eius, & filia necata sunt. Ita Caius cum tribus annis, mensibus nouem, diebus uiginti octo ea quæ retuleruntur.  
Ulmus egisset, re ipsa comperit se non esse deum. Venitq;  
ijs qui cœdi aderant in mentem eius, quod ad populum  
quondam dixerat: Utinam unam omnes ceruicem habere-  
tis: ostenderuntq; ei multas sibi manus, unicam ipsi ceruicem esse. Cum autem Prætorianæ cohortes tumultuaren-  
tur, ac quererent, quis Caium occidisset, mira ratione eos  
sedauit Valerius Asiaticus, uir Consularis, cum in locum unde confici posset progressus, exclamauisset: Utinam ego ipsum interfecissem: qua nocte territi milites, turbarum finem fecerunt.

Vxor & fi-  
lia Caij cae-  
duntur.  
Valerius As-  
iaticus Co-  
sularis.

\* \* \*



## DIONIS ROMANÆ HISTORIAE LIBER SEXA-

gesimus, Gulielmo Xylan-  
dro Augustano in-  
terprete.



AIO ita ut dixi mortub; Consules dimissis in omnes urbis partes custodibus, Senatum in Capitolium vocarunt. Ibi sententijs discrepatum, cum alij populo sumمام Reipublicæ restituendam; alij unū principem habendam censerent, atq; hi rursum alius alij principatum deferret; ita re infecta, reliquum dici ex nox.

Quomodo  
Claudius re-  
turn & Im-  
perij poti-  
sit, utq; ini-  
tiid se gesse-  
rit.

tota absumpta. Interim milites quidam rapinæ causa Pa-  
latium ingressi, Claudium (is quia cum Caio agebat, tua  
multum metueus se abdiderat) in obscuro, angulo occul-  
tatum inuenientes, primum protraxerunt, alium quædam  
esse, ac secum aliquid absconditum habere arbitrati, mox  
cognitum, Imperatorem salutauerunt, ac in casira duxer-  
unt: ibi omnium consensu mulitum ei, orto nimurum impe-  
ratorio genere, ac bono uiro, Imperium est tributum. Con-  
sules cum aliquandiu missis tribunis plebis ei edixissent,  
ne principatu capesseret, sed sub populi, Senaturq; et le-  
gum potestate esset, postquam à suis quoq; mulitibus deser-  
se uiderunt, ipsi quoq; assensi sunt, ac Imperium ei decreuer-  
unt. Ita Tiberius Claudius Nero Germanicus, Drusi filius,  
Liuiæ nepos, Imperator factus est, cum præter Consula-  
tum, nullum unquam imperium gessisset: annum agebunt  
ætatis quinquagesimum. Anni i bonis non destituebatur;  
ita institutus, ut quædam etiam scripserit. At corpus ei  
morbis obnoxium, tremore capitis et manuum laborabat,  
uoce quoque male affecta: itaq; non omnia ipse sua uoce  
pronunciabat, de quibus in Senatu referret, sed recitanda  
firè Questori, idque præsens ipse initio dabant, scđens pli-  
runque ipse, si ita usu ueniret, recitabat. Primus hic inter  
Romanos lectica operta usus est, ac inde ea non Impera-  
tores modò, sed nos quoque, qui Consulatum gessimus, ue-  
himur, cum antè Augustus et Tiberius lectionis tantum  
gestarentur, quibus nostro tempore nonnunquam mulie-  
res uehuntur. Enimvero ei hoc non perinde uitio datum  
est, ut libertorum et mulierum consuetudo: nam inter  
eius similes nemo unquam evidentius à famulis et mulie-  
ribus se regi passus est. Nimurum à puero inter sinistram  
ualetudinem, et multum timorem educatus, ita ut maiori-  
rem quam ipsi inesset simplicitatem (quod ipse etiā in Ses-  
natū

Mores &c.  
ducatio  
Claudiij.

Lecticarum  
usus.

natū aliquando confessus est) præ se ferre opus habuerit,  
præterea quod diu cum Liuia auia, diu cum Antonia ma-  
tre, & libertis uixisset, ac cum multis mulieribus rem  
babuisse, nihil in se uerè liberum habebat: sed quanquam  
in omnes Romanos ac subditos eoru imperium teneret,  
tamen mancipium erat. Maximè autem fraus ei paraba-  
tur in compotationibus acre Venerea, quibus utrisq; im-  
modicè deditus, iis occasionibus facilimè circumuenieba-  
tur. Inerat ei & timiditas, qua sepe perculsus, nihil sani  
consilij capere potuit. Quod ipsum adiumento fuit iis,  
qui Claudiū sibi mancipauerant, ut facilius que uellent  
consequerentur. num & ex terrorē incussum in suam  
rem uertebant, & tantum reliquias metum iniiciebant, ut  
(quod rem totam paucis cōpletar) multi ab ipsis & Clau-  
dio ad cōnam eadem die uocati, hoc quasi aliam ob cau-  
sam neglecto ad illos commeauerint. His frē Claudio  
erat moribus. Attamen multa quoque recte egit, cum sui  
compos prædictis uitiis uacaret. Porrò eius actiones sin-  
gulatum persequar. Decretos sibi honores statim acce-  
pit, nomine tantum patris patriæ dilato: attamen uix tri-  
cesimo demum die in Senatum uenit. Cum enim uideret  
quo pacto Caius periisset, audiretque à Senatu multos  
tanquam se meliores quibus Imperium daretur destina-  
ri, ne quaquam animi fidens, exquisita usus est custodia:  
iusbitq; omnes ad se accessuros uiros mulieresque excus-  
ti, ne quem pugionem secū ferrent, omnibsq; in cōuiuū  
aliquos milites adstantes habuit. quod ab illo demonstra-  
tum, hodiisque durat, at explorationem uestium acceden-  
tiām Vespasianus abolevit. At Cheream Claudio, quan-  
quam ei mors Caii esset gratissima, quosdāmq; aliōs ne-  
cauit: non gratias ei agens, quod ipsius facinore ad Impe-  
riū electus esset: sed iratus ei, qui ausus fuisset Principē

Quz initio  
Imperiū ege-  
rit Clau-  
dius.

Caij Chz-  
rex & Sabi-  
ni interitus.

trucidare, ac eminus de sua ipse securitate solicitus. Thra  
seam autem non ulciscendi Caij prætextu sustulit, sed eū  
sabini inter-  
ritus. sibi quōq; exitium machinari causatus. Sabinus eius mora-  
tem ultrò comitus est, superesse ei non ferens. At reli-  
quis, qui aut palam Reipublicæ formam popularēm ex-  
petiſſent, aut uidebantur principatum adepturi fuisse,  
non modò omnem offendere memoriam remisit sed honoris  
bus etiam eos, ac magistratibus ornauit: non modò uerbis  
omniū antè auctorū ijs ueniam tribuēs, exemplo, ut aie-  
bat, Atheneſium, sed re quodque. Similiter maiestatis ac-  
cusationes & literis, & ipso quoque facto aboleuit, neq;  
præteriorum, neque posteriorum causa huiusmodi crin-  
num quopiam punito. Qui priuatūm ipsum iniuria aut  
cōtumclia lēfissent, (quod multi fecerāt, hominem nullius  
precij existimantes, ac Tibcrij & Caij gratiam captan-  
tes) eorum neminem ficto crimine ultius est: sed si quis al-  
terius quoque facinoris reus fieret, supplicium propter se  
quoque ſumpfit. Pensiones à Caio institutas, & reliqua  
eius acta quae repræhenſionem merebantur, antiquauit:  
non quidem simul, sed ſenſim per occaſiones. In exilium  
ab eo in meritō muſſos, interque eos etiam ſorores eius  
Claudius fo-  
zores Caij  
ab exilio re-  
ducit.  
Agrippinam & Iuliam reduxit, ac bona ijs restituit. Cū  
in carcere permuliſſent, dimiſſis ijs qui propter ma-  
iestatis crimen aut aliud id genus in cum conieclī eſa-  
ſent, in fontes alios exempla statuit, habita diligentissima  
inquisitione, ne uel noxijs propter calumnijs circumuentos  
absoluerentur, uel hi propter illos perirēt. Quotidie pro-  
pemodum, uel cum uniuerso Senatu, uel ſolus ipſe, plerū-  
que in foro, quandoque alibi pro Tribunalī de cauſis co-  
gnoscebat, renouato more de adſefforibus principis, qui  
ab eo tempore, quo in insulam Tiberius ſecellit, interci-  
derat: ſe penumero autem cum Cōſulibus ac Prætoribus,  
ijs præ

Ius præsertim qui ærario præerat, iudicia obibat, ac pau-  
 cas causas alijs iudicibus cōmittebat. Venena, quæ à Caio  
 parata multa inuenta erant, librōsque Protagonis, (quem  
 ipsum quidē interemit) & literas quas cremauisse se Cas-  
 ius simulauerat, tum in Palatio inuentas, Senatoribus: os-  
 tensus, legendāsq; exhibitas ijs à quibus & contra quos  
 scriptæ erant, combusit. Cum Senatus Caium ignominia:  
 notare uellet, ei Senatusconsulto intercessit, ipse tantum  
 eius statuas omnes noctu susculit: hinc Caij nomen nō est: Per Caij &  
 in numero Imperatorum, quorum nos in iuramētis & uo Tiberi, so-  
 tis concipiendis mentionem facimus, ut nec Tiberij, cum  
 tamen ea ignominia ncutri ex Senatusconsulto contige:  
 rit. Claudio rescissis ijs, quæ à Caio, aut ab alijs propter  
 eum malè essent statuta, Druso patri, & Antoniae matri  
 ludos equestres corum natalibus instituit, translatis ijs lu:  
 dis, qui in eos dies incidissent in aliud tempus, ne simul fie:  
 rent: auiam Liuiam præter hunc honorem, etiam immor:  
 talitati adseruit, dedicarūtque eius effigiem in templo Au:  
 gusti, ac rem sacram ei fieri à Vesta libus mandauit, mu:  
 lierēsq; per nomen eius iurare iussit. Hos honores paren:  
 tib. suis tribuens, ipse nihil præter nomina imperij acce:  
 pit: quæ enim equistria certamina Calendis Augusti (qui  
 est natalis Claudi) exhibentur, instituta sunt propterea, Natalis  
 quod ea die Martis ædes consecrata fuit. Vsus porrò in q:  
 lijs quoque rebus eadem est moderatione, edixitque ne,  
 quis ipsum adoraret, ne quis ipsi sacrificaret, acclamatio:  
 nes crebras istas & nimias inhibuit, imaginem sui unam  
 modò argenteam, statuāsq; duas ex ære & lapide initio:  
 sibi decretas admisit: inutiles uidelicethos sumptus esse,  
 ac magno damno, magnis turbis urbi eos stare, cum omnes  
 iam ædes, omnia opera statuarū & donariorū essent ple:  
 na: itaque de his etiam se quid esset statuendum, confi:  
 lium

500 DIONISIUS HISTORIA  
lium capturum. Prætoribus porrò prohibuit, ne munera gladiatoria darēt, ac si quis alius ea præberet, ne uel scripto uel dicto pro sua salute facta perhiberet. Hæc omnia Claudiu*m* i*n* ita ex animo, non fidei egit, ut cæteræ quoque consenseret.  
L<sup>t</sup>unius Si rint. Filias duas eodem anno, unam L<sup>t</sup>unio Silano, alteram Cn. Pompeio Magno nuptum tradens, nihil à uulgare  
Cn. Pōpeius magnus. rī consuetudine eximium fecit, quin et ipse ea die de iure respondit, et Senatus auctor est: generis suis tum in uirinitati uiris magistratum gerere, post urbis præfatos scripsit, et se, ac serò tandem permisit, ut quinque annis maturius solitocætros magistratus peterent. Huic Pōpeio Caligula Magni cognomē pō. nomen Magni ademerat, ac parūm absuit, quin eius causa cum necaret, contempto tamen propter teneram adhuc uitam concesserat, cognomine ablato: haud fibitum esse dicens, Magni aliquem cognomentum ferre: at Claudius ei et appellationem restituit, et filiam in matrimonium collocauit. Humaniter hæc à Claudio acta. Nec minus id, quod in Curia cum Consules suis de subfellijs aliquo*rum* loquendi ipsius causa descenderent, ipse quoque surrexit, Claudiu*m* vita obuiāque ijs uenit. Neapoli sanè omnino tanquam priudus uixit, cum ipse ac familia eius Graeca uictus ratione uiceretur, ac in Musicis ipse ludistogā, et soleas, Gymnicis purpuram et auram coronam ferret. Quin et pecuniariā rem mirifice tractabat. Nā et strenuū oblationem, sub Augusto et Caio usurpatam edicta sustulit, acne quis se h̄ credē nominaret, qui cognatos quoscunq; haberet, prohibuit, multa etiam bona que Tiberio et Caio secus legata essent, ijs qui superessent, aut liberiis eorum reddidit. Cum statutum esset, ut ludi, si quid in ijs præter consuetudinem accidisset, instauraretur, (ut supra demonstrauimus) ac inde eueniret, ut sepe tertium, quartum, adeoque nonnunquā decimum ijs repeterentur, parētim

De ludi  
Claudiu*m* cō-  
stitutio.

Item fortuitò casu, plerunque uero studio eorum ad quos  
inde captura redibat, legem tulit, ut Circenses ludi per  
unum diem tantum reficerentur: quanquam reipsa id quoq;  
que ne temerè fieret, impedijt, cum eorum artifices spe  
magni alicuius lucri præcisa nihil consultò peccarent.

Cum Iudei adeò iterum Romæ frequentes fierent, ut  
difficulter sine tumultu propter multitudinem urbe posse  
sent exigi, non eiecit quidem eos, patriis tamen legibus ai-  
tam tolerantes non passus est conuenire. Instituta quoq;  
à Caio conciliabula dissoluit. Et quia intelligebat nihil  
profici, si qua re uulgo interdiceretur, nisi uita quoq; eius  
quotidiana transformaretur, cauponum tabernas in quas  
coœuntes potabat, demolitus est, edixitque, ne quis carnē  
elixā aut aquā calidam uenderet, in quosdámque contrà  
delinquentes animaduertit. Restituit etiam urbib. stat-  
tuas, quas Caius abstulcrat, templumque suum Geminiis,  
et memoriam theatri Pompeio, scena addita inscriptio-  
ne nominis Tiberij, qui eam incendio haustam reficerat,  
ac suum, non instauracionis, sed dedicationis causa nomine  
adiecit, nulli alio operi inscriptum. Ludis ueste triumpha-  
li, quanquam decretum id sibi, non usque ad finem usus  
est, sed mox ea deposita, reliqua in pretexta purpura to-  
ga peregit. In orchestrā introduxit inter alios uiros etiā  
equites ac mulieres, quales Caij principatu saltare so-  
lebant, non quod ijs delectaretur, sed ut preterita argue-  
ret. Nam posthac certè nemo eorū in scena uisus est dum  
Claudius uiueret: pucri quoque quos ad Pyrrhicam saltati-  
tionem Caius euocauerat, semel duntixat ea saltata, ciui-  
tate donati, ac ablegati sunt. Alij deinde ex famulis Clau-  
dij saltarunt. Hæc in theatro. In Circo autem semel came-  
li & duodecim equi certarunt, ursæ c c c c totidemque  
Africe feræ trucidatæ sunt: spectauabant iam antè scors  
sim fin.

Iudizi coh-  
bati.Collegia  
prohibita.  
Taberne  
caupondi.

sim singuli ordines, Patriciorum, Equitum & plebeiorū, ex eo tempore, quo lex de eo lata fuit, non tamen certi loci singulis attributi erant: sed tunc Claudius ea subsellia Patriciis destinauit, quae nunc quoque sunt, concessō etiā si qui alibi ueste plebeia spectare uellent. His actis Senatus cum uxoribus, equitesque & tribus epulo exceptit.

**Antiochus, Commagenes.** Deinde Antiocho Commagenem, quam ei idem dederat, ademeratque Caius, restituit: Mithridatem Iberum, quem

**Mithridates Iberus.** Caius euocatum in vincula condiderat, domum ad recias

**Bosporus.** picendum regnum remisit: alijs cuidam Mithridati, qui gen-

**Polemo.** nus à magno illo Mithridate deducebat, Bosporum largi-

**Agrippa.** tus est, pro eo Polemoni parte Cilicis data Agrippa,

quise in potiundo principatu adiuuerat, Palestino, regnū auxit, honores Consulare stribuit, fratrique eius Herodii Praetoriā dignitatem & principatum quendam concessit: in Senatumque ingredi eos, ac gratias ipsis Græcè agi mandauit. Hæ Claudijs erant actiones, laudatae ab omnibus. Cæterū alia his ab similia à libertis eius, ac uxore

**Messalina in Iuliam odium.** Valeria Messalina agebantur. Hæc Iuliam, Germanici filiam, indignè fērens non honorari se ab illa, non adulari,

formaq; eius emula, ac quod sepius sola cum Claudio aget, extorrē egit, paratis cum alijs, tū adulterij criminis

**Seneca exiliū.** bus, ob que Seneca etiam in exilium pulsus est. Neque multò post Iuliam eadem necauit. At Senatus Claudio

**Mauritania subiecta.** Mauritania persuasit, ut propter res in Mauritania gestas, honores triumphales acciperet, non modò ab ipso non gestas sed

**Galba Chattoz vincit.** ne sub eius quidem Imperio. Eodem anno Sulpicius Galba Chattoz uicit, ac P. Gabinius Marsos: qui inter alia

que laudi ipsi essent militarem aquilam, que sola à clade Variana adhuc supererat, recuperauit, quibus utrisq; ue-

rum Imperatoris nomen Claudio partum est. Anno in sequenti Mauri iterum bellum mouentes, oppressi sunt,

Suetonio

Suetonio Paulino viro Praetorio eorum regionem usque ad Atlantem populante. Eandē ob causam Cn. Sidius Ge-  
ta post eum expeditione facta rectā aduersus Salabū du-  
cem eorum contendit, cūmque semel atque iterum uicit.  
Qui cum relictis quibusdam ad limites, qui insequentes  
ercent, ad arenosa confugeret, ausus est Sidius insecta-  
ri eum, ac parte exercitus posita in subsidiis, processit a-  
qua secum quantā potuit portata; uerū ea absump̄ta, cū  
nulla alia suppeteret, in summa hæsit difficultate, Barba-  
ris durantibus, eo quod sitim diutissime tolerare adsue-  
uissent, ac peritia locorum aquam inuenirent. Romanis  
uero neq; progreedi iam, neq; regredi integrum erat: cum  
quidam indigenarum cōfederatorum Sidio autor fuit, ut  
incantationibus & magica arte uteretur, affirmans se-  
pius se eo modo plurimam aquam eliciuisse: cū paruisset,  
tanta confestim aque uis cœlitus fluxit, ut & sitim exer-  
citus restinguueret, & hostes perterrefaceret, diuinum  
auxilium Romanis adesse opinantes. Itaque ultro pacis  
conditiones acceperunt. His actis Claudius Mauritaniam  
subditā in duas partes diuisi, Tingitanam & Cæsarien-  
sem, duobus ijs equitibus prepositis. Eodē tempore finiti  
mi Barbaricūm Numidiae quasdam partes infestassent,  
uicti bello sunt, ac Numidia pacata. Consulatum gerebat  
tum Claudius, collegam habens C. Largum, cui Consu-  
latum in totum annum prorogauit: ipse tum quoque duos  
tantum menses cum gesse, in Augusti acta iurare alios  
iusse, ac ipse quoq; fidem dedit: neque enim passus est  
quenquam in sua iurare acta, & Consulatu se abdicans,  
itidem ut alij iuramentum prestitit, solitus id omnibus  
suis consularibus facere. Tunc etiam Calend. Ianuar. cum  
recitarentur ex Senatus consulta orationes quedam Au-  
gusti & Tiberij, ita ut usq; ad uesperam Senatus detinea-  
tur,

Suetonius  
Paulinus.  
Cn. Sidi Ge-  
ta res cōtra  
Mauros ge-  
stæ.  
salabus.

In catarlo-  
nib. aqua e-  
licitur.

Mauritania  
duplex.  
Tingitana.  
Cæsariensis.

An. V.C.  
796.

retur, finem imposuit, dicens satis esse, eas in tabulis incidi. Cum quidā Prætores adnunistrando ærario præpositi culparētur officij malè acti, non quidē id perscutus est, sed uenditiones quasdam locationesque ipse inspexit, correxitque si quid munus recte agi censeret. idēmque crebrō facilitauit. Eo tempore non idem numerus Prætorum obseruabatur, cū xiiii. aut xvii. aut medio inter hos numero crearentur, pro ut res tulisset. Constituit etiam tres viros prætorios, qui debita Reipublice exigent, iisque lictores & alios ministros addidit. Fame ingēti exorta, non modo ad præsens tempus copiæ alimentorum, uerū in perpetuum etiam prospexit. Nam frumentum quo Roma utitur, omne propemodum aliunde aduiebatur: at cum loca circum ostia Tiberis neque tuta nauibus appellendis essent, neque portus opportunos haberet, efficiebatur ut maris imperium parū Romanis prodesset, cum præter ea quæ estate subueherentur, ac in granarijs conderentur, hyeme nihil supportaretur: ac si quis id tentaret, magno periculo ei hoc starct. Id intelligens Claudio, instituit portum ibi fabricari, cūmque architecti interrogati, quanti sumptus eius operis essent futuri, tantos respōdissent, quantos ipse facere nolle: sperantes impendi magnitudine auditu ipsum à proposito destitutu: nihil deterritus, rem in animum suum induxit, perfecitq; ex magnanimitate ac potentia Romana dignam. Eſ ſodit continentem haud exiguo ſpacio, ambitumque omnē crepidine lapidum firmauit, ac in cū locū mare accepit: deinde ex utraq; huius loci parte aggeres in ipſo mari magnos iccit, multū ijs maris cōplexus est, ibiq; insulam effecit, imposta turri, unde noctu ignes emicantes signū nautis darent. Idq; opus ab eo ita extactum, portus nō mē hodie quoque reclinet. At in Fucino lacu, qui in Maris

Exactores  
debitorum  
Reipubli-  
cz.

Annona-  
tiones ut  
explicarit  
Claudius.

Portus à  
Claudio fa-  
briacus.

Fucini' la-  
cū emisio  
In Tiberim  
tentata.

sis est in Tiberim emittendo , ut & locus circa eum la-  
 cum agricultur.e aptus, & Tiberis magis adhuc nauigab.  
 bilis fieret , inanes sumptus fecit. Multas tulit leges, quaer  
 rum plerasque commemorare supersedeo. Inter alias  
 fuit, ut sorte ducti præfeti, quia tum deū in urbe moraban-  
 tur, ante Calend. Apri il. in prouincias atirent: tum ne elec-  
 tui ei gratias in Senatu agerent, quod pro more faciebant,  
 dicens non eos sibi gratiam debere, quasi uero ambitione  
 eum honorem obtinuissent, sed se ipsis qui eum in principe-  
 patu administrando prompte adiuuarent: pollicitus etiam  
 uberiores laudes, si bene prafuerint. Qui præpter mor-  
 bum non possent esse Senatores , eius ueniam dedit: qui  
 busdam equitibus Tribunatum plebis pernusit, reliquos  
 autem omnes coagit in Senatum , quoties vocarentur, ue-  
 nire : ac qui non paruissent ita obiurgauit , ut quidam  
 horum necem sibi consciuerint. Alioquin facilis & bo-  
 nus iis erat, ut exgrotantes inuiserit etiam, dies festos agen-  
 tib. adfuerit. Cum quidam Tribunus plebis publicè ser-  
 uum suum percussisset, nihil aliud iis cum statuit, quam  
 quod ministros admittit, restituitque eos non post multum  
 temporis. Seruum suum alium, qui quendam illustrem ui-  
 rum probro affecisset, in forum nussum flagris concidit.  
 In Curia si Senatores diutius stetissent, ipse quoque surre  
 xit: nam (ut dixi) propter infirmitatem sedens plerunque  
 si quid rogaretur, de scripto respondebat. L. Sylla, cum is  
 propter senium in suo subsellio quedam audire non po-  
 tuisset, ac ideo surrexisset, permisit ut in Prætorijs subsel-  
 lijs sederet. Qua die prioris anni Imperator fuit creatus,  
 ipse quidem nihil præter consuetudinem egit, nisi quod  
 Prætorianis militibus uiritim centenos nummos distri-  
 buit, repetitq[ue] deinceps quotannis idem: at Prætores  
 quidam ( neque omnes , sed quibus esset uolentibus , id

Leges Clau  
dij.

Bonitas  
Claudij.

L. Sylla ho-  
norat Clau  
dius.

enim licentiae habebant ) sua sponte , nullo decreto, eum diem, ac natalem Messalinae publicè celebrarunt. Utcebatur omnino ea moderatione, ut nato quoque sibi filio, qui tum quidem Ti. Claudius Germanicus, post Britannicus appellatus est, nihil splendidè egerit, ac neque ei Augusti , neque Messalinae Augustæ nomen dari passus sit.

*Britannicus  
Claudij F.*

Munera autem gladiatoria continententer edebat, quibus adeò gaudebat, ut uitio ei cesserit. Peribant uero paucissimæ bestiæ, multi homines uel inter se pugnando, uel à feras enecti. Odio acri persequebatur Claudio seruos, libertosque, qui sub Tiberio & Caio dominis suis perniciē machinati essent, aut delationib. alios circumuenissent, uel falsa testimonia tulissent: ideo plerosq; hoc modo perdebat, reliquos alio modo plectebat, aut dominis puniendos suis tradebat. Evidem eorum qui ita in publico perirent, tantus fuit numerus, ut Augusti statuam e loco posicam iusserrit aliò transferri, ne uel semper inspiceret.

*Augusti statuam iussit.* cædes, uel semper uelata esset. Risumque meruit eo facto

Claudius, quod sese iis exaturaret spectaculis, quæ æneam omnique sensu cassam statuam uidere nollet. Delectabatur autem eo præsertim, si inter prandium, medio munere, cæsos homines intueretur, quanquam leonem homines uero doctum, ideoq; multitudini apprimè placentem occidisset, quasi non conueniret oculis Romanis talc spectaculum. Quia uero populo in ijs spectaculis promiscuè adest, ac quæ uellet præbebat, rarißime præconibus utens, ac pleraque aſſerculis inscriptis significans, eo magnopere laudabatur. Eni: uero suetus sanguine et cædibus impleri, pronior etiam ad reliquas neces inde factus fuit,

*Messalina & liberti Claudio ad caes exercitū instigāt* quarum potissimum causa penes eius familiam, & Messalinam fuit. Nam si quem uellent occidere, metum Claudio incutiebant, atque ita potestatem ab eo agendi pro arbitrio

trio suo accipiebat. Se penumerò repente consternatus,  
ideò necari aliquem cum iussisset, post cum se collegisset,  
et ad mentis sanitatem redisset, eundem requirebat, faci-  
norisq; cogniti dolore et pœnitentia corripiebatur. Eaz-  
rum cædium à C. Appio Silano initium sumptum est. Huc  
quasi opera eius indigens, hominem nobilissimum, Hispas-  
niæq; eo tempore præfectum accinuit, matremq; ei Messa-  
line coniugio iunxit, cùmque inter amicissimos propin-  
quiissimósque aliquandiu habuit, post subito interfecit,  
quod Messalinam, concubitu eius (erat enim extreme li-  
bidinis ac impudicitie fœmina) recusato, ac per eam Nar-  
cissum libertum principis offendisset. Narcissus qui neque  
uerum, neq; probabile ullum crimen obijcere Silano pote-  
rat, finxit in somnis uidisse se Claudiū manu eius occi-  
sum idq; ei adhuc in lecto cubanti tremebundus narravit,  
excepitq; sermonem Messalina, ex uerbis exaggerauit:  
ita insomnium Appio mortem attulit. Eo intersecto, ni-  
hil iam sibi de Claudio boni Romani pollicebantur: iccir-  
co statim cùm alij, tum Annius Vinicianus insidias para-  
uerunt, unus eorum qui post exitum Caij digni principa-  
tu habiti fuerant, ideoque perniciem sibi metuens. Is cum  
nullis esset instructus uiribus, Furium Camillum Scribo-  
nianum Dalmatiæ præfatum, copias multas urbanas ac  
peregrinas habentem ad societatem defectionis per nun-  
cios pellexit, iam tum id ipsum animo agitantem, quod  
ipse quoque imperio dignus esset indicatus. Ad hunc  
id agentem multi Senatores ac equites se contulerunt.

\* \* \* Milites enim, cum eis  
Camillus nomen populi obtenderet, ac pristinæ libertatis  
restitutionem polliceretur, ueriti ne iterum molestias ac  
mutationes tolerandas haberent, dicto ei audientes non  
suerunt. Itaque eos metuens Camillus, in Ispanam insulam

Cædes à  
Claudioedi-  
ci.  
C. Appius si-  
lanus ut Mel-  
salina &  
Narcissi do-  
lo perierit.  
Messalina  
impudici-  
tia.

Annius Vi-  
nicianus &  
Furius Ca-  
millus Scel-  
bonianus  
contra Clau-  
diū insur-  
gunt.

Camillus à  
militib⁹ de-  
seritus perit.

declatus est, ibique mortem uoluntariam oppedit. At Claudius, qui eatenus in tanto metu fuerat, ut paratus ultrò ei principatu cedere esset, recepto tum animo, multis cum alijs donis gratias egit, tum effecit, ut urbanæ legiones septima et undecima, Claudianæ, fideles, piæque à Senatu nominarentur. Insidiarum autem consciens conquiuit, ac e. causa permultos, interque eos Prætorem quendam, postquam is se magistratu abdicasset, necauit: multi et Vinicianus ipse, manus sibi attulerunt. Hac arrepta occasione Messalina, Narcissusq; et reliqui liberti, à nullo extremo facinore abstinerunt: indicibus usi sunt etiam seruis ac libertis contra suos dominos, eosdemque, et ingenuos quoque multos, non peregrinos modo, sed ciues etiā, cōsq; nō de plebe modo, sed equites etiam patriciosque questionibus subiccerunt, quamquam initio principatus Claudio iurauerat, nemini se libero tormenta adhibeturum. Hoc modo multi uiri morte affecti, multæ mulieres, aliæ in carcere, aliæ ad tribunal protractæ captiuarum instar, et earum quoque in Gemonias projecta corpora, cum eorum qui extra urbem necarentur, corpora tandem cōmitterentur. Quidam tamen nocentissimorum partim gratia, partim pecunia, Messaline et Narcissis sacerorumq; interuentu mortem uitarunt. Liberis necatorum impunitas omnibus, bona etiam quibusdam paterna concessa. Iudicia peragebantur in Curia, Claudio eiūsq; presentis et libertis presentibus: refrebat ipse ad Senatum, in medio Consulum sella curuli aut in subsellijs sedens, tum ipse sedile consuetum occupabat, ac ijs sellæ ponetur. Eo modo et illustrissimi uiri iudicabantur. At Galesus quidam Canulli libertus in Curiam introductus, multa libera uoce protulit: unum uero præsertim memoriam meretur, quod interrogatus à Narcisco in medium progresso,

Viniciani  
interitus.

Iudicia.

Galzes in  
Narcissum  
scumba.

egresso, quid nam acturus fuisset, si Camillus rerum potitus esset? Quid, inquit, nisi ei à tergo astans tacuisse? Arria alio facto insignis facta. Hec coniunx Cæcinae Consulis, neque uiuere eo perempto statuit, (quod sanè potuisset non absque honore, Messalinæ coniunctissima) & ipsum trepidantem confirmauit: arrepto quippe gladio se sau- ciauit, eique cum porrigens: Viden, inquit, puer me non dolere? Hi laudem inuenerunt, quia continentibus malis eò res deuolutæ erant, ut uirtus nulla alia, quam fortiter mo ri, haberetur. Claudius sanè ita huius & aliorum facinorum ultioni intentus fuit, ut pro tessera quoque hunc Græcum uersum suis militibus dederit:

Arrix fort  
tudo & fi  
des in mat  
rum.  
Cæcina.

*Hunc uos*

Odyss. iii

*Vicisci, quicunque prior nos ledat, s'portet.*

Multa quoque huiusmodi ad milites & Senatum dicta s'argebat Græca, risu ab ijs qui inteligerent excepta. Eodem tempore Tril uniplecibis, uno ex eorum collegio defuncto, quanquam præsentibus Consulibus, ipsi Senatum sufficiendi alterius causa conuocarunt. Post hec Claudius I I I. Consul, multa sacrificia, multis ferias abrogauit! An. V. Co niam maior anni pars ijs absumebatur, non sine magno 7<sup>96</sup>.

Reipub. dctrimento. Igitur eas & reliqua omnia que Feriæ immi poterat, contraxit. Quæ Caius quibusdam nullo iure aut ~~aut~~ causa dederat, repetiij, adempta ab eo uiarum curatori bus per Corbulonem, restituit: prouinciarum præfclis forte constitutis, qui etiamnum in urbe moras trahebant, ut ante mediantem Apriliem discederet Roma, imperauit.

Lycios ad cædem usq; Romanorū quorundam tumultuan do progressos, in seruitutem redigit, & Pamphyliæ adie cit: De qua re cum in Curia cognosceret, legatum quell dam, Lyclum quidem origine, Romanum tamen natum, Lætinè interrogauit; ac non intelligenti quid quæsiuisset, ci=

Iycijs libet  
tas adæpta.  
In eos qui  
lus ciuitatis  
haberet, lin  
guam nō te  
nentercius.

uitatis ius ademit, dicens Romanum eum esse non debere,  
 ius uariè a- qui sermonem eum nesciret. Multos alias quoque indi-  
 dép:um & gnos, ciuitate spoliauit, multis alijs singulatim, aut confr-  
 datum. tim eā dedit, absq; etiā discrimine. Quia enim s'rē omni-  
 bus in rebus Romani peregrinis potiores habebātur, mul-  
 ti ciuitatis ius ab ipso petebant, multi à Messalina ac fami-  
 lia eius red:mebant. Ita que ius illud, magna quondā pecur-  
 nia uenditum, adeò tunc uile factum est, ut rumor insinua-  
 uerit, posse id uel uitreorum uasorum fragmentis pro pre-  
 cio datis parari. Hac de causa dictorij agitatus Claudius,  
 eo contrā laudem inuenit, quod cum multi deterruntur,  
 qui Claudij nomine non uerentur, aut testamento ei ni-  
 hil legarent, quasi utrumque ijs qui ciuitate ab eo donati  
 essent, factio opus esset, edixit, ne quis horum causa accu-  
 saretur. Proinde Messalina, libertique Claudiiani ita non  
 & Narcissi ius modò ciuitatis, exercitu: inque regendorum, & proch-  
 potentia. rationum, ac præfecturarum officia uendebant: sed reli-  
 quarum etiam omnium institutam excrcebant, ut uenales  
 omnes res magno iam preccio essent, adeò ut Claudius coa-  
 ctus fuerit in Campum Martium conducto populo, ipse  
 pro tribunali rerum precia indicare. Porro in castris  
 chlamydem indutus munus gladiatorium exhibuit, natu-  
 lem autem filij eius Prætores iniussu spectaculo & epu-  
 lo decorauerunt, quod postmodò etiam ab ijs qui uelient  
 factum est. Interim Messalina cùm ipsa libidinose uiuebat,  
 bido. tum alias mulieres ad impudicitiam cogebat, multaq; in  
 ipso ut Palatio in præsentia ac conspectu maritorum adul-  
 teria committerent, adegit: qui ipsi in carc obsecabantur,  
 eos honoribus ac magistratibus ornabat: qui uero se  
 in id flagitij non demittebant, eos odio habebat, ac exitium  
 afferebat. Hec tot & tanta scelera diu Claudiu: luctu-  
 gnorantia. runt, cui ancillas Messalina componebat thoro, ac eos qui  
 indicium

indictum aliquid defirre possent, beneficijs aut supplicijs  
praeuerterebat: ita Catonium quoque Iustum, multibus  
Prætorianis præfatum, cum Claudio aperire quipiam  
flagitijs uellet, nece præuenit: Iuliam quoque filiam Dru-  
si Tiberio nati, que uxor Neronis, Germanici filij, fuerat,  
emulatione ducta, ac alteram Iuliam Germanici filiam  
interfecit. Tunc etiam eques quidam, insidiarum Clau-  
dio factarum insimulatus, de rupe Tarpeia per Coſ. &  
Tribunos plebis deieclus est. Dum hæc Romæ geruntur,  
eodem frè tempore A. Plautius, Senator, uir clarissi-  
mus, in Britanniam exercitum duxit, Berico, qui per se-  
ditionem insula exturbatus fuerat, Claudio ita persuas-  
dente. Plautius tum Prætor, difficulter exercitum è Gal-  
lia abduxit, indignè furentem, quod extra orbem terra-  
rum bellum esset gerendum, multumq; temporis cunctan-  
do extrahentem. Ast ubi Narcissus à Claudio missus tribu-  
nal Plautij adscendere, & exercitum alloqui instituit,  
tum maiori indignatione milites accensi, conclamauerū-  
confestim tritum illud, lò Saturnalia, (mos enim est Satur-  
naliis, ut id festum habitu dominorum serui celebrent,) Narcissus à  
militib⁹ ex-  
plosus.  
statimq; uolentes Plautium secuti sunt. Copijs in tres par-  
tes distractis, ne uno loco appellantes prohiberi littore  
possent, retrò acti à uento in transmissione nonnihil mole-  
stiae senserunt: animo tamen recepto, quia fax ab ortu so-  
lis ad occidentem, quā nauigabant, discurrisset, insulam  
aduenti sunt, nemine prohibente. Britanni enim cum  
ob ea quæ narravi, eos non aduenturos credidissent, non  
conuenerant: ideoque non congresi, in paludes se ac syla-  
uas abdidérunt, spē Romanos mora extrahendi, ut re infe-  
cta discedere cogerentur, sicut Iulio Cesarī acciderat.  
Proinde Plautius ijs indagandis multum laboris exhaustus.  
Postquam inuenit, (erant autem nō liberi, sed regibus di-

Duarum Iu-  
liarum.

A. Plautij in  
Britanniam  
expeditio.  
Bericus.

Saturnalia,

Catarracus. Togodum-  
nus. Cynobelli-  
nus. Bodunni.  
Catuellani.  
Germanibо  
ninatatores

uersis subiecti) primò Cataratum, post Togodumnum  
Cynobellini filios uicit, patre ante mortuo. Fugientibus  
his, partem Bodunnorum in fidem accepit, qui Catuel-  
lanis parebant: præsidioque ibi relicto, ad fluvium quen-  
dam progressus est: quem quia sine ponte non posse à Ro-  
manis transire Barbari credebant, sordius in altera  
eius parte castra habebant. Igitur Plautius Germanos  
misit, solitos etiam rapidissima flumina facile in armis tra-  
nare. Hi hostem inopinatum inuidentes, neminem virum  
fauciarunt, e quae tantum qui currus traherent, uulnera-  
tis; quibus turbatis ne sessores quidem constare ualebat.

Flavius Ve-  
spasianus.  
Sabinus.

Tum Flauium Vespasianum (qui summo post Imperio po-  
titus est) huiusque fratrem Sabinum legatum misit, qui  
ipsi etiam traecto amne permultos Barbaros improuisò  
interfecerunt. Neque uero reliqui fugi se dederunt, sed  
postero die prælium incerta uictoria conseruerunt donec

C. Sidius Ge-  
ta.

Tamesis flu-  
ius.

C. Sidius Geta cum propè in hostiam potestate uenisset,  
ita eos uicit, ut ei propterea honores triumphales, quam-  
quam Consul non fuisset, dati sint. Inde se barbari ad  
fluvium Tamesin, quā is in Oceanum se exonerat, eoque  
affluente stagnat, receperunt, eumque facile transierunt,  
locorum quæ firma et peruvia essent gnari: eos Romani  
in sequentes periclitati sunt, mox cum Germani iterum  
tranauissent, ac superiori loco per pontem quidam trans-  
gressi essent, undiq; Barbaris circunsusi magnam stragem  
ediderunt, reliquos uero inconsutius consecrantes, in pa-  
ludes inirias inciderunt, multosq; suorum amiserunt. His  
de causis, et quia Togodumni interitu non modò nihil re-  
miserant Britanni, sed acrius ad vindicandam eius cladem  
bellum parabant, ueritus Plautius ultra non processit, sed  
custodia corum quæ tenuisset posita, Claudiū accersit:  
iussus id facere, si quid violentius euēniret, ad quam ex-  
peditio

peditonem cùm omnia multa parata erant, tum elephanti  
 contracti. Claudio accepto nuncio, res urbanas, ac milia-  
 tes etiam Vitellio collegae suo; (cui Consulatum idem ut  
 sibi ad sex menses dederat) mandauit, ipse ab urbe O-  
 stiam deuenctus nauigio, inde Massiliam est, reliquoq; itine-  
 re partim terra, partim mari facto, ad Oceanum uenit,  
 transmisitq; in Britanniam, & ad copias ad Tamesin se  
 expectantes perrexit: Quibus ad se receptis, transgres-  
 sus fluuium, cum Barbaris, qui ad eius aduentum conue-  
 nerant, signis collatis dimicauit, uictoriaque potitus est,  
 & Camulodunum Cynobellini regiam cepit, multosque  
 inde vi, alios aeditione in suam potestatem accepit. Ob  
 haec aliquoties Imperator dictus est, contra institutum Ro-  
 manorum: neque enim saepius quam semel licet uno de  
 bello id nomen adsumere. Porro Britannis Claudio ar-  
 ma ademuit, Plautioque eos regendos, subigendosq; reli-  
 quos mandauit, ipse Romam contendit generis suis Pom-  
 peio & Silano cum nuncio uictoriæ præmissis. Senatus  
 rebus gestis cognitis, Britannici cognomentum ei, trium-  
 phum, ludos annuos, arcum trophyam rentem in urbe, &  
 liumque in Gallia: (unde in Britanniam traiecerat,) fi-  
 lio idem cognomen, ut quasi proprio suo nomine Britanni-  
 cus diceretur, Messalinæ primum in consueto locum, ut Li-  
 uiæ quondam, utq; carpento ueneretur, decreuerunt. Con-  
 trà Caï memoriam ægrè ferentes, omne æreum numisma  
 quod eius imaginem haberet, cōfari iussérunt: id quidem  
 factū, non tamen æs in meliorē usum conuersum, quia Mes-  
 salina ex eo Mnesteris histrionis statuas fecit. hanc ei sue  
 consuetudinis gratiâ refrēs, quia is antè Caio quoq; fa-  
 mularis fuit. Huius Mnesteris amore flagrans Messa-  
 lina, cū nullo modo neq; pollicitis neq; minis ad concubis-  
 tum pellicere posset, cum marito locuta est, petens ut sibi

Vitellius  
Consul.

Camalodo-  
num.

Imperato-  
ris nomen.

Honores  
Claudio de  
creti.  
Atica Caï  
numismata  
contata.

Mnesteris  
histrionis  
statuæ Mes-  
salinae.

Messalina  
quo delo  
Mnesteris  
concubiu-  
laria.

cum parē cogeret, quasi alia in re eius indigēs: itaque cum Claudius ei mādasset, ut Messalinæ in omnibus quæ iūsisset, morem gereret, coiūt cum ea Mnester, quasi id quoque ab eo iūssus. Eodem modo permultis cum alijs e-  
git Messalina, ita adulteria perpetrans, quasi conscio &  
permittente Claudio. Cæterū Britannie parte aliquæ

- An. V.C.  
797. subacta, Romam rediit Cladius C. Crispo i i. T. Statilio  
Triumphus Consulibus, Sexto quām discedret mēnsē, sedecim tan-  
Claedij. tūm diebus in Britānia actis, triumphauitq; cūm reliqua  
Rubrius pro more agēs, tum per gradus in Capitolio genibus ad-  
scendens, lcuantibus eum utrinq; generis. Tribuit autem  
Pollio. non Consularibus modò, qui ea in militia affuissent, sed  
Senatoribus quoque alijs triumphalia insignia, solitus  
hoc etiam in minimis rebus profusc agere. Rubrio autem  
Laco. hoc idem Valerio cuidam Liguritribuisse. Laconem qui  
prius uigilibus præfuerat, tum Galliam procurabat, his  
iūsdem ac Consularibus præterea honoribus ornauit.  
Ludi trium phales. Deinde ludos triumphales edidit, accepta ad id Consulis  
potestate. Hi ludi in duobus simul theatris exhibitisunt,  
ac sepius ipso à spectaculis digresso, alijs ea curarunt:  
equorum certamina tot promisit, quot dies ille admittes-  
ret, plura tamen quām decexi non fuere. nam inter equo-  
rum cursum usq; cædebantur, athletæ certabant, pueri  
Pyrrhica. ex Asia euocati pyrrhicam saltabant. Alios propter hāc  
saltatio. uictoriam ludos artifices scenici fecerunt, cum Senatus id  
concessisset. Hec propter triumphum Britannicum acta:  
ac quo libentius, reliqui se dederent, decretum est ut o-  
mnia pacta quæ Cladius aut eius legati icissent, rata es-  
sent, quasi à S.P.Q.R. facta. Achiam, & Macedoniam  
ianæ

Circa m.  
stratus qui  
dam à Clau  
dio immu  
tata.

iam inde à principatu Tiberij à praefectis electis admini  
stratis, sorti reddidit. Prætores qui Pecunia publicæ cu  
rādæ præfuerint, abrogavit, Quætoribus co munere,  
ut antiquitus institutum fuerat, mandato; non quidem ut  
annui ijs essent ( sicut olim et Quætores, et hi deinde  
Prætores fuerant) sed ut duo ad triennium ei negocio pre  
essent; atque hi statim Prætores deinde creabantur, pecu  
niāmq; pro eo ac uisi fuissent suum munus obijisse, accipie  
bant. Praefecturas autem Italiæ extra Romam omnes ab  
oluit, ac Quætoribus mandauit: Prætoribus quedam iu  
dicia, à Consulibus olim cognita, commisit: militibus, quia  
ex lege uxores habere nequibant, ius maritorum con  
cessit. M. Iulio Cottio paternum principatum, quem ad  
Alpes sui nominis habebat, adauxit, tunc primum cū re  
gem appellans. Rhodios libertate priuauit, quod Ro  
manos quosdam in crucem sustulissent. Vmbonium Si  
lionem præfectum Bæticæ accitum, Senatu mouit, quod in  
Mauritania militantibus parum frumenti misisset: hoc ei  
crimen obtentum, cum ob id plecteretur, quia libertos  
quosdam offendisset. At que is quidem Silio omnem suā  
suppellectilem proscriptis copiosam et elegantem, qua  
si omnem diuenditurus, nihil tamen uendidit quām ue  
stem Senatoriam, ostendens nihil sibi mali accidisse, ac  
posse se priuatum bene uiuere. Nundinæ quoque tum  
propter sacrificium in alium dicem translat.e: id ipsum d=  
lias quoque sepe factum. Annus insequens M. Vinicium  
iterum, Statilium Coruimum habuit Consules. Tunc Clau  
dius omnia solita iuramenta præstauit, reliquos uiritim  
iurare prohibuit, atque ita ut olim, unus ex Prætoribus,  
Tribunis plebis, ac reliquis collegijs pro omnibus iusiu  
randum dixit, quod per multos annos scrutatum est.  
Quonia quidē uero urbs imaginibus replebatur ( licebat

M. Julius  
Cottius.

Rhodiis li  
bertas a  
dempra.  
Vmbonijs Si  
lios calus.

Nundinæ  
translatæ.  
An. V. C.  
798.

Statuas po  
nendi mo  
dus impera  
tus.

enīt

enim omnibus qui uellent pictura, ære, lapideq; suam ef-  
figiem publicare) plerasq; earum loco mouit Clavius in-  
dicto ne quis in posterum priuatus iniussu Senatus hoc  
ageret, nisi quis opus aliquod ædificasset aut refigisset, his  
ac eorum cognatis permittebat, ut iis in locis memoriam  
sui poneret. Cum Praefectum quendam prouincie propter  
dona capta exilio puniret, omnia que is prefectus tem-  
pore acquisiuit, in publicum rededit: ac ne subterfuge-  
re iudicium Praefecti possent, nulli statim unum post altes-  
rum imperium dedit. Decretum quidem id iam ante fue-  
rat, ut alij post alios citra excusatione sorte in prouincias  
mitterentur, ac ne quis exactio officio aliam ex alia pere-  
grinationem susciperet, ne uidelicet delicta uel imperii,  
uel peregrinationibus continentib. in puncta redderent-  
tur, uerum exoleuerat iam. Clavius uero utrumque tam  
diligenter scruauit, ut ne suorum consiliariorum ullum  
passus sit statim prouinciam ad se pertinentem sortiri,  
quanquam nonnullos pateretur biennio toto præesse, ac  
aliquando delectos in eas mitteret. Qui peregrinatione  
extra Italiam petebant, concedebat quidem iis non con-  
sulto Senatu, tamen ut iis lege abesse uiderentur, iubebat  
Senatus consultum fieri. Verum id in posteriore demum  
anno factum est. Eo uero tempore ludos uictuinos, quos  
suæ expeditionis causa promiserat, edidit, plebique que  
ex publico frumentum accipiebat, in singula capita tre-  
cenos sestertios diuisit, quanquam fuere qui plus accipe-  
rent, & nonnulli mille ducentos quinquaginta adepti sunt.  
Eam pecuniam non ipse omnem distribuit, sed parte  
generi eius, cum plures in dies se largitio proferret, qui  
bus ipse ius uolebat dicere. Saturnalibus quintum dicim,  
a Caio additum, ac ademptum deinde restituit. Quidam uero  
natali suo defectus solis futurus erat, ueritus ne quis inde  
tumultus

Donatiuū  
Claudij.

Claudius So-  
lis defectu  
& eius cau-  
tas predi-  
cit.

tumultus existeret, cum alia quoque prodigia quædā ac-  
cidissent, publicè edidit non modò futurum id deliquium,  
sed tempus etiam, quantitatēmque eius, causāsq; ob quas  
necessariò euenturum esset. Causæ sunt huiusmodi. Lu-  
na infra solem (ut certum habetur) siue proximè ei subic-  
eta, siue Mercurio etiam, Veneriq; supposita, mouetur in  
longitudinem ac altitudinem, quemadmodum et Sol ui-  
detur cursum habere suum: sed præterea etiam in latitu-  
dinem, quod Soli nequaquam conuenit. Proinde Luna si re-  
spectu aspectus nostri recta sub Solem ueniat, ac infra e-  
ius radios currat, splendorem eius qui in terram defer-  
tur, hominum aliis magis, aliis minus occultat, nequaquam  
uerò cum obscurat: nimis enim cum Sol semper proprium  
lumen obtineat, neque unquam id amittat. unde his ca-  
tiam quibus Luna non ita opponitur, ut Solem obt: gat,  
integer uidetur. Hoc ita Soli accedit, ac tum ita sub Clau-  
dio editum est. Porrò Luna (neque enim alienum fuerit  
de ea quoque loqui, quando semel eum sermonem atti-  
gimus) deficit, quoties è regione opposita Soli (quod ei  
in plenilunio, sicut Soli deliquium in coniunctione ob-  
tingit) in umbram terræ, que habet metæ seu turbinis  
figuram, incidit. Fit hoc, cum in mediolatitudinis suæ  
mouetur, ac tunc luce quam à Sole accipit desltuta, ipsa  
per se qualis sit appareat. Circumactio hoc anno, Valerius  
Asiaticus iterum, M. Silanus Consulatum acceperunt. An. V.C.  
Silanus tempus magistratui suo prescriptum exigit:<sup>799.</sup>  
Asiaticus autem ad Consulatum toto anno gerendum  
destinatus (quod aliis etiam evenit) ultrò se co abdicavit  
non sine exemplo id quidem. Veruntamen alijs ino-  
pij causam præbuit, cum sumptus ludorum Circensium  
immodicè excrescissent, quia uicis quater certabatur:  
Asiaticum ipse dixit: et mouerunt, quas cum magnas pos-  
sideret

Cause eclipticæ  
Solis & Lunæ.

sideret, ne præterea propter secundum Consulatum molestus, inuidiæq; aliorum obnoxius foret, demittere se sponte sua statuit, quò tutior à periculis esset. Verùm id ei consilium irritum fuit, ac propter suam opulentiam pe-

M. Vinicius  
Iulie mar-  
tus à Messa-  
lina vene-  
nouecatus.

rict. Vinicius vir illustris nihil quidem à Claudio passus est, cùm se ocio & cura suarum rerū scruaret; at à Messalina, cui suspectus erat, quoniam ea uxorem eius Iuliā occiderat, indignante insuper quòd coitum suum recusasset, ueneno necatus est, publicoq; funere & laudatione (multis enim ea concedebantur) ornatus. Verùm A-

Afinius Gal-  
lus Claudio  
inſiliatus  
telegatur.

finius Gallus, Drusi frater uterinus, insidiatus quidem est Claudio, non tamen morte, sed exilio multatus: fortissim propterea etiam, quòd neque exercitum parauerat, neq; pecuniam contraxerat, sed malitia cum insania quasi genitris causa in Romanos uolentes imperium habituro, ad ferociam prouexerat. potissimum autem idcò, quòd statuta minima, ac deformitate summa præditus, despiceretur, ac risum magis quam periculum mereretur. Laudi hec summae Claudio fucrunt, ac profectò id quoque, cum quidam libertus Tribuno plebis patronum suum deferret, ac contra eum libertorem peteret, acciperetq; , indignatus, hunc & eius socios suppicio affecit, edixitq; ne quis auxiliū eis qui contra dominos ita agerent, ferret: qui tulisset, eum ius alios accusandi amissurum. Atqui contrà agrè omnes cerebat, mulieris eum, & libertorum suorū esse mancipium, potissimum ubi in gladiatorio quodam certamine Sabinum Gallie sub Caio presid: m perdere

Claudius v-  
xoris & fa-  
mularum  
mancipiū.  
Sabinus.

Claudio aliisque cupientibus, eum (erat enim adulter ipius) Messalina eripuit. Eadem Messalina quoque non sine omnium dolore detinebat Menesterem, abstractum à theatro, ac quoties cur non saltaret, mentionem populus faceret, miratus Clavius id esset, excusaretque inter alia,

Menester  
Messalina  
adulter.

alia, cum secum non esse. Etenim credentes uere eam quae fierent ignorare, dolebant solum ipsum nescire quid in regia rerum gereretur, que iam hostibus etiam innotuis- sent, indicare tamen ea nolebant, uere cundia Messalinae: Et Mnesterijs parcentes, qui non minus populo propter artem, quam formæ causa Messalinae gratus erat. Tam egregius uero artifex saltandi erat, ut cum ab eo magno populus studio cotenderet, ut quandam fabulam præstan tem ageret, è scena prospexerit, dixeritque, non posse se id facere, quia cum Oreste dormiuisset. Claudio porrò, cum cause innumeræ disceptaretur, ac quise casuros sua timebant, uadimonium deserterent, editio testatus est, se contra absentes etiam intra certum diem pronunciaturū, idque re confirmauit. Annus sequens Claudiūm IIII, L.

Vitellium III. Consules habuit, Anno Romæ octingente= An. V.C.  
simo. Mouit tum Senatu aliquos Claudio, quorum ple= 500.

rique non inuiti, sed libenter propter egestatem excidea runt. Et cum Surdinius quidam Gallus, cui ad Senatoriū

Surdinius  
Gallus.

ordinem tuendum opes sufficabant, Carthaginem nix  
graret, clericiter cum Claudio reuocauit, aureisque se

cum compedibus ligaturum dixit: ergò dignitate a prima

cipe illigatus, Romæ mansit. Porrò in alienorum liberto-

Aurez com

rum sceleragrauiter animaduertens Claudio, ita suis in pedes.

dulsiſ, ut cum quidam Pantomimus in theatro uulgatum

illud protulisset:

Toleraric nequit beatus verbero,

universisq; populis in Polybium eius libertum intuere

tur, ac Polybius clamaret, dicium esse ab eodem poeta:

Polybii  
Claudij II-  
berril licen-  
tia.

Reges quoque extitere de caprarijs,

impunè id tulerit. Quibusdam delatis, quasi insidias ipsi

struxissent, contempti reliqui, quia diceret non eodem

Claudij  
vox.

modo

Aterij Asia modo de vultice ac de fera vindictam expetendam; Asiatici interius. Asiacus autem apud eum causam dicere iussus, parum absuit quin euaderet. Inficias enim ibat, neque se quenquam horum, qui contra ipsum producti essent testes, agnoscere dicebat: tum miles qui se consilius eius interfuisse perhibebat, iussus Asiaticum demonstrare, caluum quendam forte ad statem indicauit: care in risum uersa multum, Claudioque iam de absoluendo Asiatico cogitante, Vitellius Messalinae gratificans, oratum ait se ab Asiatico, ut liceret sibi qua uellet morte perire: ita demum Claudio existimans conscientia uictum cum scipsum morte damnasse, hominem interfecit. Eodem anno apud Theram insulam par-

Vitellius ca- Insula ena- ua insula enata est. antē nō uisa. Quia multi seruos etro- tantes nulla cura dignabantur, sed domibus eiiciebant grotis. legem tulit Princeps, ut qui ita exturbati ad sanitatem rediissent, liberi essent. In Britannia circundato à Barbaris

Jūnia Asia. De seruis q- Titus patrē Vespasianū eripit.

ticum mor- tū tradit. De seruis q- grotis. Cn. Domi- tij Corbulo nis in Ger- mania res gestæ. Chauci. Tirus patrē Vespasianū eripit.

Fossa inter Mosam & Rhenum. pax esset, eorum opera fuisse à Rheno ad Mosam per-

duxit, longam ad nullia passuum xx i. ne ijs fruuij astuāte  
Oceano refluentes stagnarent. Messalina uerò adulterijs  
et stupris non contenta, (iam enim etiam in lupanari in  
Palatio se se et alias primarias foeminas prostituebat) Messalinæ  
stupra &  
nuptiæ cum  
C. Silio

maritos quoque simul multos, scilicet lege quadā habere  
cupiuit. Ideo C. Silio nupsit, nuptiæque magno sumptu  
parauit, regiāmq; ei donauit, preciosissimis quibusque  
Claudij rebus in eam congestis, denique Consulem cum  
designauit. Hæc omnibus audita uisāque, solus Claudius  
ignorabat. Quippe rei frumentarie explicādæ causa Ostiā  
iuerat: Messalina uerò relicta Rome simulatione morbi,  
magnū cōiuiliū instruxerat, in cōquesūna cū libidine luxuriata fuerat. Narcissus Claudio ab ea sciuncto pel  
licū ministerio omniē rem aperit. Ergo reuersus in urbē Narcissus  
index rei.  
Claudi⁹, Mnesterē et multos alios trucidauit, ipsāmque Claudius  
Mnesterem  
& Messali-  
nam cōdit.

deinde Messalinā: pauloque pōst fratris sui filiā Agrippi-  
nā, matrē Domitiij Neronis, uxorē duxit, forma insignē, Nuptiæ  
Claudij cū  
Agrippina.

et quæ ad cū ut patruū crebrō cōmcaret, solāque cū eo  
esset, blādiū accepta, quām fratris filiā decet. Agrippina  
ubi primū in regiā uenit, mulier tractādis negotiis ap-  
tissima, Clodium statim sui iuris effecit, qui que eius be-  
neuolētia utebātur, alios metu, alios beneficijs sibi deuin-  
xit. Claudio, quanquā ipse ex se natos liberos haberet, Nero adop-  
tatur à Clau-  
dio.

persuasit ut filiū suū adoptaret, eumq; ad gerēdū Impe-  
riū instruxit sub præceptore Seneca, collegitque ei incf= Seneca

fables diuitias, nihil sordidissimū etiā ac minimū, quod  
ad pecuniā parādam faceret, omittēs, omnes quacunq;  
ratione locupletes demerēdo, multos propter opes inte-  
rimendo. Emulatione impulsa nonnullas etiam illustres  
foeminas morte affecit, inter quas Lolliā Paulinā, quod  
spem ea nuptiarū Claudi⁹ aliquam habuisset. Huius occi- Lolliā Pau-  
linā Agrip-  
pina tollit

ſe caput allatum sibi, cum non agnoscere t, sua manus

cius aperit, dentesque peculiare quippiam habentes inspexit. Mox in Messalinā plane cōmutata est, præfertim, cum Senatus ei honores quosdā, utque carpento luanus heretur, decreuit. Quo tempore Claudio Neroē Agrippinæ filium adoptauit, generum quoque eum sibi fecit: filia tamen prius adoptanda in aliam janulam tradita, ne sororem fratri coniungere existimaretur. Eo tempore haud leue prodigium accidit, cum ea die ardere cœlum uideretur. In palude quadam Claudio exhibere nauas lœm pugnam cupiebat, cinxeratque eam ligneo muro, fixeratque tabulata, cōueniente ad spectandum immensa multitudine. Vestitum quisque suo armario, militare Claudiū et Nero gestabant, Agrippina clamydem auro intertextam induerat. Quibus depugnandum fuit, morte damnati erant: utrinque naues quinquaginta habebant, partiū alteri Rhodiorū, alteri Siculorū nomē. Primum utriusque in unum congregati, Claudiū his uerbis cōpelauere: Aue Imperator, morituri te salutant: post cum salutem non impetrarent, sed nihil munus pugnā naualem conserere iubarentur, tantum nauibus ordines inuicem peruidentes, non ante ad manus uenerunt, quam ui coacti mutuō se trucidarunt. Ceterū Narcissus ita ludibrio habebat Claudiū, ut fama sit, cum Bithyni ius dicente Claudio multis clamoribus Iunium Cilonem munerum haud mediocriter captorum accusaret, qui præfectus ipsis fuerat, Claudiūsque præ turba non intelligēs quid uelint, assistentes interrogaret, quid nam diceret Bithyni, Narcissum mentitum respondisse, agere eos gratias Iunio: idque credentem Principem subdidisse: Præsit ergo adhuc cis bienniū. Porro Agrippina publicè quoque persepe de Republica respondent, aut legatos audiēti Claudio adsuit, in proprio tribunalī locata, maxime

Nero gener  
sic uitrici.

Ardor cœli.  
Naualis pu-  
guz specta-  
culū a Clau-  
dio editum.

Iulius Cilo  
mendatio  
Narcissi ser-  
uatus.

mum id spectaculum. Iulio Galico oratori causam ac Iulius Galii  
 genci iratus, in Tiberim iuxta ipse iurisdictione exer-  
 cens, cum avi, ci ius sit. Vnde extat perelegans Domitij  
 Afri, patronu reorum suo tempore praestantissimi, iocus, Domitij  
 cuius auxilium cum quidam imploraret, à Galico desti- Afri iocus.  
 tutus: Quis, inquit, tu iudicauit, me natatorē Galico  
 meliorem esse? Enim erò Clauius Agrippinæ actio-  
 nius, quas quiaē compriisset, iam impensis, filiūq; suū  
 requires Britannicum, (que ipsu consulo plerunque ad  
 spectus iudicebat, Neroni filio suo ex priori marito Do-  
 mitio, omni modo imperium parans) nec frēs modò que  
 siebant, consilia Agrippinæ deprimente, filiumq; suum  
 successorē Imperij relinquendis rationes cogitabat. Quod  
 easentius, metuq; perculta, ueneno consilia eius præ-  
 uenire statuit. Et quoniam unum, quod plurimo semper  
 ingerebat, ac cætera uictus ratio, qua ad sui custodiam  
 Imperatores utuntur, ne ledere cur obstat, Locustam  
 famosam ueneficiorum causa mulierem ad se vocauit, ue- Locusta ue-  
 nemunque eius opera inmedicabile præparatum, bolto nefica.  
 infudit: promde ipsa de reliquis comedens, medicatum  
 Claudio, maximum uidelicet & pulcherrimum, mādi- Claudi ab  
 candum exhibuit. Hoc pacto circumuentus insidijs ille, Agrippina  
 è coniunctio quasi temulentia oppressus elatus est, quod veneno ne-  
 erat ipsi frequens: noctu autem amissu loquende audiēdiq;  
 omni facultate dicem clausit, illi Idus Octobris, cū uixisset  
 annos LXIII, imperasset XIIII, mensesq; preterea VIII.  
 dies XX. Ut efficere hoc posset Agrippina, Narcissum  
 in Campaniam, quasi aduersus podagram aquis eius re- Aquæ  
 gionis usurum amandauerat, attentissimum domini sui Campaniz.  
 eum custodem, & quo præsente nunquam id facinus per  
 petrare potuisset. ipsius quoque interitus Claudi obitū  
 subsecutus est. Fuit is Narcissus hominum ea tempestate  
 potentissimus Narcissi  
 opulētia  
 & obitū.

potētissimus ut qui amplius quater millies festertiū posse derit, quē urbes regēsque coluerint, idēmque iā instāte percussore, egregiū factū edidit, crematis omnibus Claudijs literis, quibz secreta contra Agrippinam ac nonnullos alios continebantur, quae in sua ipse potestate, principi à libellis quod esset, habebat. Hic fuit Claudio uite exitus, nimurum à Cometa tamdiu uiso, pluia sanguinolenta,

Prodigia que morte Claudijs por tenderunt.

fulmine in signa prætorianorum militum delato, sponte at templi Iouis Victoris apertione, examine apum in castris congregato, ac morte singulorum ex omnibus

magistratibus hominum præmonstratus. Sepultura, & alijs honores ei qui Augusto, omnes cōtigerūt. Agrippina autem ac Nerolugere se eum, quem necauerant, simulaue, euexerūntque in cœlum, quem è coniuio


L. Iulij Gallionis, qui frater fuit Seneca, urbanissimum extat dictum. Scripsit quidem Seneca etiam librum, ἀποκλονύσωσι τίτλῳ, quasi diceret de immortalitate fungo parta: sed Gallionis iocus memoratur, paucissimis uerbis plurima ambiens. cum enim eos qui in carcere necantur, magnis uncis in forum carnifices, ac inde in profluentem protraherent, unco Claudium in cœlum raptum dixit. Neque illud Neronis memoria in-

Neronis de fungis face te dictum.

dignum, qui fungos deorum cibum esse dicebat, quoniā Cladius etiam boleti esu Deus esset factus.

FINIS DIONIS ROMANÆ  
Historiæ, Gulielmo Xylandro  
Augustano interprete.

Iulius Cesar primus imperator. f. 325.



lo de m  
98. LIO.



Ayuntamiento de Madrid

CASSI  
HISTORIA

CON AGRADECIMIENTO

1991 A

lo de

CA

HI